STATE LIBRARY OF PENNSYLVANIA
main,stks 874.3T43
Albii Tibulli opera omnia /
0 0001 00382394 3

SR
CLASS 874.3 BOOK T43

VOLUME 1

PENNSYLVANIA
STATE LIBRARY

ALBII TIBULLI

OPERA OMNIA.

VOL. I.

ALBII TIBULLI

OPERA OMNIA

EX EDITIONE I. G. HUSCHKII

CUM NOTIS ET INTERPRETATIONE

IN USUM DELPHINI

VARIIS LECTIONIBUS

NOTIS VARIORUM

RECENSU EDITIONUM ET CODICUM

ET

INDICE LOCUPLETISSIMO

ACCURATE RECENSITA.

VOLUMEN PRIMUM.

LONDINI:

CURANTE ET IMPRIMENTE A. J. VALPY, A. M.

1822.

Digitized by the Internet Archive
in 2019 with funding from
This project is made possible by a grant from the Institute of Museum and Library Services as administered by the Pennsylvania Department of Education through the Office of Commonwealth Libraries

https://archive.org/details/volume1albiitibu00tibu

PENNSYLVANIA STATE LIBRARY

CONSPECTUS

EORUM QUÆ HAC EDITIONE

CONTINENTUR.

	Pag.
PHILIPPI SILVII Epistola Serenissimo Delphino .	1
I. G. Huschkii Præfatio . . .	3
Vita Tibulli, ex Editione Heyniana . .	19
Tibulli simulque M. Valerii Messalæ Vitæ Synopsis Chronologica	28
Clarorum aliquot virorum de Albio Tibullo Testimonia et Judicia	32
Elenchus Alphabeticus nonnullorum scripturæ Compendiorum quæ in VV. LL. occurrunt . .	46
Albii Tibulli Lib. I. Eleg. I. . . .	51
—— —— —— Eleg. II. . . .	61
—— —— —— Eleg. III. . . .	71
—— —— —— Eleg. IV. . . .	82
—— —— —— Eleg. V. . . .	92
—— —— —— Eleg. VI. . . .	102
—— —— —— Eleg. VII. . . .	111
—— —— —— Eleg. VIII. . . .	121
—— —— —— Eleg. IX. . . .	131
—— —— —— Eleg. X. . . .	141

78601

Pag.
Albii Tibulli Lib. II. Eleg. I. . . . 151
—— —— —— Eleg. II. . . . 164
—— —— —— Eleg. III. . . . 168
—— —— —— Eleg. IV. . . . 180
—— —— —— Eleg. V. . . . 190
—— —— —— Eleg. VI. . . . 214
—— —— Lib. III. Eleg. I. . . . 222
—— —— —— Eleg. II. . . . 228
—— —— —— Eleg. III. . . . 237
—— —— —— Eleg. IV. . . . 245
—— —— —— Eleg. V. . . . 261
—— —— —— Eleg. VI. . . . 268
—— —— Lib. IV. Carm. I. . . . 280
—— —— —— Carm. II. . . . 324
—— —— —— Carm. III. . . . 328
—— —— —— Carm. IV. . . . 332
—— —— —— Carm. V. . . . 336
—— —— —— Carm. VI. . . . 340
—— —— —— Carm. VII. . . . 344
—— —— —— Carm. VIII. . . . 346
—— —— —— Carm. IX. . . . 348
—— —— —— Carm. X. . . . 349
—— —— —— Carm. XI. . . . 351
—— —— —— Carm. XII. . . . 352
—— —— —— Carm. XIII. . . . 354
—— —— —— Carm. XIV. . . . 357
Epitaphium Tibulli . . . 358
Duo Epigrammata Tibullo ascripta . . . 360
Notæ Variorum in Tibulli Lib. I. Eleg. I. . . 369
—— —— —— —— Eleg. II. . . 374
—— —— —— —— Eleg. III. . . 376
—— —— —— —— Eleg. IV. . . 379
—— —— —— —— Eleg. V. . . 381
—— —— —— —— Eleg. VI. . . 383
—— —— —— —— Eleg. VII. . . 386

Pag
Notæ Variorum in Tibulli Lib. I. Eleg. VIII. . 389
—— —— —— —— Eleg. IX. . . 391
—— —— —— —— Eleg. X. . . 394
—— —— —— Lib. II. Eleg. I. . 395
—— —— —— —— Eleg. II. . . 401
—— —— —— —— Eleg. III. . . 402
—— —— —— —— Eleg. IV. . . 404
—— —— —— —— Eleg. V. . . 406
—— —— —— —— Eleg. VI. . . 411
—— —— —— Lib. III. Eleg. I. . . 413
—— —— —— —— Eleg. II. . . 414
—— —— —— —— Eleg. III. . 417
—— —— —— —— Eleg. IV. . . 418
—— —— —— —— Eleg. V. . . 421
—— —— —— —— Eleg. VI. . . 424
—— —— —— Lib. IV. Carm. I. . 426
—— —— —— —— Carm. II. . 434
—— —— —— —— Carm. III. . . ibid.
—— —— —— —— Carm. IV. . ibid.
—— —— —— —— Carm. V. . . 435
—— —— —— —— Carm. VI. . ibid.
—— —— —— —— Carm. VII. . 436
—— —— —— —— Carm. VIII. . ibid.
—— —— —— —— Carm. IX. . . 437
—— —— —— —— Carm. X. . . ibid.
—— —— —— —— Carm. XI. . 438
—— —— —— —— Carm. XII. . . 439
—— —— —— —— Carm. XIII. . ibid.
—— —— —— —— Carm. XIV. . 440
—— —— Epitaphium Tibulli . . . ibid.
—— —— Duo Epigrammata Tibullo ascripta ibid.
M. Antonii Mureti in Tibullum Scholia . . 441
Achillis Statii in Tibullum Commentarius . . 455
Jani Dousæ Nordovicis Præcidanea pro Albio Tibullo 534

Pag.
Jani Dousæ Nordovicis Schediasma Succidaneum . 581
Jani Dousæ Filii in Albium Tibullum Conjectanea et Notæ 596
Recensus Editionum Albii Tibulli . . 603
Recensus Codicum Mss. Albii Tibulli qui in Bibliothecis Britannicis asservantur . . 612
Index i

AD

SERENISSIMUM

DELPHINUM

PHILIPPUS SILVIUS

T. E. C. P.

Hos etiam Vates tenerorum suscipe Amorum,
  Delphine; hos Comites namque Catullus amat.
Suscipe: nec pigeat Vates tractasse venustos,
  Materno fovit quos sua Roma sinu,
Aurea dum Latii sermonis sæcla vigerent,
  Certaretque armis æmula lingua suis.
Hic pulchram cecinit Nemesin, cecinitque Neæram;
  Illum oculis cepit Cynthia prima suis.
Delia sola suo domus est, et turba Tibullo,
  Cura recens Nemesis, Delia primus amor.
Quæ teneri pectus succendit amore Propertî,
  'Cynthia prima fuit, Cynthia finis' erat.
Ambo pares genus, ambo animis, studiisque gemelli;
  Carmine Acidalias concinuere faces,
Carmine, quo voti inclusa est sententia compos,
  Quo claudebatur sola querela prius.
Tam cultis commissi Elegis vixere calores,
  Et vivent donec spicula figet Amor.
'Donec erunt ignes, arcusque Cupidinis arma,'
  Vivent, Nasoni si modo habenda fides.

Certius auspicium facies, DELPHINE, Poëtis
  Si sese possint annumerare tuis.
BORBONIDUM in tectis sub tanti nominis umbra
  Clara illis parta est gloria, fama, decus.
Par ævum ipsa suo immortalia Lilia spondent,
  Si quæ scripta velint Numine tuta suo.
Ite, boni Vates; nec vos operosa moretur
  Pompa Loci, aut quatiens horrida pila cohors.
Tympana, nec lituus crepitans, raucusque tubarum
  Clangor, nec strepitu terreat Aula frequens.
Non etiam his major cunctis præsentia MAGNI:
  Incutiat solis hostibus illa metum.
Temperat augustos mitis clementia vultus,
  Et præbet faciles obsequiis aditus.
Et vos MAGNUS amat, MAGNI patet Aula Camœnis,
  Nec teneræ Mavors obstrepit ipse lyræ.
Vestræ illic artes media inter bella vigebant;
  Quanta hæ tranquillæ pars modo pacis erunt?
Non semper sulcant augustas seria frontes;
  Interdum gaudent lusibus atque jocis.
Est ibi fidus amor, sunt fidi pignora amoris,
  Pignora Liligeri spes geminata Throni.
Est mater Latii cultrix VICTORIA Pindi;
  Est ea Pieridum, credite, tota domus.
Ite: paterna olim fors per vestigia natis
  Sternetis faciles ad sacra vestra vias.
Ite modo; et nostros DELPHINO offerte labores,
  Vestra meo si quid munere scripta nitent.
Si vestros penna bene solvi interprete nodos;
  Ne studium huic pigeat commemorasse meum.
Dicite quam pauca hæc non ficto pectore donem;
  Quam dare plura velim, si dare plura queam.

Lutetiæ Parisiorum,
Kal. Mart. An. Chr. 1685.

MMAN. G. HUSCHKII

PRÆFATIO.

[EX EDIT. AN. 1819.]

Hoc inprimis propositum habui, ut Tibulli Carmina accurate exigerem ad Editiones veteres, libris scriptis, quibus hodieque utimur, auctoritate non inferiores, ætate propemodum pares; planumque facerem, quo olim illa habitu expressa, quas mutationes vel a codicibus recens comparatis vel a doctorum hominum ingeniis paulatim subierint, quo denique jure nova quævis lectio substituta sit antiquiori; unde, facile intelligebam, pendere hujus operis, toties recocti, recensionem paulo accuratiorem. Sed hoc inquirendi studium magnam mihi otii partem absumsit, nec uno simul tempore omnia in promtu fuerunt subsidia. Quo factum est, ut libro primo quædam afferre non potuerim adjumenta, quæ perlata demum ad me sunt jam occupatum in recensendis reliquis. Cui incommodo statim ab initio occurrendum mihi esse vidi Analectis, quibus colligerem, quæ adjicienda essent, vel etiam retractarem, si quid melius constitui posse videretur.

Jam in iis subsidiis, quæ mihi librum Elegiarum primum illustranti defuerunt, primo loco memoranda est Collatio Editionis Sæculi XV. quæ nunc separata invenitur, nunc conjuncta cum Propertio a. 1472. Propertium ego quon-

dam vidi sine Tibullo apud Santenium, qui libro inscripserat: 'Editio omnium princeps.' Hoc Santenii exemplum, quod nunc servatur in Bibliotheca Berolinensi, mala sedulitate cujusdam possessoris, qui scalpello veterem lectionem erasit eique calamo induxit novam, adeo depravatum est, nullum prope ut usum afferat antiquæ scripturæ studioso. Tamen mihi jam tum convenerat cum Santenio, hanc esse Editionem Propertii illam, quam in manibus habuisset Vulpius, sed tam negligenter contulisset, ut pro non collata haberi deberet. Vulpii exemplum Tibullum simul complectebatur. Hoc Heynius confudit cum majoris formæ Editione a. 1472. posita ab ipso in fronte Editionum omnium, quam ego item principem vocavi propterea, quod, præter Tibullum et Propertium, Catullum quoque, qui tunc primum editus mihi videbatur, adde etiam Statii Sylvas, continet; postea, ut accuratius distinguerem, alteram a forma et amplitudine majorem, alteram minorem appellavi. Sed ab hac Editione Catullum non abfuisse, in mentem jam venit Audiffredo Catalog. Histor. Crit. Roman. Edd. Sæc. XV. p. 440. nec me dubitare sinit observatio quædam Scipionis Maffeii in Museo Veronensi, de qua videbimus infra. Nunc dicendum mihi est de Collatione Tibulli. Nam cum certior factus essem a Bardilio, illius Editionis, quam in manibus habuisse Vulpium ipse confirmaverat, exemplum reperiri in Bibliotheca Regia Parisiensi, rogavi virum præstantissimum, quem amicitiam cum Hasio contraxisse sciebam, ut, hoc auspice, utriusque Poëtæ Carminum Collationem cum Ald. a. 1502. meo ære conficiendam curaret. Nec frustra. Hasius, ad omnia item officiorum genera vir promtissimus, curam rei demandavit Gregorio Zalyco Thessalonicensi, cui acceptam refero totius libri lectionem diversam, eamque accurate perscriptam.

Hæc Editio sine dubio expressa est ad Codicem vel plane perditum vel nondum denuo excussum. Nam quis credat, Editorem suopte ingenio intulisse v. c. lectionem, adhuc in hoc uno repertam exemplo, III. 1. 14. 'Sic *et†n†* comptum mittere oportet opus.' Mutila verba inferre non

solent Editores, ubi vox integra, quæ a sensu non abhorreat, in manibus est, emendandi autem ratio tam promta et parata. At ille, hæsitans fortasse, utrum vocem decurtatam mutaret in 'etenim' an in 'etiam,' maluit librum suum sequi, quam ingenium periclitari. Quare nullus equidem dubito, quin ex eodem libro scripto pariter ductæ sint lectiones quædam aliæ, quas nemo fortasse non Tibullo restituendas esse censeret, nisi ceterorum codicum obstaret numerus et auctoritas. I. 3. 29. 'Ut mea votivas persolvat Delia pœnas;' quam lectionem re vera pro 'voces' reposuit Vulpius, sed, quod notandum, ne monito quidem lectore, ductam eam esse ex Editione illa. Cujus generis simile mangonium, fateor, mihi adhuc oblatum esse alibi nullum. Hoc omnium instar argumentorum est, Vulpium ob oculos habuisse hanc Editionem. Porro I. 3. 76. 'Assiduas atro sanguine pascit aves.' Probabilis haud dubie scriptura. Vulgo 'viscere.' IV. 1. 72. 'Cum canibus rapidas inter freta *curreret* undas.' Qua memorabili lectione, a nobis recepta pro 'serperet,' quod vulgo legitur, tota loci illius facies mutata est. IV. 13. 13. 'Nunc licet *et templo* mittetur amica Tibullo.' Ubi vide Commentarium. Hanc omnem diversitatem ne dignam quidem habuit, quam commemoraret, Vulpius, quamvis postea scripserit in Prolegomenis ad Propertium p. VII. 'Usus valde sum Editione omnium principe Anni MCCCCLXXII. cujus locus incertus.' Hanc cum manu scriptis codicibus fere consentientem Broukhusius omnino ignoravit. Laudavit eam quatuor ad summum Propertii locis, I. 2. 2. II. 34. 9. III. 17. 29. IV. 4. 48. Hoc ille vocabat 'valde uti.' Ego quavis pagina laudassem. Nam Codicis vicariam esse hanc Editionem, inprimis demonstrant lectiones quædam, quas nullus quidem liber editus, at scripti confirmant complures, velut illa satis a me commendata diversitas I. 2. 51. 'Sola tenere malas Medeæ dicitur artes,' pro 'herbas.' I. 4. 43. 'Quamvis prætexens picea ferrugine cœlum.' Ubi omnes, quod sciam, Editiones veteres habent 'picta,' præter principem illam, e qua Vulpius

tandem revocavit 'picea,' nunc quidem laudato libro. Quanti autem pretii Codex ille fuerit, inde potissimum efficitur, quod Editori veteri lectiones suppeditavit, quas posterioris demum ævi Interpretes intellexerunt unice veras esse, ut I. 5. 5. 'libeat ne dicere quicquam Magnificum posthac,' pro 'liceat ne' vel 'nec.' Ib. v. 16. 'Vota novem Triviæ nocte silente dedi.' Quo loco reliquæ Editiones ad Scaligeranam usque 'Veneri' exhibent, quod postea reposuerunt Gebhardus et, e suo codice, Grasserus Lugd. a. 1607. I. 7. 42. 'Crura licet dura compede pulsa sonent,' pro 'cuspide.' Adde ib. v. 53. 'Sic venias hodierne,' et II. 5. 8. 'nunc indue vestem Sepositam,' pro 'Depositam.' Quibus locis omnibus aliisque permultis hæc Editio discrepat ab Editione maj. a. 1472. quam Venetam dicunt, et hujus sæculi reliquis. Num etiam a Pinelliana et Bartoliniana? Hoc adhuc ignoro. Nam quod putaveram, Morellium, qui hæc duo exempla rarissima descripsit in Epistola ad Nobilissimum Antonium Comitem Bartolini, eadem etiam contulisse cum aliis et omnem lectionis diversitatem enotasse, fecit me certiorem vir eruditissimus, se nihil servare in Adversariis, quod non prodidisset in Epistola. In hac autem de lectione Pinelliani exempli, quod translatum est in Angliam, prorsus non agitur, e Bartoliniano nonnulla loca descripta sunt, e quibus apparet, hoc in universum magis conspirare cum Ed. min. a. 1472. de qua supra dixi, v. c. in lectione 'tentet' et 'reseret' I. 2. 17, 18. expressa a Balbo, quam cum Ed. maj. a. 1472. Me autem inprimis adverterat illud, quod scribit Morellius p. VII. huic Editioni, cujus adhuc non nisi unum exemplum repertum est in Bibliotheca Bartoliniana, inesse lectiones probabiles, in nulla alia ejusdem ævi Editione comparentes, nisi forte in Pinelliana, quam tum non amplius ob oculos habebat.

Hæc tria exempla utrum ante Editionem a. 1472. quæ vulgo princeps habetur et Venetiis prodiisse fertur, an post eam excusa sint, etsi ad liquidum perducere non potuit Morellius, ego tamen in eam sententiam inclino, ut illa

antiquiora existimem, antiquissimum autem omnium Pinellianum, expressum, si forte, ad librum, Senecæ et Pontani commentis non inquinatum. Ad hoc enim Grammaticorum par insignior horum Carminum interpolatio referenda est. Pontanus simulabat, habere se vetustum Codicem, cui inessent quidam in aliis libris desiderati versus, cujus ille Codicis nemini copiam fecisse videtur, nec facere potuit, siquidem finxerit, quod nusquam gentium extaret; similis hac in re Lilio Gregorio Gyraldo, qui pari modo homines deludebat. De Pontano res posita est in conjectura, sed admodum probabili. Nam Perreius, qui Pontani Codicem sæpe laudat, semel tamen manifesto prodit, se librum ipsum non vidisse, scribens ad III. 4. 65. ‘ Pontanus reposuit ab illo, ut asserebat, codice: ‘ Flere nec ante pedes pudeat dominamque vocare?’’ Ergo Pontanus vulgasse videtur librum, a se interpolatum, quem diceret descriptum esse ab archetypo illo, quod nemo unus viderat. At nullam plane dubitationem habet Senecæ liber interpolatus, ex quo, certo scio, fluxisse Codicem Anglicanum, numero quartum, litera D notatum a Broukhusio. Ad hujus Codicis finem primum legitur Vita Tibulli, deinde sequitur Epistola hæc: ‘ Lilius Castellanus suo Antonio Jacobo Racinatensi S. P. D. Tibullum a me superioribus diebus quotidiana instantia flagitasti, quem ego hic ad te mitto, ut plane intelligas, a Senecæ libello vel hisce manibus traductum Poëtam sane inter primos venerabilem.’ Hæc P. Burmannus Secundus ex ipso illo libro transtulit in schedulam separatam, insertam Editioni Broukhusianæ in Bibliotheca Regia Berolinensi, nec plura ille, quod dolendum, descripsit, addens: ‘ Cetera pars Epistolæ in laudibus Tibulli et commendatione Ludovici cujusdam Pontani occupatur.’ Quem ego Ludovicum Pontanum non magis cognitum habeo, quam Lilium Castellanum et Antonium Jacobum Racinatensem. Ad Senecam quod attinet, ejus notitia adhuc debebatur duobus librariis, quorum alter exaravit Cod. Dresdensem, alter Mediolanensem. Nunc accedit tertius, is, qui perscripsit Cod. Parisiensem n. 7989. collatum cum editione

Vossiana a. 1811. ab eruditissimo Bardilio, cujus benevolentia hæc Collatio tota translata est in Editionem nostram. Hic igitur librarius iisdem versibus Catulli et Tibulli adulterinis nomen Senecæ ascripsit, quibus idem ascripserunt priores illi. De Tibullo vide, quæ annotavimus ad II. 3. 14. et 75. De Catullo audiendus est Paul. Marron, laudatus in Procemio Elegiæ ad Manlium a Santenio, in cujus ille gratiam Poëtæ Veronensis Carmina ad eundem Codicem Parisiensem accuratissime contulit cum Editione Is. Vossii Lond. 1684. quam nos Collationem item in scriniis nostris servamus. Marron igitur Collationi Catullianæ præscripsit hæc: ' Codex 7989. Regius. Videtur hoc esse Mediolanense illud exemplar quod Vossius p. 284. dicit ceteris omnibus vetustius. In hoc enim comparet versus quem isto loco citat et ad marginem ascribitur vetusta manu: Suppt. Senca.' Vere. Nec tamen ratio illa, qua concluditur, Mediolanensem et Parisiensem unum esse eundemque librum, ita comparata est, ut assensum extorqueat. Nam Senecæ nomen ascribitur etiam in Cod. Dresd. Tibulli versibus, quos laudavi supra, nescio an etiam Catulli loco El. ad Manl. v. 47. ' Omnibus et triviis vulgetur fabula passim,' quem designat Marron, nec tamen idem est liber cum Parisiensi, ut res ipsa loquitur, sed ex diverso fonte ductus, quod satis patet e lib. I. 2. 24, 25. ubi hic alium versum subdititium habet quam ille. Ergo tres libri, inter se diversi, Senecam accusant tanquam interpolatorem. Et dubitamus adhuc, versus ejicere, aperte illi ascriptos? Exempli gratia II. 3. 75. ' Ah pereant artes et mollia jura colendi.'[1] Quo quidem versu ego nullum vidi unquam infi-

NOTÆ

[1] Scipio Maffeius Mus. Veron. p. ccv. ' Horrent quidam, versus duos integros cum ejiciendos audiunt. At non horruit Scaliger Tibullum castigans: ' Hoc distichon spurium et insititium est.' (I. 2. 24.) Quanto minus pertimescendum, ubi de Catullo agatur, cui et alia Carmina Editores de suo injecisse ignorat nemo. Parthenius de iis quæ addiderat monuit, at non ita ceteri. De Carminis dimidio Scaliger: ' additum est a Pontano, ut et alia nonnulla.' Non hæc Scaligeri sunt, sed Mureti verba ad Catull. Carm. I. 9. ubi porro scribit: ' Ego etsi non video, quid aptius appingi potuerit, satius tamen duco, esse lacunas in bonis libris, quam easdem cujusquam ingenio expleri.'

cetiorem. Sed de hac re satis ad locum. Hic mihi potius memoranda est ingeniosa viri cujusdam docti de ætate et patria hujus Senecæ conjectura, prodita in Ephem. Liter. Academ. Jen. 99. a. 1777. amplificata ab Harlesio Supplem. ad Brevior. Notit. Literat. Rom. P. I. p. 347. ubi scribit: 'Medio sæculo XV. floruit quidam Thomas Seneca Camers, non Latinis modo sed etiam Hetruscis literis commendatus et Poëta; cujus Latina habentur inter Carmina Illustrium Poëtarum Ital. Florent. 1721. Tom. IX. p. 39. Is, qui Æsii, Arimini, Bononiæ, et Florentiæ docebat, una cum Porcello seu Porcellio (de quo multus est Zenus in Dissertazioni Vossiane Tom. I. p. 15—21.) studium literarum Græcarum, quas ignorabat, stulte sprevit. Quod igitur uterque homini Latino Græcis non opus esse literis temere prædicabat, immo potius odio iraque in Basinium Parmensem, Græcarum literarum amantissimum, inflammatus, hunc omne tempus, in literis Græcis consumtum, omnino perdidisse clamitabat: Basinium gravem nactus est adversarium, qui quidem in binis Epistolis, altera prosa oratione exarata, altera poëtica, in qua ostendit, Poëtas Latinos sine literis Græcis nihil posse, contra utrumque stylum acuit, in utraque autem Epistola Thomam Senecam Camertem nomine tantum Senecæ appellavit. Hic igitur Seneca forsan fuit, qui interpolaret Tibullum, Virgilium, aliosque Poëtas, et cujus nomen appingeretur versibus interpolatis.' Hactenus ille, mea sententia, satis ingeniose. Tamen Senecam, de quo agitur, paulo maturius floruisse crediderim, siquidem interpolationes ejus jam notantur in Cod. Paris. qui scriptus est a. 1423. Et re vera ille jam a. 1420. in magna celebritate vixit Anconæ, referente, ut nunc ipsum video, Angelo Bataglini, qui vitam viri accuratissime perscripsit, apud Basinium Opp. Tom. II. p. 91. Ex quo rursus consequitur, eos libros, qui pro versibus Senecæ lacunas habent, ut libri quidam Mureti I. 2. 25, 26. ed. Voss. antiquiores esse Parisiensi, certe ex antiquiore codice ductos, ut Vindob. et Bern. Sed hi, vereor, ne admodum sint pauci. Certe ego inter eos, quibus temporis nota ascripta est, nullum

vidi, qui ætate superaret Parisiensem et excederet annum 1423. ut hic adeo sit unus ex antiquioribus. Codex Archiepiscopi Eboracensis (E) omnium, ait Broukhusius, quos vidi, vetustissimus est. Atqui P. Burmannus Secundus, qui librum illum vel ipse manibus versavit, vel certe Collatione Heinsiana usus est, ad oram Editionis Broukh. testatur, scriptum eum esse a. 1425. 'sicut in fine legebatur.' Idem ad Anglicanum A. notavit: Liber magnam partem mutilus, in cujus fine hæc leguntur: 'Ego Nicolaus de Brandis hunc Tibullum scripsi mense Augusti 1460.'—Codex C. circa initia, ut videbatur, artis Typographicæ scriptus. —Codex D. eodem fere tempore scriptus. Colbertino inest longior et diffusior Vita Tibulli, quam quæ vulgo in libris scriptis reperitur. Ea vero est Hieronymi Alexandrini, et legitur in Ed. Venet. a. 1475. Hinc, ait Broukhusius, qui notationem illam ascripsit Ald. a. 1515. hinc æstimari potest vetustas Colbertini libri. Sic inter omnes illos codices, quos recenset Heynius, quorum plurimis temporis nota adjecta est, vix unum reperias, qui excedat sæculum XV. complures scripti sunt post inventionem artis Chalcographicæ: unus Vaticanus n. 1609. simpliciter vocatur 'Tibulli codex antiquus in membrana.' De Lipsiensi, qui a me nunc primum collatus est, infra agam separatim. Hi igitur libri circa Chalcographiæ initia scripti propemodum omnes ex uno illi quidem profecti sunt fonte, sed cum alii librarii alios rivulos consectarentur, a Seneca, Pontano, Philelpho, Aurispa, ceterisque interpolatoribus turbatos, tot facta sunt codicum divortia, quot enumerare longum est, percensere infinitum.

Antiquioribus sine dubio libris usus est Perreius in Excerptis, Aldinæ a. 1515. ascriptis. Cujus libri vicissitudines tam accurate persecutus est Saxius in Onomast. Lit. P. IV. p. 606. nihil ut addi iis possit, nisi, quod exteri fortasse ignorant, delatum eum esse post obitum Santenii in Germaniam, et nunc servari in Bibliotheca Regia Berolinensi. Ubi cum ego nuper hunc librum paulo curiosius tractabam, statim animadverti, nondum exhaustas esse a Broukhusio

omnes libri rarissimi dotes, facileque impetravi a Viris Amplissimis, qui rei literariæ curam gerunt in Borussia, ut eum domi per otium denuo excutere mihi liceret, et comparare cum quibuscumque vellem ejusdem Bibliothecæ libris rarioribus; pro qua singulari erga me benevolentia maximas illis ago et agam gratias, 'dum spiritus hos reget artus.' Perreius igitur Tibullo subscripsit hæc: 'Recognovi ego Antonius Perreius collatis emendatissimis et vetustissimis Romæ et Florentiæ Codicibus anno 1528.' Sic vetus scriptura, tantum non evanida, renovata est, nescio a quo, fortasse ab Heinsio, omissis, quæ inferiore loco scripta magna oculorum intentione a me restituta sunt: 'Codicibus tribus Romanis Venet. ... et Florentini. ex Diomed. gram. com. et Plauti .... et ex cod. ....' Quæ per se levia, ad pleniorem tamen horum Excerptorum intelligentiam mirifice faciunt. Romanos quidem codices et Florentinos in Excerptis ipsis nominatim citari non memini. Sed hos ille complexus est literis V. C. quibus, interprete Broukhusio, designatur universe Varietas Lectionis ex antiquis codicibus annotata ab Ant. Perreio. At Venetum ille semel diserte laudat ad III. 4. 80. 'Felix, *ac* alium desine velle virum:' ut est in Ald. 1515. Ascripsit Perreius: '*ac* breve; nisi *ergo* legas, ut in cod. Ven.' Sed laudat etiam, quem in subscriptione, nisi fallor, non designavit, Veronensem ad I. 8. 22. sicut Pisani librum ad Catullum XXVII. 7. Puccii Codicem, V. C. Ubaldini et Cremonensis Episcopi ad Propertium II. 7. 13. Qui quales fuerint libri, hodie ignoramus. In eorum uno reperisse videtur Perreius lectionem rariorem, a solo Charisio memoratam, I. 5. 3. 'turben' pro 'turbo,' cui ille voci claris literis apposuit 'turben.' Illud autem inprimis animadverti velim, usum esse Perreium quodam Diomedis Grammatici Commentario, quem in subscriptione, maximam partem a me restituta, simpliciter laudat, in Excerptis ipsis tot eum locis commemoravit, ut facile appareat, librum plenum fuisse animadversionum ad hæc Tibulli Carmina spectantium. Exempla non longe quærenda sunt. Cita-

tur enim statim I. 1. 6. 'assiduo igne,' Diom. 94.—I. 2. 61. 'Jam jubet adspersas,' &c. Diom. 86.—I. 4. 37. 'Solis æterna est—juventa,' Diom. 76.—I. 5. 43. 'Non facit hoc verbis,' &c. Diom. 94.—I. 6. 47. 'cædit violenta lacertos,' Diom. 35. et sic porro. Hic igitur Commentarius[1] qualis fuerit, nec ego scio, nec compertum habuit Broukhusius, qui omnem illam Variantium farraginem transtulit in aliud exemplum Ald. a. 1515. omissis his et reliquis, quæ, quorsum referret, non habebat. Et mihi multa omittenda fuerunt. Nam fatendum est, libri hujus scripturam ita vetustate absumtam esse, ut multa ne legi quidem amplius possint, usum autem ejus difficiliorem reddidisse Heinsium, interpositis Codicum suorum lectionibus propriisque emendationibus. Ceterum nusquam ne tenuissimum quidem vestigium deprehendi earum Variantium, quas in Ed. min. a. 1472. reperiri, supra demonstravi. Spero tamen fore, ut eæ etiam lectiones, quarum fontes adhuc indagare non potui, aliquando confirmentur librorum scriptorum auctoritate, modo plures excutiantur, nec negligantur annotationes, quas Editionibus sæculi XV. ascripserunt Politianus, Bernardinus Pisanus, Alexander Syncliticus, alii. Nam Editiones ipsæ jam comparatæ sunt, si a Pinelliana

NOTÆ

[1] Intelligendum esse locis citatis Diomedis Grammatici Commentarium, in subscriptione memoratum, ab hoc autem secernendum esse alium librum, sic citatum: 'Dio. in Calp.' v. c. ad Catullum I. 2. 'Dio. in Calp. 64.' Ibid. v. 9. 'Dio. in Calp. 10.' hoc igitur mihi dubium non videtur. Alibi simpliciter laudatur 'Annotatio,' v. c. ad Tibullum I. 4. 9. ubi professus sum, me, quorsum ea pertineat, nescire. Mox animadverti, auctorem Annotationum illarum esse M. Anton. Cocc. Sabellicum, cujus ille nomen præposuit, v. c. ad Catullum I. 9. scribens ad marginem: 'quod o, Patrona, Virgo: Sabell. annot. 51.' Ita re vera legit Sabellicus in Annott. insertis Gruteri Thes. Crit. Tom. I. p. 162. Sunt igitur in his Excerptis nova mixta antiquis, distinguenda est recentior manus ab antiquiore. Quod nunc vereor, ne me fefellerit ad I. 2. 16. 'Audendum est,' &c. qui versus abest ab Ald. a. 1515. Hanc lacunam altera manus explevit sic: 'vacat V. C.' altera addidit: 'et ī cod. īpsso M. sic ē: Audédú é: fortes adjuvat īpsa Venus.' Hoc ego in Analectis ita interpretatus sum: 'et in cod. ipso M.' Nunc non dubito, quin ita rescribere debuerim: et in cod. impresso Mureti, hoc est, in Editione Mureti, quæ versum illum sic exhibet: 'Audendum est: fortes adjuvat ipsa Venus.'

et Bartoliniana discedas, nisi fallor, omnes. Venetæ, quam dicunt, a. 1472. a nullodum Editore adhibitam diversitatem e Parisiensi exemplo enotavit et mecum communicavit eruditissimus Bardili, prætermisso tamen Carmine ad Messalam, quod postea cum Ed. Heyn. a. 1777. comparavit alius vir doctus ad exemplum Argentoratense, ex quo is, quem primo loco nominavi, Bardilius, me rogante, diplomatica fide descripsit Specimen Carminis ad Messalam a vs. 54—78. quibus versibus continetur Epitome errorum Ulyssis, expressa ad Odysseam Ψ. 310—338. Hoc Specimen, æri incisum, cum editione nostra vulgabitur. Romanam a. 1475. Vicentinam a. 1481. Lipsiensem ex officina Thanneri a. 1500. et alias Heynius, Venetam a. 1475. Rhegiensem a. 1481. Brixiensem a. 1486. et Venetam a. 1487. cum Commentario Cyllenii accuratissime excusserunt Nic. Heinsius et Broukhusius. Ego ipse denuo comparavi lectionem Vicentinæ, Rhegiensis, et, quas ipse possideo, Venett. a. 1491. et a. 1493. nec me pœnitet repetiti laboris. Nam et in Vicentina multa aliter se habere cognovi, quam proditum est ab Heynio, v. c. III. 3. 1. nec in Rhegiensi defuit, quod discreparet a notatione Heinsiana, v. c. I. 3. 51. A Rhegiensi exemplo, quo usus sum, aberat plagula extrema, cui impressum est loci et anni indicium, ut ab initio, cum mihi traderetur e Bibliotheca Lips. Senatoria a Blumnero, Viro Illustri, nescirem, quænam hæc esset Editio. Mox tamen agnovi, esse Rhegiensem, e comparatione alterius exempli, commodati mihi tum a Diezio. Hoc notatum est multis animadversionibus Alexandri Synclitici, illud Casp. Barthii, qui suas in Tibullum Notas ipse laudat ad Statii III. Theb. 276. Alexandri Synclitici annotationem perpetuam perlegere, immo excerpere, nec potui nec volui; quando enim finiturus? sed diligentiæ aliorum, qui post me his Carminibus illustrandis operam dabunt, excutiendam reliqui. Nunc etiam in manibus habeo Venetam a. 1487. missam commode a Wilckenio, viro amicissimo, qui me et præsentem et absentem omni modo sublevavit copiis Bibliothecæ Berolinensis, qua nulla hodie instructior est a multiplici appa-

ratu, ad Catullum, Tibullum, Propertium, et Ovidium pertinente. Hæc Editio, quod Heynius jam monuit, et ipse agnovi, conspirat ita cum Venett. 1491. 93. ut, ubicumque has laudaverim, paucis locis exceptis, addere cogitando possis illam. Habet igitur Venet. 1487. quod suspicabar, I. 6. 84. ‘ Spectat: et infelix quod sit acerba monet.’ III. 3. 1. ‘ votis,’ et vs. 9. distinctis literis: ‘ Tunc cum permensæ defunctus tempore lucis.’ Habent vicissim Venett. 1491. 93. ‘ tardos dies,’ I. 4. 33. pro ‘ stultos dies,’ quod expressum tandem est in Venet. 1500.

Editionem Tibulli sine anni et loci indicio, conjunctam cum Propertio Jac. Baryni Lips. a. 1495. apud Martinum Lantzbergensem, quæ nunc exstat in Bibliotheca Heidelbergensi, comparavit I. H. Vossius, qui, nescio quibus argumentis adductus, putaverit Tibullum impressum esse Lipsiæ a Conrado Kacheloven. Sane de ejusmodi exemplo agit Panzerus Tom. I. p. 499. n. 274. provocans ad Bibliothecam Neostadiensem, descriptam a Schnizero. Atqui ad eandem Bibliothecam provocat Harlesius Supplement. P. I. p. 350. ut confirmet, in ea exstitisse Tibullum ex editione Conradi Celtis. Hic error subest manifestus. Qua de re certius aliquid allaturum esse suspicor Bardilium, virum ad tales res explicandas natum ac factum, quem rogavi, ut exemplum Neostadiense, si copia daretur, denuo excuteret ac definiret, an recte vir quidam doctus posuerit, esse illud Thannerianum, nec unquam in rerum natura extitisse Tibullum Kachelovianum.

His Editionibus ita usus sum, ut, ubi omnes conspirabant in lectione aliqua per se non mendosa, posteriore tamen tempore expulsa, sedulo indagarem, an Latina esset, eaque via sæpe inveni, antiquiorem lectionem revocandam, abjiciendam esse recentiorem. Exemplis defungar paucis e pluribus: I. 5. 42. nulla non Editio vetus habet: ‘ Et pudet et narrat.’ Hæc vera est lectio, quam satis confirmavi in Analectis. Adde v. c. Terentii locum And. I. 1. 9. At postquam Scaligero in mentem venit, reponere ‘ Et, pudet heu, narrat:’ vix unus et alter repertus est Editor, qui hinc

discedere auderet, sicut Dousa et Grasserus, reliqui in contextum intulerunt pravam illam emendationem. I. 6. 39. 'Tunc procul absitis, quisquis colit arte capillos.' Probe intellexerunt Editores veteres, hanc esse Latinam constructionem. Quid Broukhusius? Ratio, inquit, sermonis postulat, ut 'colis' scribamus: sed hoc et alii viderunt. Crediderunt etiam alii. Ego pristinam scripturam restitui. II. 5. 53. 'Concubitusque tuos furtim vittasque jacentes.' Hæc lectio, omnes omnium ætatum vicissitudines eluctata, tandem cedere jussa est conjecturæ Vossianæ: 'Concubitusque datos furtim.' Cui emendationi primum obstat similis locus I. 3. 50. 'nunc leti mille repente viæ,' depravatus item falsa lectione, 'nunc leto multa reperta via;' deinde obstant cum veterum Græcorum exempla, tum recentioris Græculi, qui Anacreontis nomen ostentat, locus Carm. XXVIII. 15. *Ἐχέτω δ', ὅπως ἐκείνη, Τὸ λεληθότως σύνοφρυ Βλεφάρων ἵτυν κελαινήν.* At, inquit, legitur ibi hodie *σύνοφρυν*, et locus aliter interpungitur. Quid tum? Docuit me Tibullus, Poëtam illum scripsisse *τὸ λεληθότως σύνοφρυ*. Enimvero Græcos non imitatur Tibullus. Certe non Anacreontem nostrum. Reliquos non modo imitatus ubique est, verum etiam Latine interdum convertit, ut Homerum in Carmine ad Messalam.

Jam ubi dissentiebant Editiones veteres, prætuli primum, ut par erat, eam lectionem, quam confirmaret Tibullus ipse, v. c. II. 3. 79. ubi Ed. min. a. 1472. cum libris nonnullis habet: 'Non ego me vinclis verberibusque negem,' pro 'nego.' Illud Vossius, hoc ego reposui, præeunte Tibullo, I. 6. 37. 'At mihi servandam credas, non sæva recuso Verbera, detrecto non ego vincla pedum.' Porro III. 2. 27. altera editionum classis prætulit: 'Sed tristem mortis demonstret litera causam:' eaque lectio dominatur in omnibus posteriorum ætatum exemplis. At altera classis, originem ducens a Rom. a. 1475. id est, Venett. et Brix. a. 1486. cum Commentario Cyllenii habent 'casum.' Hoc ego revocavi, duce Tibullo I. 9. 82. 'Fixa notet casus aurea palma meos.' Deinde in dissensu aliquo Editionum veterum instar mihi omnium fuit Consuetudo. Huc in-

primis pertinet IV. 7. 8. 'Non ego signatis quicquam mandare tabellis, Ne legat id nemo, quam meus, ante, velim.' Sic primum edidit Calpurnius in Vicent. a. 1487. idque expresserunt postea, præter eas, quas citavi, Edd., Venet. a. 1487. Aldd. Muret. Stat. Scalig. Dous. a. 1592. Plantin. 1560 et 1569. Gryph. 1561 et 1573. &c. confirmant duo libri apud Voss. Solus Grasserus edidit a. 1607. 'Ne legat ut nemo.' Hoc in nullo libro neque scripto neque edito reperitur. Excerptt. Pocchi habent, 'Ut legat id nemo.' Exemplis, quibus Calpurnii lectionem firmavi, adde Liv. IV. 31. 'Cum ibi quoque religio obstaret, ne non posset nisi ab consule dici dictator, augures consulti eam religionem exemere.' Hoc Latinum esse negat Gronovius ad locum, non negat Plinius IV. Epistt. 13. 8. 'Dabuntque operam, ne a me pecuniam non nisi dignus accipiat, si accepturus et ab ipsis erit.' Ubi vide Heusingerum et, quæ scripsit Schæferus ad V. 17. 6. item in Add. p. 794. Cicero Phil. VI. 3. 'Horam eximere nullam in tali cive liberando sine scelere non possumus.'

Sin erat, ut me omnes destituerent Editiones et libri scripti, quod sæpe factum est, necessario mihi confugiendum fuit ad Conjecturam et, quæ Conjecturæ filia est, Emendationem. Hic omnem curam adhibui, ne emendarem, nisi quod manifesto mendosum esset, intactum contra relinquerem, cui nihil obstaret, nisi locutionis insolentia; probe sciens, quantum labis intulerit Veterum scriptis hæc recentiorum Editorum ratio, qua vitiosum aliquid habetur, quia insolitum est ad nostrum sensum, eique substituitur aliquid usitatius. Quod age exemplo confirmemus Propertii, qui scripsit I. 15. 21. 'Conjugis Evadne miseros elata per ignes Occidit Argivæ fama pudicitiæ.' Consentiunt in hac lectione Editiones omnes, præter Lachmannianam, quæ habet: 'ablata per ignes,' ex emendatione Editoris. Quid ita? Quia, inquit, Evadne 'elata' nunquam est, quæ se vivam in mariti rogum præcipitaverit. Atqui etiam mortui non efferebantur per ignes. Tamen ita scripsit Manilius, si mihi magis quam Bentleio credis, IV. 69. qui locus vulgo

ita legitur et interpungitur: 'Quot subitæ veniunt validorum in corpora mortes? Seque ipsæ rursus fugiunt, errantque per ignes. Ex ipsis quidam elati rediere sepulchris.' Non variant libri nec alii, nec Lipsiensis; habeo in manibus ipsum Bentleii exemplar Plantin. a. 1600. cui Variantes illius libri ascripsit Joach. Frid. Fellerus:[1] nec loco suppetias tulerunt T. Hemsterhusius et L. Santenius, quorum emendationes reperiuntur ad marginem Editionis Bentleianæ commodatæ mihi nuper a Frid. Aug. Wolfio. At Bentleius ipse scribit: 'Illud 'per ignes' sensu vacuum est; nec conatus est quisquam interpretari. Repono, 'Seque ipsæ rursus fugiunt, errantque per omnes. Ex ipsis quidam elati, &c.' Sic ille edidit: num facturus, si in locum incidisset Propertii? Vix credo. Nam locus Manilii sine dubio ita interpungendus est: 'per ignes Ex ipsis quidam elati—sepulcris.' Sed quorsum 'rediere?' Nihil expeditius. Appone literam extremam præcedentis verbi 'fugiunt' verbo, quod sequitur, 'errantque,' et mendum hoc ita corrige: 'Quot subitæ veniunt validorum in corpora mortes? Seque ipsæ rursus fugiunt, terramque per ignes Ex ipsis quidam elati rediere sepulchris: Atque his vita duplex, illis vix contigit una.' Constructionem hujus loci et locutionis, de qua agitur, vim optime illustrat Livius IV. 29. 'Messium impetus per stratos cæde hostes cum globo fortissimorum juvenum extulit ad castra Volscorum, quæ nondum capta erant.' Paulo post: 'cum dimisso exercitu urbem redisset.' Ubi editores 'in' adjecerunt, invitis libris optimis. De re ipsa Propertius II. 27. 16.

NOTÆ

[1] Hoc exemplar, nescio quo casu venerit in Bataviam ad J. Altheer, librarium Rheno-Trajectinum; unde, sub exitum anni superioris, delatum est ad me. Præscripsit libro nomen suum Richardus Bentleius. Subscripsit Fellerus: 'Contulit Manilium cum Codice Mstō Lipsiensi (qui ubique fere Gemblacensi respondet) Joach. Freid. Fellerus Aō. MDCXCIII. Lipsiæ: in gratiam celeberrimi Viri, Richardi Bentleii, parantis omnibus numeris absolutam hujus Poëtæ editionem. Godefrid. Richteri, de quo agit Wolfius in Anall. Liter. Tom. I. p. 61. nulla fit mentio.

'Concessum nulla lege redibit iter.' Quodsi casus ita tulisset, ut librarius, qui Codicem Propertii exaravit, a quo reliqui manarunt, pro 'elata' reponeret 'ablata'—nonnulli sane 'delata' intulerunt—nec, quid hic scripserit, hodie sciremus, nec quo modo corrigendus sit Manilius. Ita plerumque prava unius loci emendatio contagione lædit alterum alterius scriptoris locum, et omnis paulatim antiquitatis color perit. De quo vel sic actum foret, nisi tandem librariis manum injecisset suo tempore interveniens Chalcographia. Nihil enim tam insulsum excogitari potest, quod non, præsertim circiter natales divinæ hujus Artis, in Tibulli aliorumque scriptorum monumenta intulerint librarii et interpolatores, quorum errores confutare, et videre, quid in hac verborum confusione verum sit, quid falsum, quid futile, quid non, res est difficilis et immensi laboris. Cujus rei facultatem ut assequerer, optavi quidem semper; an assecutus sim, viderint alii. Modo absint censores male tornati, qui 'fatales' Critici dici haberique volunt, (Heynius 'vocales' dicit in re literaria 'boves' ad Tibullum II. 5. 78. 'Fataque vocales præmonuisse deos,') qui oracula edunt e libris reconditis, quos nemo, præter illos, vidit, v. c. ex editione Carminum Balbinorum Retzeria cum Commentario Santenii, vel etiam ex Appendice Scotti edita, si Diis placet, una cum H. Stephani Thesauro Gr. L. quod mendacium tam verum est, quam si qui velit dicere, magico susurramine amnes agiles reverti, mare pigrum colligari, ventos inanimes exspirare, Solem inhiberi, Lunam despumari. Ex quo Criticorum genere nuper unus, præ cæteris versutus, demonstravit, Tibullum scripsisse I. 9. 23. 'Nec tibi celandi Fas sit Peccare paranti.'

VITA

TIBULLI.†

[EX ED. HEYN. LIPS. 1798.]

Quod Albio Tibullo prænomen fuerit, minus compertum habemus; sive id librariorum incuria seu casu exciderit.[a] Honesto et equestri loco natus est,[b] Romæne an in municipio aliquo Italiæ, non constat. Petrus Crinitus et Lilius Gregorius Gyraldus, qui ante duo sæcula Poëtarum Historiam persecuti sunt, annum U. C. DCCXI. quo A. Hirtius et

NOTÆ

† A Vulpio confecta.

[a] Ingeniose Broukhusius p. 1. 'Amisit autem hic noster Eques suum sibi prænomen, nulla, ut arbitror, perquisitione iterum reperiundum. Est enim verisimile, in libro illo unico, unde ceteri in Italia traduces prodierunt, literam singularem, quæ prænomen signaret, aut vetustate fuisse exesam, aut librarios harum rerum incuriosos, tanquam minime necessariam, neglexisse. Nisi quis conjiciat, A. hoc est, Auli prænomen habuisse: atque hoc elementum ab insequente comparis naturæ vel fuisse absorptum, vel potius e binis coaluisse in unum.'

[b] Ortum ducit Noster e gente Albia equestri. Fuit alia consularis, e qua, contra Broukhusii monitum, ejus genus ducunt Dacerius et Sanadonius ad Horat. I. Epist. 4. Ex eo, quod in inscriptione libri, quæ fere est, 'Tibulli Equitis Romani,' tum in Vita incerti auctoris, infra exhibenda, Eques Romanus appellatur, perperam contenditur, eum Romæ natum esse.

C. Vibius Pansa Coss. prælio Mutinensi adversus Antonium pro patria occubuerunt, Tibullo simul atque Ovidio natalem fuisse, monumentis literarum tradiderunt. Id illis persuasit versus quidam Pentameter, quem utriusque Poëtæ codices præferunt, ubi ambo de sui ortus tempore verba faciunt: 'Cum cecidit fato Consul uterque pari.'[c] At Josephus Scaliger, qua erat sagacitate, primum subodoratus est, hunc versiculum ex Tibulli Carminibus, tanquam spurium, expungi oportere; quod ni fiat, magnam temporum confusionem oriri. Calculum adjecit Janus Dousa, qui Schediasmate Succidaneo ad Tibullum,[d] manifesto admodum ostendit, de arca Sulmonensis Equitis a quodam in re aliena nimis officioso Tibulli supellectilem auctam. Quod utinam humaniore stylo et minus obsoleto præstitisset bonus ille Dousa, ut, quæ scribebat, et legi libentius, et intelligi facilius possent. Ego vero argumenta, quibus utitur, summatim proferre non gravabor. Primum igitur, nullo modo Tibullus potuisset Messalam sequi ad bellum Aquitanicum, stipendia merere, gnavi denique militis vicem fungi, (quod ipse de se narrat,[e]) quindecim annos natus, vel etiam aliquanto minor: tot enim fere intercedunt ab Hirtii et Pansæ Consulatu ad Messalæ victoriam ac triumphum de Gallis, quem egit anno U. C. DCCXXVI. ut ex vetustissimo lapide satis constat.[f] Deinde Ovidius[g] IV. Trist. Eleg. 10. ubi, ætatis ordine servato, Elegiæ Latinæ scriptores enumerat, Gallo principem locum tribuit, alterum Tibullo, tertium

NOTÆ

[c] Tibulli III. 5. 18. Ovid. IV. Trist. 10. 6.

[d] Schediasmate Succidaneo ad Tibullum, quod Præcidaneis suis pro Tibullo adjecit, quodque post Morellum in edit. Paris. 1604. ad calcem editionis suæ recudi curavit Broukhusius, qui in Dousæ sententiam pedibus transit. Eandem ornate persecutus est Sanadonius ad Horat. I. Epist. 4. cf. etiam Masson. Vita Horatii ad n. 723.

[e] Lib. I. Eleg. 7. 9. seqq.

[f] M. VALERIVS. M. F. M. N. MESSALA. A. DCCXXVI. CORVINVS. PRO COS. EX. GALLIA. VII. K. OCT. Est is annus U. C. 727. Varronianus.

[g] IV. Trist. 10. 51. 'Virgilium vidi tantum: nec amara Tibullo Tempus amicitiæ fata dedere meæ. Successor fuit hic tibi, Galle: Propertius illi: Quartus ab his serie temporis ipse fui.'

Propertio, sibi ipse postremum: ex quo colligimus, Tibullum Propertio atque Ovidio natu majorem fuisse. Nisi quis inepte cavilletur, Nasonem serius ad scribendum appulisse animum; quod in Poëtam ingeniosissimum, et versus plurimos nullo negotio fundere solitum, minus convenit. Huc pertinet Ode Horatii ad Albium inscripta,[h] in qua Venusinus Poëta, sui exemplo proposito, Tibullum ob Glyceræ sævitiam Elegos miserabiles decantantem, et sibi juniorem præferri dolentem in amore, ab animi ægritudine revocat, et solatur. Quod Poëma si, ut ordo Carminum ostendit, compositum fuit ante aliud de Augusti Actiaca Victoria adversus Antonium et Cleopatram,[i] quam in annum U. C. DCCXXIII. incidisse liquet; inveniemus, si communi opinioni assentire velimus, Tibullum annorum vix duodecim Elegiacum Poëtam, Glyceræ amatorem, et, quod magis mirabile, tanquam ætate provectiore, a puella domo exclusum.[k] Omnibus igitur fucum fecit Ovidianus ille versiculus, Tibullo, ut ait memoratus Dousa, a mala manu assutus. His docti viri gravibus argumentis liceat mihi levius quoddam, neque tamen omnino contemnendum, addere de mea penu; ne scilicet ad has epulas, quod aiunt, veniam asymbolus. Vix est, ut credere possim, Ovidium Tibulli memoriæ studiosissimum, cum animadvertisset, se natalem diem, vel saltem annum cum illo habere communem, qua erat præcipue diligentia in rebus vel minimis, ejusmodi eventum silentio prætermissurum fuisse.[l] Verisimilius itaque est, æqualem Horatii Tibullum fuisse,[m] id suadente ipsius Flacci testimonio, qui Epist. I. 4. 'candidum judicem sermonum' suorum eum appellare non dedignatur.

NOTÆ

[h] Libri I. Oda 33.

[i] Libri I. Oda 37.

[k] Urget hæc etiam Broukhusius ad Tib. II. 4. 13. Esse tamen hoc argumentum adeo validum non videtur, cum Odas Horatii non secundum tempus, quo quæque scripta est, collocatas esse constet.

[l] Est utique argumentum hoc levissimum, ut fere omnia ejusmodi argumenta a silentio desumta, ubi memorationis causa idonea nec necessaria erat.

[m] In annum itaque U. C. 690. vel proximos Tibulli natales ponit Dousa, quem sequuntur Broukhusius, Fabricius, Sanadonius, Vulpius.

Emunctæ vero naris hominem, qualis erat Horatius, jam octo lustris vivendo exactis, scripta sua accuratissime elucubrata, homini adolescenti, viginti duobus annis ipso juniori, castiganda committere, jure ac merito puduisset. Quibus jactis fundamentis, alius error convellitur, qui jam invaluit, Tibullum videlicet in ipso ætatis flore vita defunctum esse; idque propter auctoritatem Domitii Marsi, qui Romanum hunc Equitem 'juvenem ad Elysios migravisse,' in Epitaphio testatur. Hujus enim testimonii pondus elevari facile potest; cum sciamus, eos, qui XLVI. ætatis annum prætergressi nondum forent, ex instituto Servii Tullii juniores appellatos:[n] qui vero excessissent, seniores. Quapropter Sallustius C. Cæsarem triginta sex annos natum, cum summi pontificatus apicem peteret, 'adolescentem' vocare non dubitavit.[o] Cum igitur ex eodem Marsi Epigrammate intelligamus, paulo post Virgilii mortem Tibullum vivere desiisse;[p] Donatus vero scripserit, Virgilium denatum C. Sentio Saturnino, Q. Lucretio Vespillone Coss. anno U. C. DCCXXXV. sequitur necessario, si Tibullum, ut ratio postulat, Horatio supparem facimus; cujus natalis contigit anno DCLXXXIX. L. Aurelio Cotta, L. Manlio Torquato Coss. cum ultra quadraginta annos vitam produxisse.[q] At de istis fortasse plus nimio: ad reliqua pergamus.

NOTÆ

[n] Gellius N. A. x. 28. Sed an ex Servii instituto, quod dudum obsoleverat, usus iste vocabuli 'juvenis,' etiam de tricenario venerit, valde dubito; quanquam observatio ipsa vera est, et a multis viris doctis proposita.

[o] Catil. c. 49.

[p] Conf. Masson. Vita Ovidii an. 735.

[q] Contra hanc Dousæ sententiam Ayrman. §. 94. seqq. disputat, argumentis tamen, quibus non magis commoveare, quam iis ipsis, quibus Dousa utitur ad suam opinionem confirmandam. Difficultas alicujus momenti proferri potuisset hæc: quod ex Dousæ rationibus anno demum trigesimo tertio prima stipendia fecisse in Messalæ contubernio videtur. Ipse Ayrmannus in laudata Tibulli vita, inprimis §. 90. seqq. annum 705. ejus natalibus assignat; in quam sententiam propterea maxime concessisse videtur, quod in Lib. III. Eleg. 5. versum, quem suppositititium Interpretes delent, ipse, corruptum tantum esse arbitratus, commode emendasse sibi visus erat: 'Cum cessit fato Consul uterque pari.' ut annus U. C. 705. significaretur, quo Claudius Marcellus et L. Cornelius Lentulus Coss.

Patrimonium, quod peramplum habuerat, repente imminutum deflevit:[r] sive illud luxuria sua ipse prodegerit,[s] sive militum Cæsarianorum vi et latrocinio, quibus tum omnia vastabantur, pessumdatum fuerit.[t] Hoc alterum verum existimo: Horatius enim, Epistola superius memorata, eum laudat a frugalitate, quod opibus recte ac moderate frui sciret: 'Non tu,' inquit, 'corpus eras sine pectore. Di tibi formam, Di tibi divitias dederant, artemque fruendi.' Unde etiam planum fit, Tibullum non esse decoctorem illum et gurgitem, de quo idem Flaccus I. Sat. 4. 'Nonne vides, Albi ut male vivat filius?—magnum documentum ne patriam rem Perdere quis velit.' Aliud quoque argumentum affertur veræ causæ paupertatis Tibulli; nempe Octavianum Cæsarem, tanti nominis principem, et de literato-

NOTÆ

cum Pompeio Urbe Italiaque, Cæsaris adventu, cedere coacti sunt. Ut de emendatione parum felici nihil dicam, possunt duo inprimis contra hæc moveri: primum illud, constare ex Ovid. IV. Trist. 10. Propertium fuisse natu minorem Tibullo: eum autem vulgo ferri natum anno 697. ut adeo Tibullus post hunc annum nasci non potuerit; quanquam responderi ad hanc dubitationem potest, Propertii natales non nisi e Dousæ conjectura ex ejus IV. Eleg. I. 127. seqq. ducta in illum annum conjectos, adeoque non omnino certos esse; deinde observari potest, ipsum Tibullum IV. 1. 183. significare, sibi tantam fortunam fuisse, nunc 'desiderium superesse, curamque novari;' jam, quod desideramus, ejus sensus nobis fuerit, necesse esse; quem vero fortunæ sive melioris sive deterioris sensum habere potuisse sex annorum puerum? tot enim annos, ex illa quidem sententia, natus esse debuit Tibullus proscriptionis tempore. Nos, relictis, quæ parum verisimilia sunt, hæc duo pro veris et certis ponemus; primum, versum illum III. Eleg. 5. 18. adeoque annum natalem ab U. C. 711. videri esse suppositítios; deinde, videri Tibullum aliquanto majorem eo anno esse: sed de vero natali anno pronuntiari temere non posse.

[r] Vide I. 1. 19. seqq. IV. 1. 182. seq.

[s] Contra hanc sententiam, quæ fontem et originem habet veterem Commentatorem Horatii ad I. Epist. 4. (nisi versum Tibulli II. 4. 53. 'Quin etiam sedes jubeat si vendere avitas, Ite sub imperium, sub titulumque, Lares,' eo deflexere viri docti) quamque post Scaligerum verbis exornavit Dacerius ad e. l. Horatii, Dousa primum Præcid. c. 20. et post hunc Broukhusius ad IV. 1. 182. declamavit; tanta quidem hic contentione, ut ipsius viri optimi famam et fortunas agi putares.

[t] Sive, quod probabile est, communem illorum temporum calamitatem expertus, agros suos ab Triumviris assignari vidit militibus: v. Ayrman. §. 7. Broukh. ad IV. 1. 182. Dousa Præcid. c. 20. Recte Cyllenius in nostri Poëtæ Vita: 'bellorum civilium perturbatione egens factus.'

rum laboribus optime meritum, ad quem laudibus ornandum reliqui Poëtæ undique certatim accurrebant, a Tibullo, tanquam indignum, prorsus omissum, et quantum in ipso erat, oblivioni traditum:[u] ob odium, credo, Equitis nostri, et mœrorem, quo, direptis bonis, conficiebatur. Non ideo tamen ad summam inopiam redactus est: sed illi benigno semper Copia cornu suppeditavit, unde famem despicere posset.[x] Ruri certe vitam agere decrevit,[y] ubi remotus a strepitu rerum urbanarum 'salubres inter sylvas[z] Epicuri reptaret, curaretque per otium quicquid sapiente bonoque'

NOTÆ

[u] His argumentis a silentio et omissione petitis nunquam, ut magnam fidem tribuerem, induci potui. Quis enim definiat, quis status, quæ conditio rerum Tibulli fuerit, ut nihil ipsi magnopere negotii cum Octaviano intercederet? Et, si intercessit, cur propterea Carminibus statim cum celebrare debuit? Ita etiam mirabimur, cur Mæcenatem non memoraverit? Otiosa et inanis quæstio! Et tamen in his sibi placent viri docti et nimium quantum argutantur. Sic, cur noster Horatium, a quo tamen et Oden et Epistolam ad ipsum missam legimus, nullo Carmine ornaverit, curiose quærunt, et tandem eo deveniunt, ut multa haud dubie Tibulli periisse tragice declament. Idem in aliis fecerant alii. Virgilium de Horatio, a quo ipse aliquoties honorifice appellatur, plane nihil memorare, mirantur nonnulli, et fere indignantur: fieri omnino non posse, dicunt, ut amicum suum silentio prætermiserit. Quid multa? Invenit ecce tibi nuper ingeniosissimus Britannus, Orrerius, illustrissimus Comes, in Epistolis ad filium suum, et quidem earum XXIII. Horatium in Cretheo, Æn. IX. 774. sqq. de quo ea fere dici putabat, quæ Horatii ingenium et indolem exprimerent.

[x] Vide I. Eleg. 1. extr. Notum paupertatem, quam Noster I. 1. 5. non diffitetur, de fortuna, si non lauta, at nec tenui et despecta, dici solere: cf. Broukh. ad e. l. Et prædium sibi fuisse, Noster ipse testatur eadem Elegia, (erat vero illud in regione Pedana, hoc est, in eo loco situm, ubi olim Pedum, Latinorum oppidum, fuerat, medium inter Præneste et Tibur: v. Horat. I. Epist. 4. 2. cf. Ayrman. §. 9. 10.) et quidem paternum, sive avitum; nam I. 3. 4. 'antiquum Larem,' et I. 10. 15. 'patrios Lares' memorat. Ea res in novas difficultates induebat Ayrmannum §. 18. qui omnia ipsi bona proscriptionis tempore erepta fuisse pronuntiaverat. Eæ tamen nullæ sunt, si illud cogites, partem ei tantum bonorum fuisse ademtam, parte relicta. vid. I. Eleg. 1. 19. Itaque etiam 'accisos agros' legere malim IV. 1. 189.

[y] Amore vitæ rusticæ, tranquillæ illius et securæ, ab omni cupiditate et ambitione alienæ, eum præcipue ductum fuisse, ex nullo non ejus Carmine apparet. Huic amori nos æquabilitatem illam et simplicitatem Elegiarum harum debere puto.

[z] Habet hoc Vulpius ex interpretatione Broukhusii et aliorum versus Horatii I. Epist. 4. 4. 'An tacitum sylvas inter reptare salubres, Curantem, quicquid dignum sapiente bonoque est.' Sed has sylvas cur Epicuri faciant viri docti causam non video.

maxime 'dignum' foret. M. Valerii Messalæ Corvini, summi viri, triumpho Aquitanico notissimi, cliens et comes perpetuus fuit;[a] quem cum in Asiam[b] proficiscentem itinere maritimo secutus esset, Corcyræ gravi morbo correptus decubuit. Cum esset in amores paulo proclivior, quibus etiam colendis et agitandis propter oris elegantiam[c] factus videbatur, inprimis Deliam puellam,[d] vero nomine Plautiam, uti Apuleius[e] testis est, dilexit. Nemesin deinceps[f] libertinæ conditionis mulierem, ut videtur. Neæram, puerumque Marathum, Sulpiciam quoque ac Cerinthum, amatorum par, Carminibus celebravit.[g] Miror autem, cur ab Ovidio duæ tantum ejus amicæ nominentur, Delia et Nemesis; quarum alteram lecto morientis astitisse, manuque illius deficiente pressam testetur. Fortasse[h] (nihil

NOTÆ

[a] In ejus contubernio fuit Noster, ut auctor Vitæ ejus testatur, et ipse Tibullus I. 3. 2. eumque in Gallias secutus est, ut ex I. Eleg. 7. constat. Si Messala ab Actio protinus in Aquitaniam missus est, ut ad I. Eleg. 3. probabimus, et ipsum Tibullum in classe fuisse probabile est. Nisi Messalam, antequam in Aquitaniam pergeret, Romam adiisse dicas. Huic Noster librum primum et alterum inscripsisse videtur: non vero totum opus; ut Cyllenius in ejus Vita: 'Ad Messalam hoc opus misit in IV. Libros digestum.'

[b] Ex Galliis in Asiam contendisse Messalam, satis constat. Vide ad I. 3. pr.

[c] Hanc ipsi tribuit auctor Vitæ ejus.

[d] Libertinam: vide I. 6. 67. temere contra id pugnante Ayrmanno §. 65. Hanc primum innuptam, (I. 1. I. 3.) mox alterius conjugem, (I. 2. I. 5. I. 6.) amasse videtur: cf. eund. §. 66. sqq.

[e] Apolog. I. ubi alii Planciam, vel Planiam, vel Flaviam legunt. Planiam post alios defendit Broukhusius ad Tib. I. 1. 57. Plancam Ayrman. §. 73.

[f] Nemesin esse eandem cum Horatii Glycera I. Od. 33. vulgo existimant. Potuit tamen etiam alia esse, quam post ceteras, adeoque tum amasse videtur, cum juniorem amatorem ei præferri mirum non esset. Pro eadem puella cum Nemesi Glycera vix haberi potest, nam de Nemesis avaritia, non fastidio, quod senem se sperneret, conqueritur. De Neæra dictum est ad III. 1. pr.

[g] Sunt ea in Librum IV. rejecta, eque viri doctissimi judicio adeo ad Tibullum auctorem referenda. De qua re tamen tum alii dubitarunt, tum ipse Tibullum auctorem habere ea nego. Verum de hac controversia actum est diligentius ad IV. 2. pr. De Maratho v. ad I. 4. 81. Obss. et I. 8.

[h] Modestius quidem hæc, nec minus tamen otiose, quam Ayrmannus §. 64. qui 'nullum dubium esse' contendit, 'quin per Sulpiciam et Neæram aut eædem illæ [Delia et Nemesis] aut plane a Nostri amore alienæ pu-

enim commodius in mentem venit) sub Lygdami et Neæræ nominibus cuipiam amicorum gratificatus; non suis, at alienis amoribus, castis tamen et conjugalibus, inserviens. Parum libenter se militasse ipse non semel significat: nam et Pacis cultorem se profitetur, diramque sitim humani sanguinis identidem abominatur. Macrum et Horatium[i] Poëtas in familiaribus habuit: etiam T. Valgii, Heroico versu excellentis, honorificam mentionem facit.[k] Ejus autem immaturus obitus Nasonis illustri Epicedio defletus est,[l] qui matrem et sororem suprema illi pietatis officia persolvisse scribit. Quanti autem Elegiæ Tibulli æstimandæ sint, vel ex uno Fabio Quintiliano[m] colligere possumus; qui cum tersum judicet atque elegantem maxime; simul ei principatum in hoc genere Carminis facile tribuit. Horatius Cassio Parmensi præponit.[n] Ovidius 'cultum'[o] appellat, ejusque Carmina nunquam intermoritura vaticinatur. Equidem Tibullo suaviorem Poëtam, planiorem, aut magis aptum ad motus animi pingendos non invenio.[p] Sunt, qui-

NOTÆ

ellæ intelligantur; quoniam, si diversæ fuissent, eas una cum reliquis Ovidius commemoraturus fuisse videtur.' At eodem argumento affirmabo, non modo Sulpiciam et Neæram, sed etiam Nemesin fuisse eandem cum Delia; quia hanc unam Apuleius loco laudato memorat, et Martialis ea, quæ Tibullus de Delia pronuntiavit, 'Et juvet in tota me nihil esse domo,' ad Nemesin retulit. Quid, quæso, ea definire refert, quæ affirmare et defendere nec licet, nec quicquam interest? Potuit Ovidius e pluribus Tibulli amicis nominare duas, forte potiore loco habitas, aut aliis de causis inter ceteras insignes.

[i] Quem ad Nostrum I. Od. 33. et I. Epist. 4. scripsisse doctissimi Interpretes existimant: quanquam nondum ab omni dubitatione exemta illa opinio, mihi quidem, esse videtur. De Macro Tibull. II. 6. 1.

[k] IV. 1. 180. si modo illud Carmen Tibulli est. Etiam Catulli III. 6. 41.

[l] III. Amor. Eleg. 9. subjectam etiam hic inter testimonia.

[m] Lib. x. Inst. c. 1. 'Elegia Græcos quoque provocamus: cujus mihi tersus atque elegans maxime videtur auctor Tibullus.' Quintiliani hoc judicium explicat ac defendit Ayrman. §. 99. 100. Ingenium et characterem Elegorum Tibulli nuper vir doctus bene exposuit in Diss. de Poëtis Eleg. Rom. (in Nachträgen zu Sulzern II. B. I. St.)

[n] Composuerat Cassius ille Tragœdias, Elegias, et Epigrammata, quæ non magni habebantur. Itaque, cum Horatius dixit Tibullum 'Scribere, quod Cassi Parmensis opuscula vincat:' non tam eum laudare, quam hunc sugillare voluisse dicendus est.

[o] I. Amor. 15. 28.

[p] Voluit, puto, Vulpius suavitatem et facilitatem cum sententiarum tum

bus Panegyricus ad Messalam minus arrideat; nec injuria: voluit enim Auctor in illo Poëmate egredi gyrum ingenii sui; adeoque nil mirum, si ei non successerit.[q]

Ex vetustis Codicibus et Editionibus.[r]

ALBIUS Tibullus, Eques Romanus, insignis forma cultuque corporis observabilis, ante alios Corvinum Messalam Oratorem dilexit: cujus et contubernalis fuit, et Aquitanico bello militaribus donis ornatus est.[s] Hic multorum judicio, et maxime Quintiliani, viri in studio literarum acerrimæ licentiæ,[t] inter Elegiographos principem obtinet locum. Epistolæ quoque ejus amatoriæ,[v] quanquam breves, omnino non inutiles sunt. Obiit adolescens, tempore Virgilii, ut indicat Epigramma infra scriptum: 'Te quoque Virgilio comitem,' &c.

NOTÆ

numerorum, cum felicitate mira in reddendis affectibus mollioribus animi prædicare.

[q] Vide, quæ ad eum dicentur infra. Verbo: Tibulli Carmen illud vix esse videtur.

[r] Scaliger hanc vitam ex libris scriptis protulerat, sed jam in Edit. Ven. 1475. et Rheg. Lepid. excusam esse Broukhusius p. 2. monuit. Idem eam in quatuor libris invenerat, unde correctiorem, ita ut nunc est, exhibuit. Depravatior erat in Codice Regio: mendosam etiam ex Editione principe 1472. Vulpius proposuit. Mendosa quoque est in Ed. Romana et aliis, etiam in Corvin. Subjecta fere esse solet Carmini XIV. libri IV. In Corvin. *Eques Regalis* legitur, et *Corvinum Messalam origine dilexit;* utrumque compendiosæ scripturæ ignoratione.

[s] Hoc ex Tibulli scriptis, vel aliunde, non constat. Elici tamen potest ex I. 7. 9. 'Non sine me est tibi partus honos.'

[t] *Acerrimæ licentiæ*] Scil. in dijudicandis et reprehendendis veterum scriptis. Male Ayrmannus §. 98. emendabat *diligentiæ.* Mox scr. *Elegographos.*

[v] Epistolas has amatorias nullas alias fuisse, quam Carmina libri IV. vel a Sulpicia ad Cerinthum, vel ab hoc ad Sulpiciam missa, putabat Ayrman. §. 105.

TIBULLI

SIMULQUE

M. VALERII MESSALÆ

VITÆ SYNOPSIS CHRONOLOGICA,

CONFECTA PRIMUM A CHR. FR. AYRMANNO,

Nunc recisis iis, quæ vel levi vel nulla fide tradebantur, aliis, quæ certiora erant, adjectis, recognita et emendata.

Anni U. C. Varron.	An. æt. Albianæ ineuntes.	
695		Hoc anno, secundum Eusebium, aut saltem duobus vel tribus ante, natus est præcipuus Tibulli patronus, M. Valerius Messala Corvinus.
705	1	Natus est anno hoc exeunte, ut Ayrmannus putabat, aut, quod contendebat, non ante annum U. C. DCC. Albius Tibullus. At vulgo viri docti natales Tibulli in annum U. C. 690. conjiciunt. Neutrum certa et explorata fide.
711	7	Hirtius et Pansa, Coss. in prælio ad Mutinam occiderunt. Sub anni exitum adversarum partium proscriptio Romæ a Triumviris facta, per quam Tibullus quoque maxima paternarum avitarumque possessionum parte, præter unam forte villam in agro Pedano, exutus esse videtur, patre jam ante id tempus amisso.
		Tunc proscriptus est Messala, ideoque ad Brutum et Cassium se recepit.
		Eodem anno natus est Ovidius, neque multo ante Propertius. At Catullus post a. 705. obierat.
712	8	Devicto Bruto et Cassio, Messala ad Antonium, atque inde ad Cæsarem transiit.
718	14	Messala in Bello Siculo, a Cæsare cum Sex. Pompeio gesto, Cæsari affuit, et in mercedem fortitudinis ac fidei Augur extra ordinem creatus est.

719 15 Salassi, Taurisci, Iapydes, aliique rebellantes populi, Pannonii item, a Cæsare debellati sunt, cui militiæ Messalam quoque interfuisse probabile est: v. Dio XLIX. 34—37.

720 16 Hoc aut sequente anno Messala, Legatus Cæsaris missus, Salassos aliosque cum iis iterum rebellantes populos devicit: v. Dio XLIX. 38. inter quos Iapydas, Pannonios, et Arupinos fuisse e IV. 1. 107. sqq. discimus: v. ibi not.

Ad hunc annum Sanadonius Horatii I. Epist. 4. 'Albi nostrorum s.' refert.

723 19 Consul una cum Cæsare factus est Messala, et eundem, cum adversus Antonium iret, secutus, puguæ Actiacæ interfuit; a qua nec Tibullum abfuisse contendebat Sauadonius, nulla cum fide.

Hoc anno, aut proxime antecedentium aliquo, in patrocinium Messalæ receptus esse creditur Tibullus. Ei certe se commendare studuisse putatur primo Libri IV. Carmine in laudes Messalæ per ejus consulatum, et quidem ante æstatem, scripto; si quidem is a Tibullo scriptus videri potest. Verum etiamsi Scholiastici alicujus fœtus ille est, potuit tamen ille rerum gestarum fidem ad tempora sequi.

Amasse videtur Tibullus jam tum Deliam suam, nondum eo tempore viro nuptam.

724 20 Statim a pugna Actiaca Messala contra rebellantes Aquitanos missus, eos debellavit, et Aquitaniam in Provinciæ formam redegit: v. ad I. El. 7.

Eum in Gallias secutus noster Albius, ipsius contubernalis, bello Aquitanico interfuit. v. ibid. Roma proficiscens scripsisse creditur Libri I. Eleg. 10.

Per Tibulli absentiam Delia alteri nupsisse videtur.

725 21 Hoc anno ineunte Messala, cumque eo Tibullus, ex Gallia in Asiam navigasse videtur; sed hic, cum ad insulam Corcyram perventum esset, in gravem morbum incidit, ibique a Messala relictus est. Inde mox, valetudine pristina recuperata, Romam reversus esse videtur. Scripsit in Corcyra Libri I. Eleg. 3.

Eodem et proxime sequentibus annis Messala, Cæsaris exercitui præfectus, ipso absente, res in Asia, Cilicia, Syria, Phœnicia, et Ægypto constituit.

Interea Romam reversus Tibullus ad amorem Deliæ, tunc conjugis et alii nuptæ, rediit, in eoque per hunc et sequentes annos perduravit. Quo temporis spatio scripsit Libri I. Eleg. 1. 6. et 2.

727 23 A. d. VII. Kal. Octobr. Messala, ex Asia Romam reversus, de Aquitanis triumphum egit, atque Augusti jussu, inter alios triumphales viros, partem viæ Latinæ muniendam suscepit: v. Lib. I. Eleg. 7.

Brevi post triumphum Messalæ scripta est in ejus natalem Lib. I. Eleg. 7. porro Lib. II. Eleg. 1. ubi cf. vs. 32. 33.

Intra idem tempus, si Elegiarum ordinem sequi licet, quod tamen admodum lubricum esse fatendum est, amavit Noster puerum Marathum. Huc refer Lib. I. Eleg. 4. Is infelici in Pholoën amore urebatur, quam ei conciliari studet Tibullus Lib. I. Eleg. 8. Idem puer mox, Tibullo relicto, alii se dedit; in quam perfidiam scripta Lib. I. Eleg. 9.

Edidisse tum Librum Elegiarum primum, prima ei Elegia præmissa, videtur, in qua Messalam alloquitur; exemplo aliorum ex illo tempore: v. Bentleii præf. in Horat.

728 24 Messala primus urbis Præfectus creatus est; quo tamen magistratu se post paucos dies abdicavit.

Eodem anno Cornelius Gallus, primus Ægypti præfectus Augustalis, in invidiam Augusti adductus, ad necem sibi inferendam compulsus est. Sueton. c. 66.

730 26 Hoc circiter anno, aut certe non longo post tempore, Messalinus, alter Messalæ filiorum, in Quindecimvirum collegium cooptatus est. In cujus Sacerdotii auspiciis scripsit Tibullus Lib. II. Eleg. 5.

Circa idem tempus Nemesin amavit, avaram puellam; de cujus moribus conqueritur Lib. II. Eleg. 4. Ipsa, eo spreto, cum ditiori amatore rus abierat. Tunc scripta Lib. II. Eleg. 3. et 4. et Macro, militatum profecto, Eleg. 6. Parabatur tunc expeditio Ælii Galli in Arabiam, ex qua etiam Iccius apud Horatium ditescere volebat.

Per idem tempus in Cerinthi, cui puella, quam is amabat, pacta erat, natalem Lib. II. Eleg. 2.[a] scripta esse potest.

Præmissa Elegia prima, qua Messalam honorifice appellat, vulgasse tum Librum II. videtur.

Neæram post illam amavit, quam etiam in matrimonium ducere voluisse videtur. Vide III. 1. extr. 4. passim. At illa peregre profecta, summa ægritudine confectus amator scripsit Lib. III. Eleg. 2. 3. Cumque eam alteri nupsisse, incerta fama perlatum fuisset, Elegiam 4. re vero plane comperta Eleg. 6.

Intra hoc tempus gravi morbo laborans, ad amicos, qui thermas Etruscas adierant, misit Lib. III. Eleg. 5.

Kalendis Martiis nescio cujus anni libellum III. Elegiarum conscriptum Neæræ dono misit, Elegia prima præmissa.

NOTÆ

[a] Paullo ante et per idem partim tempus Carmina libri IV. ad Sulpiciam, hujusque ad Cerinthum, scripta fuisse necesse est. Et ad Sulpiciam quidem Kal. Martiis Carm. II. eaque ægrotante Carm. IV. atque in ejus natali Carm. VI. Ab ipsa vero Sulpicia ad Cerinthum venatum profectum Carm. III. in pueri natalem, V. cum potita esset puero, VII. cum timeret, ne a Messala rus abduceretur VIII. metu ademto IX. Conqueritur de tepore Cerinthi X. ægrotans scripsit ad eum XI. et cum pœniteret pudoris sui XII.

Inter hos Neæræ amores, sive inter illos Nemesios, sive alterius alicujus, scripta est Horatii I. Od. 33. qua Glyceræ amore excruciatum Tibullum narrat.

Extremos vitæ annos in villæ suæ secessu exegisse videtur Tibullus, gravioribus exinde studiis daturus operam. Quo tempore ad eum Horatius scripsit I. Epist. 4. cf. Masson. Vita Horat. p. 155.

735 31 A. d. x. Kal. Octobr. Virgilius obiit. Quem insecutus mox est Tibullus.

751 M. Valerius Messalinus, Messalæ filius, Consul fuit.

760 Circa hunc annum idem Messalinus, Dalmatiæ Pannoniæque Præfectus, parva manu magnum hostium fudit fugavitque numerum, et ornamentis propterea triumphalibus honoratus est.

746 M. Valerius Messala Corvinus obiit.

CLARORUM ALIQUOT VIRORUM

DE

ALBIO TIBULLO

TESTIMONIA ET JUDICIA.

Q. Horatius Flaccus Lib. I. Ode 33.

Albi, ne doleas plus nimio, memor
Immitis Glyceræ; neu miserabiles
Decantes Elegos, cur tibi junior
Læsa præniteat fide.

Idem Lib. I. Epist. 4.

Albi, nostrorum sermonum candide judex,
Quid nunc te dicam facere in regione Pedana?
Scribere quod Cassî Parmensis opuscula vincat? &c.

Paulo post.

Non tu corpus eras sine pectore. Di tibi formam,
Di tibi divitias dederant, artemque fruendi.

P. Ovidius Naso Amorum Lib. III. Eleg. 9.

Memnona si mater, mater ploravit Achillem,
Et tangunt magnas tristia fata Deas;

Flebilis indignos, Elegeia, solve capillos:
  Ah nimis ex vero nunc tibi nomen erit!
Ille tui vates operis, tua fama, Tibullus
  Ardet in exstructo, corpus inane, rogo.
Ecce, puer Veneris fert eversamque pharetram,
  Et fractos arcus, et sine luce facem.
Aspice, demissis ut eat miserabilis alis;
  Pectoraque infesta tundat aperta manu.
Excipiunt sparsi lacrymas per colla capilli,
  Oraque singultu concutiente sonant.
Fratris in Æneæ sic illum funere dicunt
  Egressum tectis, pulcher Iule, tuis.
Nec minus est confusa Venus, moriente Tibullo,
  Quam juveni rupit cum ferus inguen aper.
At sacri vates, et Divum cura vocamur:
  Sunt etiam, qui nos numen habere putent.
Scilicet omne sacrum mors importuna profanat:
  Omnibus obscuras injicit illa manus.
Quid pater Ismario, quid mater, profuit Orpheo?
  Carmine quid victas obstupuisse feras?
Ælinon in sylvis idem pater, Ælinon, altis
  Dicitur invita concinuisse lyra.
Adjice Mæoniden, a quo, ceu fonte perenni,
  Vatum Pieriis ora rigantur aquis.
Hunc quoque summa dies nigro submersit Averno:
  Diffugiunt avidos carmina sola rogos.
Durat opus vatum, Trojani fama laboris,
  Tardaque nocturno tela retexta dolo.
Sic Nemesis longum, sic Delia, nomen habebunt;
  Altera, cura recens, altera, primus amor.
Quid nunc sacra juvant? quid nunc Ægyptia prosunt
  Sistra? quid in vacuo secubuisse toro?
Cum rapiant mala fata bonos, ignoscite fasso,
  Solicitor nullos esse putare Deos.
Vive pius; moriere pius: cole sacra; colentem
  Mors tamen a templis in cava busta trahet.

Carminibus confide bonis: jacet ecce Tibullus.
  Vix manet e tanto parva quod urna capit.
Tene, sacer vates, flammæ rapuere rogales;
  Pectoribus pasci nec timuere tuis?
Aurea sanctorum potuissent templa Deorum
  Urere, quæ tantum sustinuere nefas.
Avertit vultus, Erycis quæ possidet arces:
  Sunt quoque, qui lacrymas continuisse negent.
Sed tamen hoc melius, quam si Phæacia tellus
  Ignotum vili supposuisset humo.
Hinc certe madidos fugientis pressit ocellos
  Mater; et in cineres ultima dona tulit.
Hinc soror in partem misera cum matre doloris
  Venit, inornatas dilaniata comas.
Cumque tuis sua junxerunt Nemesisque priorque
  Oscula: nec solos destituere rogos.
Delia discedens, Felicius, inquit, amata
  Sum tibi: vixisti, dum tuus ignis eram.
Cui Nemesis, Quid ais? tibi sint mea damna dolori?
  Me tenuit moriens deficiente manu.
Si tamen e nobis aliquid, nisi nomen et umbra,
  Restat; in Elysia valle Tibullus erit.
Obvius huic venias, hedera juvenilia cinctus
  Tempora cum Calvo, docte Catulle, tuo.
Tu quoque, si falsum est temerati crimen amici,
  Sanguinis atque animæ prodige, Galle, tuæ.
His comes umbra tua est; si quid modo corporis umbra est:
  Auxisti numeros, culte Tibulle, pios.
Ossa quieta, precor, tuta requiescite in urna:
  Et sit humus cineri non onerosa tuo.

Idem Amor. Lib. I. Eleg. 15. 27.

Donec erunt ignes arcusque Cupidinis arma,
  Discentur numeri, culte Tibulle, tui.

Idem Artis Lib. III. vs. 333.

Et teneri possis carmen legisse Propertî;
  Sive aliquid Galli, sive, Tibulle, tuum.

Idem Remed. Amor. vs. 763.

Carmina quis potuit tuto legisse Tibulli,
  Vel tua, cujus opus Cynthia sola fuit?

Idem Trist. Lib. II. vs. 447.

Credere juranti durum putat esse Tibullus;[1]
  Sic etiam de se quod neget illa viro.
Fallere custodem demum docuisse fatetur;
  Seque sua miserum nunc, ait, arte premi.
Sæpe, velut gemmam dominæ signumve probaret;
  Per causam meminit se tetigisse manum.
Utque refert, digitis sæpe est nutuque locutus,
  Et tacitam mensæ duxit in orbe notam.
Et quibus e succis abeat de corpore livor,
  Impresso fieri qui solet ore, docet.
Denique ab incauto nimium petit ille marito,
  Se quoque uti servet; peccet ut illa minus.
Scit, cui latretur, cum solus obambulat ille:
  Cur toties clausas excreet ante fores.
Multaque dat talis furti præcepta: docetque
  Qua nuptæ possint fallere ab arte viros.
Nec fuit hoc illi fraudi; legiturque Tibullus,
  Et placet, et jam te Principe notus erat.

Idem Trist. IV. 10. 51.

Virgilium vidi tantum: nec avara Tibullo
  Tempus amicitiæ fata dedere meæ.
Successor fuit hic tibi, Galle; Propertius illi:
  Quartus ab his serie temporis ipse fui.

NOTÆ

[1] Hæc omnia, paulo tantum inflexa, leguntur apud ipsum Tibullum Lib. I. Eleg. 6.

Ibid. Lib. v. 1. 15.

Delicias si quis lascivaque carmina quærit;
Præmoneo, nunquam scripta quod illa legat:
Aptior huic Gallus, blandique Propertius oris,
Aptior, ingenium come, Tibullus erit.

C. Velleius Paterculus, Hist. Lib. II. cap. 36.

Pæne stulta est inhærentium oculis ingeniorum enumeratio: inter quæ maxime nostri ævi eminent, princeps carminum Virgilius, Rabiriusque, et consecutus Sallustium Livius, Tibullusque et Naso, perfectissimi in forma operis sui.

M. Fabius Quintilianus Instit. Orat. Lib. x. cap. 1.

Elegia Græcos quoque provocamus, cujus mihi tersus atque elegans maxime videtur auctor Tibullus.

P. Papinius Statius Sylv. Lib. I. 2. 252.

Hunc ipse choro plaudente Philetas,
Callimachusque senex, Umbroque Propertius antro,
Ambissent laudare diem, nec tristis in ipsis
Naso Tomis, divesque foco lucente Tibullus.

M. Valerius Martialis Lib. IV. Epigr. 6.

Qui compositos metro Tibulli
In Stellæ recitat domo libellos.

Idem Lib. VIII. Epigr. 70.

Sed tamen hunc nostri scit temporis esse Tibullum,
Carmina qui docti nota Neronis habet.

Idem Lib. VIII. Epigr. 73.

Fama est arguti Nemesis formosa Tibulli:
Lesbia dictavit, docte Catulle, tibi.

Idem Lib. XIV. Epigr. 72.

Ussit amatorem Nemesis lasciva Tibullum,
In tota juvit quem nihil esse domo.[1]

L. Apuleius Apologia.

Accusent — et Tibullum, quod ei sit Plautia in animo, Delia in versu.

C. Sollius Sidonius Apollinaris Carm. 9.

Non Getulicus hic tibi legetur,
Non Marsus, Pedo, Silius, Tibullus.

Idem ad Hesperium.

Memineris, quod sæpe versum complevit Delia cum Tibullo.

Diomedes Grammaticus Lib. III. cap. 6.

Quod genus carminis (Elegiam) præcipue scripserunt apud Romanos Propertius et Tibullus, imitati Græcos Callimachum et Euphormionem.

Joannes Baptista Pius Annot. Poster. cap. 115.

Princeps Elegorum Poëtarum est dubio procul Albius Tibullus, quia vere, non dissimulanter aut obnoxie, amantem agit: modo superbit, modo supplicat, annuit, renuit, minatur, intercedit, dedignatur, devovet, orat, inconstans est, quod voluit, non vult, quod optavit, refugit, secum dissidens, ut in vera Cupidinis rota illum circumagi credas. Non deest tamen in tanto lepore verborum suus nitor, et reconditarum rerum cognitio.

Angelus Politianus Nutric. vs. 539.

Ut tersi memorat pia Musa Tibulli,

NOTÆ

[1] Vide Tibullum Lib. I. Eleg. 5. 30.

Musa sibi primos quæ jure adsciscit honores
Imparibus numeris, ni blanda Propertius ora
Solvat, et ambiguam faciat certamine palmam.

Julius Cæsar Scaliger Poëtices Lib. VI. cap. 7.

Facilius e Tibulli locis expediemus censuram nostram Uniformis ille pæne totus est, vixque discedens ab se ipso eodem pæne gyro concluditur. Audis enim casas, focos, rura, nemora, præla, spicas, sacra tum sæpe, tum multum. Omnium vero cultissimus, nec redundans in Elegia.

Ioachimus Camerarius in Elementis Rhetoricæ.

Ego vero quoties Tibulli carmina lego, nihil amplius requiro neque venustatis neque elegantiæ: doctrinam autem et eruditionem admiror. Omnia arte studioque summo elimata mihi videntur: itaque in maxima facilitate, illa tamen cura elaborationis et diligentiæ conspicitur. Verba optima, sententiæ exquisitæ, compositio omnibus, ut aiunt, numeris perfecta. Ex quo necesse est hoc consequatur, carmina ut sint et canora, et splendida, et concinna.

Hadrianus Turnebus Advers. Lib. XVI. cap. 19.

Tibullus, ille politus suavisque Poëta, et, quidam Phœbeus olor, in quo sincerus esse videtur et ingenuus Latini sermonis sapor, nullo peregrino vitiatus succo.

Jacobus Sannazarius Lib. II. Eleg. 1.

Battiaden docti sectatur Musa Propertî:
Flaccus Pindaricos dividit aure modos.
Passeris exsequias fracto canit ore Catullus:
Tu Nemesin laudas, culte Tibulle, tuam.

Justus Lipsius Var. Lect. Lib. I. cap. 21.

Tibullus elegans cumprimis Poëta, et in cujus purissimis scriptis nativa quædam et vernacula Latinæ linguæ munditia relucet.

Isaacus Casaubonus Lection. Theocrit. cap. 17.

Conferant autem studiosi Poëticarum amœnitatum Idyllium hoc cum Poëtæ cultissimi Tibulli Elegia quarta, Libro primo. Nam illa videntur ad Theocriti imitationem dicta:

'Carmine purpurea est Nisi coma: carmina ni sint,
Ex humero Pelopis non nituisset ebur.'

Franciscus Modius Sylv. Carm. 15. ex persona Tibulli

Ut Cidnus nullas sordes, nitidissimus amnis
Volvit, et a limo purus ubique fluit:
Sic mea, Romanas inter castissima Musas,
Undique nativo culta decore nitet.
Ergo aliæ placeant ornatu trans mare sumto:
Nostra suo et patrio si placet una, sat est.

Andreas Schottus Nodor. Ciceron. Lib. I. c. 7.

Tibullus autem elegans Latini sermonis Poëta.

Idem ibidem cap. 8.

Est purus et elegans, bonusque Latinitatis auctor Tibullus, Eques et ipse Romanus, qua tempestate, ut hodieque, nobilium quam plebeiorum cultior ac politior sermo fuit.

Idem Observat. Human. Lib. II. cap. 13.

Scitus et elegans tum in verbis, tum in numeris Tibullus: sed qui e Græcis fontibus pleraque expresserit.

Idem Tullian. Quæst. Lib. I. c. 14.

Media ætas, quod aureum Latinæ linguæ sæculum appello, brevis admodum, ut res hominum sunt, extitit. Scriptores tamen plurimos reperit, qui ob dicendi elegantiam ætatem ferre, ad posterosque transmitti potuerunt. In hac unus M. Tullius Cicero familiam sic duxit, ut non modo princeps, verum etiam 'vox ipsa eloquentiæ, cœlestisque

in dicendo vir,' a Quintiliano diserte appellatur. Ejus æquales Cæsar, Sallustius, Cornificius, moxque T Livius. Poëtæ vero Terentius, Catullus, Virgilius, Horatius, Tibullus, Propertius et Ovidius, diserti quidem homines ac venusti.

Casp. Barthius Advers. Lib. IV. cap. 11.

Et quis melior Tibulli expositor, quam Tibullus? qui tot sæculis parem non habuit, ac ne imitatorem quidem, quem sane nostra sæcula legant? Et sæpissime miratus sum hoc fatum Romanæ Elegiæ, et floruisse et defloruisse una ætate Amatoriam ejus Venerem, quantum quidem ad nos pertinet: nam Martialis et Papinii ætate, quod ex ipsis et Plinio etiam Juniore constat, talia non pauci scripserunt. Verum cum ipsis fere nominibus et hi et sequentis ævi interierunt.

Idem Epidorp. Lib. VIII. 46.

Ut ebria absque veste Cypris incedit,
Eum locutus est Tibullus in morem.

Idem ad Stat. Sylv. Lib. I. 2. 32.

Pulchre talia enarrantur a suavissimo et veri genii Poëta, Tibullo Lib. III. Eleg. 4.

Vincenzo Gravina nel Discorso delle Favole Antiche.

Tibullo è pieno di soavità, di grazia, di tenerezza, di passione, di purita, e d' eleganza, tanto nel numero quanto nelle parole, maravigliosa e perfetta.

Petrus Lotichius Secundus.

Talis in Aonidum patria, sylvisque beatis
Perfluit æternus sancta vireta liquor.
Illic largifluas vatum chorus omnis ad undas
Inter odoratum ludit amatque nemus.
At myrti vacua solus gemit unus in umbra
Quem circum lacrymis omnia plena madent.

Hunc quondam facilem pharetrato semper Amori
  Ipsa Venus campos duxit in Elysios.
Hoc duce carpe viam. Sed enim tu mente pudica,
  Caste puer, castis carmina finge modis.
Ipse quidem, nec vera nego, Sulmonis aquosi
  Ad Musas propius monstrat Alumnus iter:
Sed tantum superat facundi Musa Tibulli,
  Quantum voce alias Daulias ales aves.

Lucius Joannes Scoppa Collect. Lib. I. c. 31.

Tibullus Poëta candidissimus, atque amator felicissimus, non tam misere, quam lepide concinneque suos decantavit amores: cujus Poëma tersum et emunctum quoties in manus sumo, non modo afficior amore, sed ipsum etiam depereuntem videre videor.

Bartholomæus Riccius de Imitatione Lib. I.

Catullum, Tibullum, Lucretium, Horatium, Maronem, tantum abest ut boni omnes non magnopere laudent, ut eos etiam nullo fine suspiciant, mirentur, colant.

Idem ibid. paulo post.

Primum autem locum in Elegia Tibullum scribendi suavitate sibi vindicare putamus: neque sit nunc, qui illi aut Ovidium aut Propertium conferat; quorum uterque omnino quasdam Elegias conscripsit, quæ admodum contemnantur: in ceteris vero, quarum longe major est numerus, alter aut se justo demissius agit, aut ita cum numeri tum verborum nullo prorsus dilectu habito versus pangit, ut sæpius quicquid in buccam in carmen conjiciat: alter vero, aut rei difficultate, aut numero quodam asperiore, paulo horridior habetur. Cum in Tibullo pæne lectissima omnia, et propterea etiam facillima legantur, cadantque ita ejus numeri leniter, ut magis concinne cadere non possint: ac, in quo primam laudem acquirit Elegia, hic ita apte vagetur,

itaque composite diversa connectat, ut in re multiplici ac pervaria, integrum tamen ac perpetuum, quam longum est, filum existat. Quod Franciscus Molsa planissime sensit, qui ad hujus imaginem optime omnium versus faciebat.

Lucas Fruterius Verisimil. Lib. I. c. 6.

Ecce iterum ad Tibullum relabimur, nimis enim auctor ille nobis placet, cum dictionis puritate, tum proprii sermonis elegantia. Dicant et sentiant alii quod velint. Ego non vereor, quod scio quosdam velle, ne Tibullus noster illi secundus fiat, cujus facilitas et luxuria antiqui temporis doctissimis parum omnino grata fuit, quantum ex illorum scriptis colligere est nobis. Sed nos, credo, cum hæc nimis anxie persequimur, doctiorum de his judicio parum fidimus, quorum eandem esse opinionem certe dubitandum est nemini.

Joannes Pierius Valerianus Serm. de Studiorum Conditione.

Sermones ait hic, vates Venusine, securi
Cædi posse tuos; crassos accusat et odit.
Est cui sit docti libertas dura Catulli:
Virgilio ingenium qui demat, propter Homerum:
Qui tibi mollitiem vitio det, terse Tibulle.

Lævinus Torrentius Comment. in Horat. I. Od. 33. 1.

Hunc Albium Tibullum fuisse, cujus Elegi nunc quoque tantopere, et sane non immerito, ob summam elegantiam, et Latini sermonis puritatem, a doctis omnibus laudantur, nemo temporum peritus negaverit. Hoc dolendum (quod etiam Horatii hic testimonio satis constat) multa illius tersissimi Poëtæ Carmina desiderari.

Janus Gulielmius Quæst. in Plauti Rudent. c. 5. ad Jacobum Cortinium Cissæum.

Tibulli lectione valde delector: opinor et tu, J. Cissæe,

qui ejus Poëtæ veneres et lepores omnes felicissime expressisti.

Stephanus Paschasius Libro Icon.
Epigr. 91.

Pervolvas reliquos vates quos Roma tulit; nil
Tersius est numeris, culte Tibulle, tuis.

Daniel Heinsius Præfat. Monobibli.

Liberrimum primo scribendi genus Elegia fuit, quam delicatissimis induerunt Græci numeris. Quos, cum alii, tum vel maxime ingeniosus Naso immutavit: qui cum ingenii sui frænos ubique laxat, ne nequicquam declamasse videatur, artem, ut Romanus, constringit, legemque et æquabilitatem versuum præscribit sibi, cui ubique fere obtemperat. Sic cum tersissimo Tibulli filo animam addat, cultum non sustulit tamen.

Franciscus Vavassor de Ludicra Dictione.

In hoc artis Poëticæ genere singulares et eximios uno eodemque Augusti sæculo quatuor constat extitisse, quorum alius alium, tanquam ætatis pariter et gloriæ successor, exceperit, Gallum, Tibullum, Propertium, et, qui se istis jure optimo quartum annumerat, Ovidium. At statim ab obitu Ovidii, Velleio Historico satis duo fuerunt, Tibullus et Naso, quos esse dixerit in forma operis sui perfectissimos. Quanquam centum post annis nec plures, nec alios, quam qui ab Ovidio ipso memorati sunt, Quintilianus protulit, Oratori legendos, quem informaret: credo, quod ab Ovidiano tempore ad suam usque ætatem, tanto intervallo nullos nactus sit, memoria satis et commendatione dignos. Jam Galli, qui duriuscule putatur scripsisse, nihil pervenit ad nos, injuria et iniquitate temporum. Tibullum, ita ut erat, accepimus, excultum atque expolitum.

Fredericus Taubmannus Comment. ad Culicem, vs. 410.

Tibullus, politissimus ille suavissimusque Poëta, et quidem Phœbeus olor.

Hugo Grotius Farraginis Lib. I.

O Elegia, meo nil concessura Tibullo!
O, quibus æquatur Bilbilis ipsa, joci!

Ferdinandus Furstenbergius, Episcopus et Princeps Paderbonensis ac Monasteriensis.

Forsitan hic segetes, cantataque bella Maroni:
Triverat hic calamos Tityrus ante suos.
Forsitan his lusit Naso leve carmen in hortis:
Materies illic Cynthia vatis erat.
Hic sevit vites, hic legit poma Tibullus,
Et lucente foco, quod satis esset, erat.

Idem in Epicedio Sidronii Hosschii.

Hoc meruit justi monumentum Belga doloris,
Proximus ingenio, culte Tibulle, tuo.

Paganino Gaudenzio nella Letteraria Historia.

Di Delia à honor cautò versi d' amore
Il buon Tibullo cavalier Romano,
Il cui gioconde stil non unquà vano
Rileggo con diletto a tutte l'hore,
Ammirando il desir con tal ardore,
Che vorrei pur seguirlo à mano à mano
Disprezzando l'asprezze, e'l canto strano,
Di chi pensa difficil far rumore,
Per esser nominato alto Poëta.
Ma l' aspra altezza ardita fosca involta
Del lettor non può render l'alma lieta.
Per non dir, che la Musa dolce colta
Il favellar di Venere non vieta,
Anzì spiace senz' essa, e resta incolta.

Il Medesimo.

Tibullo aggradito da Delia per la Poësia.

Quando Delia seguir incominciai
Con dedicarle la servitù mia,
Con professar l' ossequio in rima pia,

E ver lei sparger qual Poëta rai;
Non potrei con parole esprimer mai,
Con che benevolenza e cortesia
Aggradisse l'honor di Poësia
Col dirmi, Sempre caro à me sarai
Perchè la virtù tua tanto mi piace
E tanto stimo d'Elicona il fonte
Donante fama che l'oblio disface,
Che ver te le mie voglie saran pronte,
Vive, ed accesse d'amorosa face,
Per far al rio martor ingiurie ed onte.

Egidio Menagio nelle sue Osservationi
sopra l'Aminta del Tasso.

Tralascio di dire, che quella repetizione delle medesime sillabe fù da Tibullo, Poëta elegantissimo, non pur schivata, mà anche affettata.

René le Pays, dans ses Œuvres Nouvelles Tom. II. aprés avoir parlé d'Horace.

Deux autres Muses, sœurs des premieres, vescurent à mesme temps, et charmerent touts les esprits par leur douceur. Ce furent celles de Tibulle et de Properce, qui acquirent tant de gloire à chanter les beautez de Delie et de Cynthie. Ces deux Poëtes galands eurent pour amis les plus honnestes gens de leur siecle. Tibulle ayant le corps aussi beau que l'esprit, avoit une disposition heureuse à gagner le cœur de tout le monde: et quoy que Properce ne fut pas si beau garçon, il n'estoit pas moins aimé de tous ceux qui aimoient le vray merite. Que cette Cynthie estoit heureuse d'avoir un amant si tendre, et qui sçavoit si bien expliquer sa tendresse! Et que cette Delie a eu de gloire d'estre aimée d'un homme, qui pouvoit apprendre à toute la posterité combien elle estoit aimable!

Le Pere René Rapin, dans ses Reflexions sur la Poëtique.

Tibulle estant d'ailleurs si exact, si elegant, et si poly dans ses Elegies, ne le paroist pas fort dans son Panegyrique de Messala: tant il est difficile de bien louer.

ELENCHUS ALPHABETICUS

NONNULLORUM SCRIPTURÆ COMPENDIORUM

QUÆ IN VV. LL. OCCURRUNT.

Ald. 1.	Editio Aldina an. 1502.
Ald. 2.	——————— an. 1515.
Aldd.	——————— utraque.
Angl. 1.	Codex Bibliothecæ Bodleianæ, ex dono Archiepiscopi Cantuariensis, designatus litera A. ap. Broukhusium.
Angl. 2.	Codex ejusdem Bibliothecæ, ex dono ejusdem, qui Catullum habet adjunctum, designatus litera B. ap. Broukh. Vide Laud.
Angl. 3.	Codex Archiepiscopi Eboracensis, designatus litera C. ap. Broukh. Vide Dat.
Angl. 4.	Codex ejusdem, designatus litera D. ap. Broukh.
Angl. 5.	Codex ejusdem, quo vetustiorem alium negabat se vidisse Heinsius, designatus litera E. ap. Broukh.
Angll.	Omnes hi Anglicani codices.
Ask.	Codex Askewianus ap. Santenium.
Bach.	Ernest. Car. Chr. Bach, in Ed. sua, Lips. 1819.
Barth.	Frid. Gottlieb. Barthius.
Bartol.	Editio Tibulli antiquissima, cujus Collationem cum Ald. 1. vulgavit Huschkius in Ed. sua, Lips. 1819.
Basil.	Editio Basileenis.
Bauer.	Conr. Al. Bauerius in Ed. sua Lips. 1816.
Bentl.	Richardus Bentleius.
Bern.	Codex a Bach et Huschkio laudatus.
Berol. 1. 2. 3. 4.	Codices quatuor Berolinensium nomine insigniti, quibus usi sunt H. Vossius et Bach.
Beroll.	Omnes hi codices.
Bip.	Editio Bipontina.
Brix.	Editio Brixiensis, an. 1486.
Broukh. 1.	Codex chartaceus Broukhusii, litera C. designatus.

Broukh. 2. 3.	Duo alii chartacei ejusdem, litt. FF. designati.
Burm. II.	Petrus Burmannus Secundus.
Cant.	Editio Cantabrigiensis, an. 1702. (edente Comite de Anglesea.)
Colb.	Codex Colbertinus.
Colin.	Editio Colinæi Paris. 1543.
Colot.	Collationes Vaticanæ Angeli Colotii.
Commel.	Codex Commelinus ap. Gebhardum.
Corv.	Codex Corvinius ab Heynio et aliis laudatus.
Cuj.	Codex Jac. Cujacii ap. Scal. qui Lib. III. 4. 65. incipit, non contemnendus, teste Bach.
Cyll.	Editiones Venett. cum Commentariis Bernardini Cyllenii.
Dat.	Codex Datianus, qui designatur litera D. ap. Heinsium, et idem esse videtur cum Berol. 3.
Dous. P.	Janus Dousa Pater.
Dous. F.	Dousa Filius.
Dous.	Editio Dousarum, Lug. Bat. 1592.
Ed. pr. maj.	Editio prima major (ex Officina V. Spirensis, Venet. 1472.)
Ed. pr. min.	Editio prima minor (1472.) quam Audiffredianam nuncupat Morellius.
Exc. Falc.	Excerpta ex vet. cod. Falcoburgii ap. Heinsium.
Florent.	Codex Florentinus, quo usus est Statius.
Exc. Fris.	Excerpta quæ citat Bach.
Frut.	Lucas Fruterius.
Gebh.	Gebhardus in Ed. 1621.
Goth.	Codex, quem laudat H. Vossius.
Gryph.	Editio Gryphiana.
Guarn.	Codex Guarnerianus a Vulpio laudatus.
Guelf. 1. 2. 3, &c.	Codices Guelferbytani, quos citat Heynius.
Guelff.	Omnes Guelferbytani.
Guy.	Guyetus.
Hamb.	Codex, quem laudat H. Vossius.
Heins.	Nicolaus Heinsius.
Heyn. 1.	Editio Heynii prima an. 1755.
2.	——— secunda, an. 1773.
3.	——— tertia, an. 1798.
Huschk.	Im. G. Huschkius in Ed. sua Lips. 1819. cujus textum exhibendum curavimus.
Ital. 1. 2. 3.	Excerpta Italica ap. Heinsium.
Exc. Ital.	Eadem Excerpta.
Klindw.	Klindworthius.
Lachm.	Lachmannus ad Propertium, an. 1816.
Lang.	Lucæ Langermanni VV. LL. e Palatinis.

Laud.	Codex Gulielmi Laud, Archiepiscopi Cantuariensis, quem Bach eundem esse putat cum secundo Anglicano.
Cod. Lips.	Codex Lipsiensis primum ab Huschk. collatus in suam Ed. an. 1819.
Ed. Lips.	Editio Lipsiensis ex Offic. Thanneri, an. 1500.
Exc. Lips.	Excerpta Justi Lipsii ex codd. Romanis.
Maff.	Codex Sc. Maffeii ap. Statium.
Markl.	Marklandus in Notis ineditis ap. Santen.
Matt.	Mattii codex laudatus a Broukh.
Medic.	Codex Mediceus Statii.
Mediol.	Codex Mediolanensis.
Memm.	Codex Memmianus membraneus circ. an. 1465. quo usus est Passer.
Misc. Obss.	Miscellaneæ Observationes, quæ cura D'Orvillii prodierunt.
Monac.	Codex quem laudant Bach et Huschk.
Mur.	Editio Mureti, an. 1559.
Palat. 1. 2. 3. &c.	Sex Codd. Palatini, quibus usus est Janus Gebhardus.
Palatt.	Omnes Palatini.
Cod. Par.	Codex Parisiensis n. 7989. cujus Collatione an. 1818. facta, usus est Huschk.
Par. 1723.	Editio Parisina an. 1723. cum codd. VV. LL. marg. appositis.
Passer.	Joan. Passeratius in Ed. an. 1608.
Exc. Perr.	Excerpta Antonii Perreii ex vett. Romæ et Florentiæ codd.
Plant.	Editio Plantiniana an. 1569. cum VV. LL. Pulmanni in marg. exaratis.
Exc. Pocc.	Excerpta Marci Antonii Pocchi.
Pulm.	Pulmanni VV. LL. ad marg. Plaut.
Raph.	Editio Raphelengii 'serio castigata,' an. 1603.
Reg.	Codex Regius Dresdenis, ab Heynio et aliis laudatus.
Rheg.	Editio Rhegii Lepidi, an. 1481. quam primam omnium putavit Ger. Joan. Vossius in Aristarcho.
Rom.	Editio Romana, an. 1475.
Rott.	Editio Rotterodami, an. 1805.
Sant.	Laurentius van Santen.
Scal. 1.	Editio Scaligeri, an. 1577. et 1582.
2.	——————— 1600, &c.
Scal. rec.	Codex Scaligeri recens.
Scal. vet.	——————— vetustissimus.
Exc. Scal.	Excerpta Scaligeri.
Scheff.	Codex Schefferianus ap. Heinsium.
Sfort.	Codex Guidonis Ascanii Sfortiæ Cardinalis, quo usus est Statius.
Stat.	Editio Statii, an. 1567.
Cod. Stat.	Codex Statianus.

Strom.	Editio Fr. K. Strombeck, Gott. 1799.
Thuan.	Codex Thuani, quem citat Guyetus.
Vatt. 1. 2. 3. &c.	Diversi Vaticanæ collati codd.
Vat. Ursini,	Codex Vaticanus Fulvii Ursini.
Venet. 2.	Editio Veneta, an. 1475.
Venet. 1487. 1491. 1493.	Editiones Venetæ cum Comment. Cyllenii ab Huschk. nuper collatæ.
Venett.	Omnes hæ Venetæ.
Vicent.	Editio Vicentina, an. 1481.
Vindob.	Codex ab H. Vossio laudatus.
H. Voss.	J. Henricus Vossius in Ed. Heidelb. 1811.
Voss. 1. 2. 3. &c.	Novem Henrici Vossii codd.
Vulgg.	Editiones vulgatæ.
Vulp. 1.	Editio Vulpii prima, an. 1710.
Vulp. 2.	secunda, an. 1749.
Wakef.	Wakefieldius ad Lucretium.
Witt. 1. Witt. 2.	Duo codd. membranei Joan. de Witt. bonæ notæ, litt. A. et B. ap. Broukh. designati.
Wund.	Wunderlichius in Ed. quarta Heynii, notis aucta, Lips. 1817.
Zwic. 1. Zwic. 2.	Codices quibus usus est Wund.
Zwicc.	Codex uterque.

ALBII TIBULLI

ELEGIARUM

LIBER PRIMUS.‡

ELEGIA I.

DIVITIAS alius fulvo sibi congerat auro,
Et teneat culti jugera multa soli,

Alius sibi opes accumulet auro fulvo, multaque prædia terræ aratæ possideat:

In Par. hæc legitur inscriptio, *Albii Tibulli poëtæ illustris liber incipit;* in Guelf. 2. *Albii Tibulli poëtæ illustris Elegiarum liber* I. *incipit de Amoribus Deliæ;* in Guelf. 4. *Albii Tibulli equitis Ro. poëtæ clarissimi primus liber;* et sic fere est in edd. vett.—1 In vet. cod. Diomedis Gramm. *sibi conserat;* unde Putsch. conj. *conferat.*—2 In Angll. Beroll. Reg. Corv. Guelff. Par. novem H. Voss.

NOTÆ

‡ Albiæ gentis apud Cic. fit mentio Orat. pro Quintio. L. Albius Sexti filius. Ad ejus gentilem nominis originem alludens ad Tibullum nostrum scripsit Horat. I. Epist. 'Albi, nostrorum sermonum candide judex.' Huic etiam idem Horat. I. Od. 33. inscribit: 'Albi, ne doleas plus nimio, memor Immitis Glyceræ.'

1 *Divitias alius*] Hæc prima Elegia, quæ tempore postrema fuit, præfixa ceteris videtur, ut constaret quodnam vitæ genus Tibullus expeteret. Lapsus enim opibus, exhaustoque opimo matrimonio, quod amoribus videtur profudisse, secessit in agellum. Unde Horat. 'Non tu corpus eras sine pectore: Di tibi formam, Di tibi divitias dederant, artemque fruendi.' Hæc igitur noster scripsit Tibullus in prædiolo suo Pedano, ad Messalam Corvinum in Ciliciam proficiscentem; profiteturque malle se pauperem in otio degere vitam, quam divitias bellicis laboribus comparare.

2 *Jugera multa*] Alii legunt, *jugera*

Quem labor assiduus vicino terreat hoste,
  Martia cui somnos classica pulsa fugent:
Me mea paupertas vitæ traducat inerti, 5
  Dum meus assiduo luceat igne focus.
Ipse seram teneras maturo tempore vites
  Rusticus, et facili grandia poma manu.
Nec Spes destituat, sed frugum semper acervos
  Præbeat, et pleno pinguia musta lacu. 10

quem jugis anxietas propinquo hoste perterrefaciat, cui tubæ bellicæ pulsæ soporem excutiant. Egestas mea me vitæ ignavæ transmittat, modo caminus meus perenni flamma fulgeat. Idem novellas vites agricola plantabo tempore opportuno, et proceras arbores mala ferentes industria manu. Nec me *fallat expectatio, at perpetuo frumentorum cumulos suppeditet, et vina suavia e lacu referto. Colo etenim, sive*

tribus Sant. Zwicc. et Goth. edd. pr. maj. et min. Vulp. et Heyn. 1. *magna*, probantibus Goësio et Henley; sed vulg. *multa* tuentur codd. Stat. Exc. Fris. Colot. et Scal. accedente Voss. 2. Wolf. ad Cic. Caton. affert *mille*. Post hoc distichon traduceret Scal. vs. 49. et 50.—3 *Quem pavor assiduus*, vel *clamor subitus*, malebat Heyn. improbante Huschk. *exerceat* pro *terreat* Musgr. *torreat* Vulpii amicus; *deterat* Huschk. Hunc et seq. vs. Broukh. ponit post vs. 44.—4 Voss. reposuit *quoi* pro *cui*; duo codd. ap. Bronkh. exhibent *quoius*, vel *quius*; Voss. 4. *qui*.—5 Frut. et Bellon. malebant *vita t. inerti*, quod Scal. rec. Corv. Guelf. 2. Berol. 4. a m. s. et Vicent. exhibent; *Mi m. p. vitam t. inertem* V. D. in Act. Soc. Traj.—6 *Dum mens* Berol. 1. *assiduo* Cod. Lips. Reg. Corv. Angll. Beroll. omnes H. Voss. et edd. vett. *exiguo* Exc. Scal. Berol. 4. a m. s. Guelf. 2. pro v. l. cum edd. Vicent. H. Voss. et Wund. pro *luceat* Wolf. l. c. affert *splendeat*. Post hunc v. Scal. posuit vs. 9. et 10.—7. 8 'Distichon hoc pro fragmento a ceteris diverso habendum esse videtur.' *Heyn.* Post vs. 8. Scal. posuit vs. 29. 30.

NOTÆ

magna; sed longe melius, *multa*, ut infra lib. III. 'Aut ut multa mei renovarent jugera tauri.' 'juger' autem, vel 'jugerum,' est spatium terræ, quod par boum uno die arare potest. Porro de 'jugeri' mensura varii varia scripserunt; ut Cato, Columella lib. VI. Plin. lib. XVIII. et alii.

4 *Martia classica*] Tubæ sunt, et sonitus tubarum pugnam indicantium. Unde et Virg. Æn. VII. 'Classica namque sonant.' *Martia*, a Marte Deo belli præside, qui et Mavors dictus est.

6 *Dum meus assiduo*] Martialis quoque inter ea quæ vitam faciunt beatiorem, id sibi ipsi vovet, ut 'sit non ingratus ager, focus perennis.'

7 *Ipse seram*] Ut in vitibus sationis duo sunt genera, malleoli, et viviradicis: sic in arboribus item duo, insitionis, et plantationis. Virgil. Georg. IV. 'humoque feraces Immittunt plantas,' &c.

8 *Grandia poma*] Fructum posuit pro arbore, quod Poëtis familiare est; *grandia* autem refert ad arboris pomiferæ magnitudinem.

9 *Nec Spes destituat*] Spes pro reditu frugum sumitur apud Veteres; unde Varro spicam a 'spe' dictam

Nam veneror, seu stipes habet desertus in agris,
Seu vetus in trivio florea serta lapis:
Et quodcumque mihi pomum novus educat annus,
Libatum agricolæ ponitur ante Deo.
Flava Ceres, tibi sit nostro de rure corona 15
Spicea, quæ templi pendeat ante fores;

truncus in agris relictus, sive saxum antiquum in trivio gerit corollas floridas. Et quosvis fructus gignit mihi novus annus, prius decerpti Deo Ruricolæ offeruntur. O Ceres flava, corona spicea tibi sit ex agris meis, quæ ad ædis januam appendatur;

31. 32. 35. et 36.—10 Heins. tentabat *spumea musta.*—11 Pro *Nam* legitur *Nec* in Stat. notis: *desectus* in Palatt. improbante Heynio; Salm. malebat *defixus:* Calderinus Elucubrat. p. 2. legit *in agro.*—12 In Par. Berol. 2. Reg. Corv. tribus ap. Broukh. et edd. pr. maj. et min. *florida;* in Heins. cod. Sfort. Ask. et Vat. 2. *florea.*—14 In Mur. codd. *agricolam p. a. deum,* (ut in Berol. 4. Colot.) vel, *agricolæ p. a. deum,* (ut in Par. Beroll. 1. 2. 3. Angll. 3. 4. 5. tribus ap. Broukh. omnibus Stat. et edd. pr. maj. et min.) sive *agricolæ p. a. deo,* ut in Ask. et Vindob. et conj. Statius: *deos* in Guelf. 3. quod et Barthio placuit, ut esset *agricolas....deos.*—15 Pro *sit* Livin. et Frut. conj. *fit* probante

NOTÆ

dicit. Tibull. lib. II. 'Spes alit agricolas, spes sulcis credit aratis Semina, quæ magno fœnore reddat ager.'

10 *Pinguia musta*] Musta pinguedinem habent in se propriam; si ex uvis expressa fuerint, quæ ad maturitatem pervenerint, tunc mellita sunt et suavia.

Pleno lacu] Lacus hic vas est ad excipienda vina de torculari defluentia. Vide Catonem, Colum. et Pallad.

11 *Nam veneror*] Inter antiquissimos Romæ Deos Terminus habitus est, cujus in tutela essent agrorum fines; is autem erat vel lapis, vel stipes, ut notat Ovid. Fast. II. 'Termine, sive lapis, sive es desertus in agro Stipes, ab antiquis tu quoque Numen habes.'

12 *In trivio*] Trivia et quadrivia erant Rusticorum Sacris dicata, illic enim oves mactabantur, et serta appendebantur.

13 *Novus educat annus*] 'Novus annus' non uno modo dici videtur; est enim sæpe initium anni, ut novum ver, nova æstas. 'Novus' etiam 'annus' interdum pars illa anni est, quæ novas fruges novosque fructus parit; ut hoc loco Tibullus. Erat et 'annus novus' primus annus Imperii alicujus Imperatoris. 'Novus' etiam 'annus' dictus est principium Magistratus initi.

14 *Agricolæ Deo*] Deus ille est aut Liber pater, aut Priapus; aut certe Deus, cujus in tutela sit arbor, ex qua primitias offerat.

15 *Flava Ceres*] Ceres frugum Dea, quæ nempe frumenta invenit, fruges serere, terram colere, boves domare, vetustæ glandis remoto ferino pabulo, homines docuit; unde ipsi frugum primitiæ et spicea serta dicabantur. 'Flava' dicitur Ceres a maturæ segetis colore.

Pomosisque ruber custos ponatur in hortis,
  Terreat ut sæva falce, Priapus, aves.
Vos quoque felicis quondam, nunc pauperis agri
  Custodes, fertis munera vestra, Lares. 20
Tunc vitula innumeros lustrabat cæsa juvencos:
  Nunc agna exigui est hostia magna soli.
Agna cadet vobis, quam circum rustica pubes
  Clamet: Io messes, et bona vina date.

et tutor rubicundus Priapus statuatur in hortis pomiferis, ut volucres minaci falce territet. Vos etiam, o Lares tutores prædii mei quondam prosperi, jam tenuis, dona vestra accipitis. Tum bucula immolata plurimos boves expiabat; jam vero agna ampla est victima agri modici. Agna vobis mactabitur, circa quam agrestis juventus vociferetur: Io tribuite segetes, et vina dulcia. Ego namque nunc modico contentus

Heinsio; in Reg. deest *sit*.—17 Heins. legeret *donatur*, ut in Falc. Livin. *donatus*; in Par. Beroll. 1. 2. duobus ap. Broukh. et ed. pr. min. *ortis*.—18 *Terreat et* in Corv. uno Stat. Monac. et Guelf. 3. nec Heynio displicet; *scævas* in Palat. 4. et cod. Scal. ap. Broukh. *scæva* in Palat. 5. 6. superne addito *s*; *curva* in uno Broukh. *sceva* in duobus ejusd. *scevas* in alio; *seva* in Voss. 1. et ed. pr. maj.—19 In cod. Lips. Berol. 2. Reg. et Par. *felices*; in uno ap. Broukh. et ed. pr. min. *fœlicis*: pro *agri* in Exc. Lips. cum edd. Dous. et Vulp. *horti*.—20 *Cultores* in uno Broukh. pro v. l. improbante Heyn. *nostra* in Guelf. 3. edd. vett. et marg. Guelf. 2. lectionem nostram testantur alii codd. etiam Par. teste Dissenio, quamvis ex eodem *nostra* affert Huschk. 21 *Tunc* servant codd. non *Tum*, quod H. Voss. per totum Tibull. reponere placuit: cod. Lips. *vitulas in medios*, et a marg. *in numeros*.—22 In Par. quatuor Beroll. omnibus Guelff. Corv. et edd. pr. maj. et min. Rom. et Lips. *hostia parva*; Mur. ex codd. suis reposuit *magna*, accedente Scal. quod etiam testantur Reg. et Vindob.—23 In Berol. 4. *cadat*: Guarn. *mystica pubes*.—24 In Reg. Berol. 4. Lips. Guarn. Goth. Angll. 3. 4. 5. et aliis ap. Stat. et

NOTÆ

17 *Ruber custos*] Priapus habitus est pro Deo hortorum Custode. Unde ab Ovid. Fast. primo: 'Et ruber, hortorum decus et tutela, Priapus.' Priapus in dextra falcem habuisse fingitur, cujus motu, et aves et furunculos perterrefaceret. Unde Horat. 'Nam fures dextra coërceet.'

20 *Fertis munera vestra, Lares*] Lares, qui et Penates et Præstites dicti, gemini fuerunt Mercurii et Laræ, quæ et Muta dicta est, filii: Dii non familiarum tantum, sed et viarum Præsides: unde et Compitales sunt appellati. Ovid. Fast. II. 'Geminosque parit, qui compita servant, Et vigilant nostra semper in æde, Lares.' Fuerunt etiam Lares agrorum Custodes, ut hic indicat Poëta noster.

23 *Rustica pubes*] Innuit Poëta Ambarvale sacrificium sic dictum, quod arva ambiat victima: ter enim circum arva ducebatur, omnesque post clamantes sequebantur, ex quibus unus querna corona ornatus cum solenni saltatione composito carmine Cereri decantabat laudes. Hujus sacrificii mentionem facit Virg. Georg. I. 'Cuncta tibi Cererem pubes agres-

Jam possum modo non contentus vivere parvo, 25
Nec semper longæ deditus esse viæ:
Sed Canis æstivos ortus vitare sub umbra
Arboris, ad rivos prætereuntis aquæ.
Nec tamen interdum pudeat tenuisse bidentem,
Aut stimulo tardos increpuisse boves. 30
Non agnamve sinu pigeat fœtumve capellæ
Desertum, oblita matre, referre domum.

vitam degere queo, neque perpetuo obnoxius esse longo itineri; at ortum æstivum Caniculæ devitare sub umbra arboris, ad rivos aquæ præterfluentis. Neque tamen aliquando me pigeat pastinum traxisse aut boves lentos aculeo instigasse. Nec me pudeat gremio in ædes reportare aut agnam, aut capræ partum a matre immemori

Bronkh. cum ed. pr. min. *Clamat.*—25 Hunc et tres seqq. vs. collocavit Scal. post v. 50. tunc vs. 29. 30. 31. 32. 35. et 36. post v. 10. ut antea dictum est, et vs. 33. et 34. post v. 40. Lectionem vulg. *Jam modo non possum,* quod recepit Heyn. servant Beroll. 2. 3. *Jā mō nō* Berol. 4. *Possum quippe ego jam* Scal. vet. teste Heinsio ad Ald. 2. *Possum quippe ego nunc* Scal. rec. Scal. ipse ait, *Quippe ego jam possum,* quam lect. reposuit in ed. 1600. in ed. 1577. et 1582. retinuerat vulgatam: H. Voss. et Wund. Guyeti emend. Heynio probatam dederunt, *Jam modo, jam possum:* alii tentarunt, *Jam modulo possum;* vel, *Jugere nunc possum;* vel, *Jam modo non possum, c. v. parvo, Heu semper, &c.* Par. et ed. pr. maj. exhibent, *non possum;* ed pr. min. *non possunt;* Gothl. *possem.* 'Vitium hic locus procul dubio contraxit gravissimum, quo induci se passus est Heynius, ut versus 25....34. aliunde illatos esse contenderet. Libri tamen consentiunt, si discedas ab Excerpt. Scalig. (vide supra,) et a codd. Ask. et Guelff. qui exhibent, *Jam modo nunc possum.* Ut nunc est, desideratur aliquid, quo repetita primariæ sententiæ propositio rite excitetur et amplificetur, v. c. *Jam volo, nam possum ....,* si præsertim aliquid excidisse post hæc verba credas. Quod cum parum sit probabile, nunc in eam sententiam inclino, ut omnem hujus versus duritiem, omnem orationis insolentiam tolli posse putem hac verborum trajectione: *Jam possum modo non contentus, &c.* Hoc unice probat Schæferus: ita adhuc interpungendum censeo: *Jam possum, modo non contentus, vivere parvo,* ut adverbia *Jam* et *modo* de diverso tempore sumantur, *parvo* autem referatur simul ad *contentus* et ad *vivere.*' Huschk.—26 In ed. pr. maj. *longe.*—27 In eadem *hortus;* Bentl. ad Hor. I. Sat. 6. 126. legere maluit *ictus;* in Comment. Venett. 1491. et 1493. *æstivos æstus.*—28 Burm. II. conj. *rivum,* vel *ripam:* illud placuit H. Vossio.—29 *Non* Colot. *tamen* abest a cod. Lips. *pigeat* in uno Bronkh. sed in marg. *pudeat* pro v. l. *bidentes* in Beroll. Angll. 3. 4. 5. duobus Heins. Reg. Par. Guelf. 3. et Corv.—30 *Et* in Exc. Lips. *implicuisse* in uno Bronkh.—31 *Nunc agnamque s. pigeat*

NOTÆ

tis adoret, Terque novas circum felix eat hostia fruges, Omnis quam Chorus et socii comitentur ovantes.' Tibullus autem Laribus tribuit, quod Maro Cereri.

27 *Canis*] Sidus cœleste, quod mense Julio oriri dicunt, et post dies quadraginta occidere. Quod dierum spatium 'dies caniculares' vocamus. Quo tempore hoc sidus cum Sole conjungitur, æstum et calorem conduplicare dicitur; unde et nomen habet, quod nimio veluti calore mordere videatur.

At vos exiguo pecori, furesque lupique,
Parcite: de magno est præda petenda grege.
Hic ego pastoremque meum lustrare quotannis, 35
Et placidam soleo spargere lacte Palem.
Adsitis, Divi, neu vos de paupere mensa
Dona, nec e puris spernite fictilibus.

derelictum. Vos autem, o fures et lupi, abstinete ab exiguo pecore: præda vobis est rapienda ex magno grege. Tum singulis annis consuevi, et pastorem meum expiare, et mitem Palem lacte perfundere. O Di, præsto sitis, neque vos despicite munera e tenui mensa, neque e levibus samiis seu fictilibus. *Priscus rusticus primo sibi*

fœtumque in nonnullis Stat. cum Colb. et Brix. *agnamve s. pigeat fœtumque* in Colot. ed. pr. maj. et Venet. 2. *pudeat* in Berol. 2. quibusdam Stat. Colot. Vindob. Exc. Perr. et ed. Rom. *fetumve* in Par.—34 Verbum *est* aberat a cod. Lips. Stat. et Berol. 2. quod in finem rejecit Bach, auctoritate codd. duorum Voss. Berol. 3. unius Heins. Scal. v. c. et Zwic. 2. et sic in edd. pr. maj. et min. in qua legitur *preda:* in Bartol. *præda p. g. est;* ed. Rom. exhibet *præda tenenda.* 'Post hunc v. aliqua intercidisse nullus dubito; reliqua bene cohærent usque ad finem Elegiæ.' *Heyn.*—35 *Nunc ego* Commel. *pastoremque deum,* vel *pastorumque deum* conj. Passer.—36 Colb. *solito:* pro *lacte* Berol. 1. *nocte:* in nonnullis Stat. et ed. pr. min. *Palen,* quod recepit H. Voss. *Palem* exhibent Par. et ed. pr. maj.—37 Hunc et tres seqq. vs. Scal. et Brunkh. ponunt post v. 24. tunc subjicinntur vs. 33. et 34. *Vos quoque adeste dei* Exc. Scal. *neu vos de* codd. Brunkb. et Stat. *neu vosse* in Reg. Beroll. 2. 4. omnibus Gnelff. Corv. Par. et edd. pr. maj. et min. alii codd. exhibent *nec vos e:* Berol. 3. confirmat *de:* ex Rom. præpositio excidit.—38 Scal. e vet. suo cod.

NOTÆ

33 *Furesque*] Abactores seu abigeos intelligit, qui proprie sunt ovium, boum, pecorumque et armentorum raptores. Isidor. lib. x. 'Abactor est fur jumentorum et pecorum, quem vulgo abigeum vocant, ab abigendo.'

35 *Hic ego pastoremque meum*] Poëta aperte tangit morem illum antiquum quem fuse describit Ovid. Fast. iv. quo more pecus saturum sub crepusculum una cum pastore rite lustrabatur, antequam res annua Pali Deæ pastorum fieret. Ad hoc autem suffimen erat conficiendum ex vituli favilla, sanguine equi, et fabæ culmine; deinde primo diluculo pastor inspergebat oves aqua et sulfure, herbaque sabina, et lauro igne succensis, circumcirca ovilia suffiebat. Quo pecora piari, et morbos et tabem depelli putabant.

36 *Spargere lacte Palem*] Pales Dea fuit pastorum, cujus festa 'Palilia' dicebantur; vel, ut alii volunt, 'Parilia;' quoniam pro partu pecoris eidem sacra fiebant libo ex milio, lacte, et sapa confecto, tum preces ad eam fiebant: peractis sacris pastores aqua spargebantur, cœnæ apparabantur, et vesperi sub noctem ignes a rusticis excitabantur, quos ter transiliebant. Porro Festa 'Palilia,' dies erat natalis urbis Romæ. Unde Propert. lib. iv. 'Urbi festus erat,' &c.

37 *Divi*] Dii nempe Lares ad quos sermo continuandus est, ut ostendant quæ sequuntur.

Fictilia antiquus primum sibi fecit agrestis
  Pocula, de facili composuitque luto. 40
Non ego divitias patrum fructusque requiro,
  Quos tulit antiquo condita messis avo.
Parva seges satis est; satis est, requiescere lecto
  Si licet, et solito membra levare toro.
Quam juvat immites ventos audire cubantem, 45
  Et dominam tenero detinuisse sinu!
Aut gelidas hybernus aquas cum fuderit Auster,
  Securum somnos, imbre juvante, sequi!

finxit vasa samia, seu fictilia, *et e levi argilla conflavit. Non ego majorum opes et reditus desidero, quos seges reposita attulit priscis avis. Messis exigua sufficit; sufficit quiescere cubili, et unico lectulo artus relaxare. Quam me delectat requiescentem sæva flamina auscultare, blandisque amantem premere complexibus. Vel, quando Notus hyemalis undas immiserit, tranquillum consectari quietem pluvia con-*

reposuit *e parvis*, quod nec displicet Heynio.—39 In Witt. 1. et Angll. 3. 4. *primus*.—40 Post hunc v. collocarunt Scal. et Broukh. vs. 33. et 34.—42 Exc. Lips. Monac. Vindob. Voss. 5. Palat. 5. Guelf. 3. et a marg. Guelf. 2. *agro* pro *avo;* cod. Lips. *āno*.—43 *Parva satis mensa est* Guelf. 2. Colot. Angl. 5. Exc. Perr. et Lipsii; Heins. conj. *Parca satis mensa est*, vel *Parca satis mensæ est*, vel *Parca satis messis;* cod. Lips. neutro loco habet *est:* Exc. Falc. Scal. rec. et vet. *uno requiescere;* Guelf. 3. Guelf. 2. a marg. Monac. Voss. 4. et Angll. 2. 3. 4. *parvo requiescere:* pro *lecto*, quod habent omnes libri, Heins. conj. *fesso;* Guy. *lento;* Passer. et Frut. *tecto*, ut est in Voss. 3. et 4.—44 *Scilicet* in Par. Reg. Beroll. 1. 3. 4. Colb. Witt. 1. 2. Guelff. Angll. edd. pr. maj. et min. et omnibus aliis usque ad Scal. *Si licet* correxerat Mur. idque confirmant Voss. 1. 3. 4. et Bern. *solo* pro *solito* Exc. Scal. et unus Heins. *solido* Rom. *referre toro* exhibent duo Palatt. unus Stat. et Goth. quod receperunt H. Voss. et Wund. hinc in Eph. Jen. 1815. *satis est, requiescere lecto Si libet, et solito m. referre toro.* Vulg. defendit Hand. ad Gron. Diatr. Tom. I. p. 36. Post hunc versum Henley collocat vs. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. et 78. Elegiæ sequentis.—45 *Quem* Reg. *Quam juvet* malebat Heins. *immunes* in Guelf. 2. a m. pr. *audire*, superscripto *sse*, in Guelf. 3.—46 Beroll. Par. et longe plurimi codd. tuentur *continuisse;* et ita edd. vett. cum Vulp. et Heyn. 1. *detinuisse* Palat. unus, Exc. Colot. Corv. Monac. Ask. Voss. 2. 4. et Rheg. a marg. idque jam Cyllenio in Comment. notatum Broukh. primus recepit.—47 Berol. 3. et Dat. *effuderit*.—48 Codd. Scal. Corv. Exc. Perr. Voss. 1. 4. Colot. alii ap. Broukh. Guelf. 1. 3. suffragante Guelf. 2. exhibent *imbre;* Exc. Falc. Scal. rec. et vet. *hymbre;* omnes Angll. Beroll. et Palatt. Par. Com-

NOTÆ

39 *Fictilia*] Pocula initio fuere fictilia, fagina, cornea, oleagina, hederacea. Ovid. Fast. v. 'Terra rubens crater, pocula fagus erat.'

44 *Et solito* [*solo*] *membra levare toro*] Ex multis opibus, quas olim amplas habuerat, solum torum seu lectulum sibi superesse innuit Tibullus.

47 *Auster*] Ventus, qui flat a meridie, et sæpius pluviam inducit: unde dicitur ab Ovid. 'madidus Auster.'

Hoc mihi contingat: sit dives jure, furorem
  Qui maris et tristes ferre potest pluvias. 50
O quantum est auri potius pereatque smaragdi,
  Quam fleat ob nostras ulla puella vias.
Te bellare decet terra, Messala, marique,
  Ut domus hostiles præferat exuvias.
Me retinent vinctum formosæ vincla puellæ, 55
  Et sedeo duras janitor ante fores.
Non ego laudari curo, mea Delia, tecum
  Dummodo sim, quæso, segnis inersque vocer.

ciliante. Id mihi accidat. Is opulentus merito sit, qui pati potest iras pelagi et graves imbres. O potius quicquid est auri et smaragdi intereat, quam ut puella aliqua ploret propter itinera nostra. O *Messalla par est, te certare terra et mari, ut ædes tuæ prætendant hostica spolia. Me catenæ pulchræ puellæ ligatum coërcent, et ad januam sævam quasi ostiarius resideo. Non equidem commendari expeto,* o *Delia mea, modo tecum verser, appeller, oro, ignavus et otiosus.* Ego *intuear te,*

mel. alii *igne*, ut legebatur ante Scal. *levante* habet Berol. 1. et sic Witt. 2. sed *juvante* pro v. l. Heins. conj. *fovente.*—49 *Non* ed. Lips. *si dives* Berol. 4. *sit lætus* Reg. *sim* Guarn. unde conj. Heyn. *sim lætus rure; furorem Quis maris, et t.f. p. pluvias?* Exc. Scal. et Commel. habuisse videntur *rure.*—50 *Quis* ed. pr. min. Vicent. Rheg. et Lips. *Qui maris, et cœli nubila ferre potest* Exc. Scal. Heins. pro *pluvias* conj. *Hyadas*, quod in textum receperunt Broukh. Vulp. et H. Voss. Post hunc v. Scal. et Broukh. inserunt vs. 2. 3. 25. 26. 27. 28. at Henley ex seq. Eleg. vs. 65. 66. 67. 68. 69. 70.—51 Stat. legebat, *O quantum e. a. pereat, potiusque*, (et sic in Beroll.) sed in vet. cod. invenit *potius pereatque*, ut in Bern. Ask. et Reg. et conj. Livin. verbum *est* abest a Lips. pro *pereat* idem Stat. conj. *pereant;* Burm. ad Lotich. p. 209. maluit, *pereat pereatque:* Par. et omnes edd. vett. exprimunt *smaragdi;* scripturam *zmaragdi* tuetur Broukh. ad h. l. et ad Propert. II. 13. (16.) 44. ubi codd. sine exceptione servant *smaragdi:* ei accedit Burm. ad Ovid. Met. II. 24. et H. Voss. ad h. l.—52 *Et fleat* Cod. Lips. *et nostras* Voss. 5.—54 Reg. Par. Berol. 2. Witt. 1. Angll. 1. 3. et ed. pr. maj. exhibent *Ut domus exiles;* Monac. *Et domus:* unus Broukh. et Angll. 4. 5. *exiles*, vel *hostiles;* Vat. Ursini, Zwic. 1. ed. pr. min. et Rheg. *hostiles:* cod. Lips. *ostiles ferat;* Voss. 2. *perferat;* Voss. 3. *præferet;* Guarn. *proferat:* Goth. *eximias:* Guelf. 2. *perferat* et *præferat.*—55 Berol. 2. unus Sant. et Exc. Falc. *retinet v. f. cura;* Wakef. ad Lucr. 1. 33. malebat *victum*, quod jam Colb. Angl. 4. Goth. Voss. 3. et Venett. exhibent; sed vulg. testantur Par. duo alii Sant. et edd. pr. maj. et min.—56 Heins. corr. *sedeo ut:* pro *duras* Berol. 2. et unus Broukh. habent *diras.*—57 Cod. Lips. Beroll. 1. 3. 4. Angll. 1. 3. 4. 5. Par. omnes Stat. Exc. Pocc. Perr. et Lips. et tres Broukh. testantur *curo;* et sic ed. pr. maj. Rheg.

NOTÆ

53 *Te bellare decet Messala*] Ille est Valerius Messala Corvinus, qui cum Augusto Consul fuerat, ac postea de Gallis triumphavit.

56 *Et sedeo duras*] Janitores olim catenis et compedibus vincti in ipso vestibulo quasi in præsidio collocabantur.

57 *Mea Delia*] Sub nomine Deliæ amicam Planiam celebravit Tibullus:

Te spectem, suprema mihi cum venerit hora,
Te teneam moriens deficiente manu. 60
Flebis, et arsuro positum me, Delia, lecto,
Tristibus et lacrymis oscula mixta dabis.
Flebis; non tua sunt duro præcordia ferro
Vincta, nec in tenero stat tibi corde silex.
Illo non juvenis poterit de funere quisquam 65
Lumina, non virgo, sicca referre domum.
Tu Manes ne læde meos; sed parce solutis
Crinibus, et teneris, Delia, parce genis.

ubi mihi ultima hora advenerit, te languente dextera mortem obiens teneam. O Delia, me etiam lugebis collocatum in toro flagraturo, et basia præbebis mæstis fletibus confusa; plorabis, viscera tua non sunt ferro aspero constricta, nec lapis stat tibi in molli pectore: nullus juvenis, nec puella, domum referre poterit aridos oculos ex illis exequiis. Tu ne viola umbram meam: verum passis comis abstine, o

Vicent. Dous. 1592. Broukh. Vulp. 2. et Guelf. 3. a marg. sed Berol. 2. et pauci alii, *cupio*, quod inde manavit in ed. pr. min. Rom. Venett. 1. 2. Venet. 1487. Aldd. Mur. Basil. et alias edd. vett.—58 Rheg. a marg. ' Ms. meus chartaceus, *quasi sim.*' Post hunc inserunt Scal. et Broukh. ex seq. Eleg. vs. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. et inde 65. 66. 67. 68. 69. et 70. ex eadem.—59 *Et spectem* cod. Lips. Witt. 1. 2. unus Broukh. Angl. 4. Beroll. 1. 4. Reg. Guelff. 2. 4. cum edd. Rom. Lips. et Venet. 1491. *dum* Hamb. et Corv. Mox *Et teneam* Witt. 1. 2. unus Broukh. Colb. Venett. 1. 2. Vicent. Rheg. et Venet. 1491. *Et tenear* Angll. 2. 3. Corv. *Et tenar* Angl. 4. *Te teneam* cod. Lips. unus Heins. Par. et Colot.—61 Beckii conj. *mea Delia* H. Voss. recepit. —62 Reg. *Testibus.*—63 *Non tua sunt in me duro* interpolatum est in Reg. *Phœbo ferro* Berol. 1. *ferro præcordia duro* Berol. 3. et unus Broukh.—64 Pro *Vincta* Par. Angll. 2. 3. 4. Guelf. 3. Guarn. Berol. 3. et Voss. 3. omnes Stat. Exc. Lips. Colot. et Dat. exhibent *Juncta;* Witt. 1. 2. tres Broukh. et Venett. 1487. 1491. 1493. *Vincta;* sic Guelf. 2. et a marg. *Juncta.*—66 Angl. 5. *nec*

NOTÆ

sic etiam Catullus Lesbiam pro Clodia, et Propertius Cynthiam pro Hostia, dissimularunt. Sane Tibullus vitam agrestem omnibus præfert, modo caræ Deliæ, hoc est, Planiæ, mutuis amoribus sibi potiri liceat.

61 *Arsuro lecto*] Antiquissimus mos apud Romanos fuit, ut mortuorum corpora terra humarentur; sed post Cornelium Syllam Romæ invaluit consuetudo, ut hominum cadavera cremarentur; ut scribit Cic. de Leg. In rogo autem funerale cadaver cum lecto collocabatur, quem simul cum corpore comburi solitum testatur Tibullus.

62 *Oscula*] Oscula Veteres non solum moribundis fixerunt, sed etiam jamjam in rogum imponendis.

67 *Tu Manes ne læde meos*] Veterum superstitio erat mortuorum Manes offendi, si vel genas raderent, vel vestem discinderent, vel immoderate luctu se conficerent eorum amici.

Interea, dum fata sinunt, jungamus amores :
  Jam veniet tenebris Mors adoperta caput. 70
Jam surrepet iners ætas, nec amare decebit,
  Dicere nec cano blanditias capite.
Nunc levis est tractanda Venus, dum frangere postes
  Non pudet, et rixas inseruisse juvat.
Hic ego dux milesque bonus. Vos, signa tubæque, 75
  Ite procul, cupidis vulnera ferte viris.
Ferte et opes. Ego composito securus acervo
  Despiciam dites, despiciamque famem.

Delia, et ori delicato tempera. Interim donec sors patitur, conciliemus amores: mox letum adveniet caput caligine obtectum: mox illabetur ignava ætas, nec amare conveniet, nec delicias dicere cano vertice. Jam expeditus amor exercendus est, quamdiu minime piget fores rumpere, et delectat jurgia immiscuisse. Hac in re ego ductor et miles fortis; vos, vexilla et buccinæ, longe facessite. Avidis hominibus plagas immittite. Divitias etiam adducite. Ego congesto cumulo tranquillus locupletes aspernabor, et contemnam esuriem.

virgo.—70 Hamb. *Mox veniet:* Berol. 1. *venerit:* unus Broukh. *Jam venit in:* Goth. *adopta.*—71 Witt. 1. 2. et Par. *surrepet;* Angl. 4. *surrepit:* cod. Lips. Guarn. Hamb. Witt. 2. unus Bronkh. et Angll. 2. 4. 5. *neque,* quod ed. nulla habet: Beroll. 1. 3. Angll. 3. 4. Collot. Reg. Dat. Zwic. 1. Ask. Bern. ed. pr. min. Bartol. Lips. Rheg. et Venet. 2. *amare licebit;* Guelf. 3. *licebit* pro v. l. *decebit* Venet. 1491. Aldd. Junt. Gryph. et Francof. 1621.—72 Beroll. 2. 3. Par. Lips. Zwicc. et edd. antiquiss. *capiti,* ut conj. Mur. et legebat Stat. sed in Guelf. 2. 3. 4. ed. pr. min. Bartol. et omnibus aliis *capite.*—74 Heins. conj. *inseruisse seræ;* Heyn. malebat *conseruisse,* quod recepit H. Voss. addicentibus libb. Scheff. et Bern. Vulgatam servant Par. et edd. vett. et defendit Bach.—76 Sunt qui legunt *stupidis,* improbante Dousa P.—78 *Despiciam dites* revocavit Broukh. ex codd. Stat. et Laud. quinque Palatt. duobus Vatt. et Exc. Lips. et sic in Guelf. 2. et ed. Basil. 1592. *Dites despiciam* in cod. Lips. Beroll. omnibus Heyn. ed. pr. Vicent. Rheg. aliis.

NOTÆ

70 *Mors adoperta caput*] Id est, nulli visa aut intellecta, quasi tecto capite.

ELEGIA II.

Adde merum, vinoque novos compesce dolores,
  Occupet ut fessi lumina victa sopor;
Neu quisquam multo perfusum tempora Baccho
  Excitet, infelix dum requiescit amor.
Nam posita est nostræ custodia sæva puellæ, 5
  Clauditur et dura janua fulta sera.
Janua difficilis dominæ, te verberet imber,
  Te Jovis imperio fulmina missa petant.

Affer vinum, ac mero seda recentes molestias, ut somnus defatigati oculos domitos teneat; neve ullus expergefaciat me imbutum caput largo Baccho, donec amor infortunatus cessat. Adhibitæ sunt enim crudeles excubiæ puellæ meæ; et fores stabiles valido pessulo obserantur. O molesta janua heri, te pluvia feriat, te fulmina

In ed. pr. maj. hæc legitur inscriptio, *Queritur de janua clausa et ad ipsam atque amasiam suam multis utitur blanditiis.*

1 Ald. 2. Plant. 1569. Gryph. 1573. Gebh. 1621. Vulp. 1. et aliquot ap. Mur. *graves;* Beroll. omnes Stat. duo Palatt. sex ap. Broukh. quinque Heins. et Exc. Lips. *novos,* ' i. e. maximos, mirabiles;' in aliis *novos c. furores* legi testatur Broukh. et sic in Hamb.—2 Nonnulli codd. exhibent *vincta.*—3 Par. Guelf. 2. Guarn. omnes Stat. quatuor Heins. duo Broukh. Exc. Lips. omnes Beroll. Angl. 1. et complures ap. H. Voss. *percussum,* probantibus Heins. et Heyn. quod nulla habet ed. præter Bach: *perfusum* habent quatuor ap. Broukh. omnes Mur. et Heyn. cum ed. pr. et Venett. 1487. 1491. 1493.—4 Colot. Guelf. 3. pro v. l. Reg. Ald. 2. et Lips. *amans;* Zwic. 1. Voss. 5. et reliqui omnes codd. cum edd. Rom. Venett. 1491. 1493. 1500. 1520. Vicent. et Ald. 1. *amor.*—5 In cod. Lips. et uno Broukh. *mater* pro *nostræ:* idem Broukh. pro *sæva* exhibet *scæva.*—6 *Clauditur, en!* conj. Heinsius: in Reg. Par. Beroll. Guelff. 1. 4. septem Palatt. quinque Broukh. et plerisque codd. cum edd. pr. mag. et min. Rom. Lips. aliis, *firma;* in Colot. duobus Vatt. omnibus Stat. et Mur. cum Exc. Pocc. *fulta,* quod revocavit Broukh. sed *fulcta* in Exc. Perr.—7 Ed. pr. min. *difficili;* Angll. 1. 2. 4. 5. Guarn. Par. quatuor H. Voss. Beroll. 1. 2. 3. et 4. a m. s. Guelf. 4. et 1. a m. pr. ed. pr. maj. Vicent. Rheg. et omnes fere edd. ante Scal. testantur *dominæ;* Broukh. Vulp. et Heyn. dederunt *domini,* addicentibus quibusdam codd. cum Venet. 1.

NOTÆ

Tibullus hac Elegia queritur appositum esse custodem amicæ suæ Deliæ, docetque qua ratione custodes fallat, ut ipsi inter se possint amores suos conferre, etiam præsente viro.

3 *Baccho*] Hoc est vino; vinum enim liberaliori modo sumtum somnos conciliat. Antiqui nonnulli codices legunt, *percussum,* sed melius *perfusum.* Unde infra Eleg. 7. ' Et multo tempora funde mero.'

7 *Janua difficilis*] Exempla passim apud Poëtas occurrunt amantium, qui sæpius januis conviciantur: ut supra sæpius vidimus apud Catull. et infra videbimus apud Tibull. et Propert.

Janua, jam pateas uni mihi vieta querelis,
  Neu furtim verso eardine aperta sones. 10
Et mala si qua tibi dixit dementia nostra,
  Ignoscas; capiti sint, precor, illa meo.
Te meminisse decet, quæ plurima voee peregi
  Supplice, cum posti florea serta darem.
Tu quoque ne timide custodes, Delia, falle. 15
  Audendum est! Fortes adjuvat ipsa Venus.
Illa favet, seu quis juvenis nova limina tentat,
  Seu reserat fixo dente puella fores.
Illa docet furtim molli deseendere leeto,
  Illa pedem nullo ponere posse sono; 20

Jovis jussu jacta percutiant. O janua, mihi soli aperiaris exorata querimoniis meis, et ne strideas converso cardine clam reserata; et condones, si qua maledicta locuta est tibi insania mea, opto, ut illa capiti meo eveniant. Æquum est te recordari innumera quæ verbis precantibus profudi, dum florcas coronas tuis postibus adhiberem. Tu etiam, o Delia, ne cunctanter excipe excubitores tuos. Venus ipsa audentes sublevat. Hæc auxiliatur, sive juvenis aliquis novas ædes experitur, sive puella clavi inserta aperit ostium. Hæc ipsa erudit clam egredi e tenero cubili, et

—8. 9 Hi versus desunt in Berol. 4.—10 *Nec* in Berol. 2. Par. Angl. 1. duobus Broukh. Brix. Rheg. Venet. 2. et Venet. 1487. *Neu* cod. Lips. Witt. 1. 2. unus Broukh. omnes Stat. Exc. Lips. Colot. duo Heins. et Angll. 2. 3. 4. 5. *Non* Scal. rec. *aperta soles* Berol. 3. et unus Heins.—12 *Ignosces* Corv.—13 Stat. edidit, *Et meminisse:* Bern. *juvet:* Par. in textu quidem *voce* habet; at in marg. ab eadem manu, quæ cod. descripsit, adjectum, ' alii *nocte;*' et sic Bern. a m. sec.—14 Witt. 1. *quem:* Par. et omnes Broukh. et Heyn. cum edd. pr. maj. et min. habebant *florida;* Broukh. revocavit *florea* ex codd. Stat. *florida s. dabam* Sfort. *dabam* recepit H. Voss.—16 Aberat hic vs. a Colot.; in Ald. 2. lacuna stellulis insignita est: damnavit eum quoque Stat.—17. 18 Pro *juvenis* in multis codd. *juvenum,* teste Stat. negante Sant. quod recepit H. Vossius; certe *juvenum* exhibet Par. *juvenis seu quis* Berol. 2. et sic Sant. ad Balbum; Morell. ad Bartholinum legit, *seu quis juvenis n. l. tentet, Seu reseret;* ed. pr. min. etiam servat *tentet* et *reseret:* Par. pro *fixo* habet *falso.*—19 Vulg. *descendere* primus recepit Broukh. e conj. Dous. P. et sic in Firm. Mon. et Voss. 3. *decedere* cod. Lips. Berol. 2. ed. pr. maj. Vicent. Rheg. et Venett. 1487. 1491. 1493. sed *discedere* in Par. Beroll. 1. 3. et 4. in quo a m. sec. *decedere;* H. Voss. *derepere* e cod. Fris. probante Heins. in textum

NOTÆ

14 *Cum posti florea* [*florida*] Mos erat amatorum, ut serta et coronas amicarum januis appendcrent. Ovid. Art. Am. II. ' Postibus et duræ supplex blandire puellæ, Et capiti demtas in fore pone rosas.'

16 *Fortes adjuvat*] Ita fere Ovid. in Fastis, ' Audentes forsque Venusque juvat.' Et Virg. ' Audentes fortuna juvat.'

18 *Fixo dente*] Hoc est, clave; partem enim pro toto posuit Poëta, qui dentem vocat clavem, quia clavis dentata est.

Illa viro coram nutus conferre loquaces,
  Blandaque compositis abdere verba notis.
Nec docet hoc omnes; sed quos nec inertia tardat,
  Nec vetat obscura surgere nocte timor.
Nec sinit occurrat quisquam, qui corpora ferro 25
  Vulneret, aut rapta præmia veste petat.
Quisquis amore tenetur, eat tutusque sacerque
  Qualibet: insidias non timuisse decet.

nullo strepitu posse passum figere, et communicare nutus loquaces marito præsente, et tegere mollia verba pactis signis. Neque cunctos ea de re erudit: at quos nec segnities remoratur, nec metus prohibet expergisci nocte tenebrosa: nec patitur ut ullus obsistat, qui corpora gladio lædat, vel detracto indumento pretium poscat. Quicumque amore occupatur, ille securus abeat et inviolabilis quacumque voluerit;

intulit.—21 Cod. Lips. *quoram:* Guelf. 2. et unus Broukh. *vultus;* sic etiam in Berol. 4. sed a marg. *nutus:* Stat. pro *conferre* laudat ex vett. codd. *proferre,* quod exhibent Exc. Ital.—22 Nonnulli Stat. *reddere,* glossema lect. *addere,* quam cum multis cod. Lips. omnes Beroll. et edd. pr. maj. et min. exhibent: *abdere* jam Mureto, Pulm. et Scal. revocatum, sequentes Edd. tenuerunt; tuentur idem Reg. Guelf. 2. Witt. 2. Colot. tres Vatt. Exc. Perr. aliquot Stat. et sex H. Voss. item Berol. 1. superscr. et Berol. 4. a m. sec. pro *notis* unus Broukh. habet *modis;* Guarn. *jocis.*—23 Berol. 1. *Hæc docet hoc;* Berol. 2. Par. Witt. 2. Angll. 4. 5. Colin. ed. pr. min. Brix. et Ald. *Nec decet;* Berol. 3. *Hoc decet hoc omnis;* et in Berol. 4. quoque *decet;* Rheg. et Venet. 2. *docet:* unus Broukh. *sed quas,* quod non improbat Heyn.—24 Post hunc in codd. et edd. pr. sequitur distichon, ab aliis rejectum, *En ego cum tenebris tota vagor anxius urbe, Securum in tenebris me facit ipsa Venus:* sic quoque in Guelff. 1. 3. 4. Angll. Beroll. 2. 3. 4. Voss. 1. 2. 3. 4. Reg. Exc. Pocc. Mon. sex Palatt. et Commel. In primo vs. pro *cum* quod exhibent ed. pr. min. et Vicentina, ed. pr. maj. Rheg. et Venett. 1491. 1493. habent *quum;* ed. Rom. *quin,* forte, inquit Heyn. pro *qui in;* Huschk. accipit pro *quum in:* cod. Lips. *En ego* 9 *tenebris:* sed Pentameter variis modis effertur; in aliis, *Non mihi nocte sopor, non mihi nocte quies;* vel etiam, *Non mihi nocte quies, non mihi nocte sopor,* ut in Corv. Witt. et Guelf. 3. a marg. vel, *Ille deus certæ dat mihi signa viæ,* ut in Par. vel, *Usque meum custos ad latus hæret amor,* ut in Guelf. 2. quem Pontano ascribunt; vel, *Præsidio noctis sentio adesse deam,* ut in quibusdam Mur. Beroll. 1. 3. Sfort. et Guelf. 3. a marg. et notatus est in Reg. qui habet etiam, *Securum in tenebris, &c.* sed in marg. ab eadem manu ad priorem, ‘ Seneca sic supplevit;’ ad alterum, ‘ Anrispa vero sic :’ in nonnullis aliis *Securum in tenebris me facit esse Venus,* ut in cod. Lips. Berol. 4. et edd. pr. maj. min. et Ald. 2. sed in Berol. 2. *Securus:* Frut. legit, *Securum tenebris, &c.* astipulante H. Voss. In Guarn. et Mur. codd. solus prior versus legitur; ambo desiderantur in duobus Vindob. et Bern. at Scal. Broukh. Vulp. et Heyn. hos tanquam spurios proscripserunt.—25 Reg. *accurrat.*—26 *Ut veret* Goth. *Verberet* in Angl. 3. totum distichon abest ab Angl. 5. pro *præmia* Reg. habet *vulnera:* duo codd. Broukh. pro *petat* exhibent *ferat,* sed alter in marg. *petat.*—28 *Quolibet* duo ap. Broukh.

NOTÆ.

26 *Rapta præmia veste*] Nonius ait prædones nocturnos a veteribus præmiatores dictos. Forte quod veste capta, quo præmio eam redderent, paciscerentur.

Non mihi pigra nocent hybernæ frigora noctis,
  Non mihi, cum multa decidit imber aqua. 30
Non labor hic lædit, reseret modo Delia postes,
  Et vocet ad digiti me taciturna sonum.
Parcite luminibus, seu vir, seu fœmina fias
  Obvia: celari vult sua furta Venus.
Neu strepitu terrete pedum, neu quærite nomen, 35
  Neu prope fulgenti lumina ferte face.
Si quis et imprudens aspexerit, occulat ille,
  Perque Deos omnes se meminisse neget.
Nam fuerit quicumque loquax, is sanguine natam,
  Is Venerem e rapido sentiet esse mari. 40

par est non metuisse pericula. Mihi non officit tardum gelu noctis hyemalis, nec quando pluvia crebra aqua delabitur: hæc molestia non angit me, dummodo Delia mihi januam aperiat, et ipsa tacens accersat me ad digitorum strepitum. Abstinete lucernis, sive homo, sive mulier, mihi occurras: Venus cupit abscondi furta sua. Nec me pedum sonitu perterrefacite, nec rogate nomen, nec admovete mihi propius lucernas claro lumine. Si aliquis incogitans me viderit, is rem celet, et per cunctos cœlites inficietur se recordari. Quisquis enim garrulus extiterit, ille experietur Venerem e cruore procreatam esse, et e truculento pelago. Neque tamen maritus

cum uno Heins. *Qualibet* quinque Broukh. et Exc. Gebh. *Quaslibet* Corv. *nec* pro vulg. *non* ex Dat. Angll. 4. 5. Sfort. Beroll. 1. 3. et Voss. 3. probantibus Heyn. et Wund. receperunt H. Voss. et Bach; *non tenuisse* Gebh. *non timuisse* Par. pro *decet* Berol. 2. Colot. et Exc. Lips. (et pro v. l. Guelf. 3.) *juvat.*—29 Reg. *sidera noctis;* Hamb. *frigora brumæ.*—31 Dat. *hinc:* Berol. 3. *hinc l. reserat:* Reg. *lædet r. m. Lydia;* Heyn. conj. *lædat.*—32 Berol. 4. *tacitura.*—33 In Par. Beroll. 2. 4. Exc. Perr. Witt. 1. 2. duobus Broukh. uno Stat. Dat. Laud. Angll. 1. 2. 3. 5. Rheg. Rom. Lips. et Venet. 2. *fiat;* in Thuan. et ed. pr. *fiet,* unde *fies* Guyetus; Heins. conj. *sitis;* Reg. habet *fias.*—35 *Ne* testantur codd. Stat. Witt. 1. 2. quatuor Palatt. Reg. Angll. 1. 3. Berol. 4. Zwic. 1. edd. pr. maj. et min. Venet. 2. Rheg. et Ald. 1. et sic edidit Bach. *Nec* in uno Broukh. Brix. Rom. et Venet. 1491. quod recepit H. Voss. *Neu* Mur. Pulm. Scal. *Ne strepitu terere* in Par.—37 *Siquid* codd. Stat. Gebh. Passer. et Angl. 1. *Si quis* Witt. 1. 2. cum tribus Broukh. *ipse* pro *ille* in Angl. 2.—38 Berol. 4. *dies:* ed. pr. min. *omnis.*—40 Exc. Pocc. et tres Heins.

NOTÆ

34 *Celari sua furta*] Furtivos coitus vult celari Venus. Unde et in eam sententiam Ovid. Art. Am. II. 'Præcipue Cytherea jubet sua sacra taceri. Admoneo, veniat ne quis ad illa loquax. Condita si non sunt Veneris mysteria cistis, Nec cava vesanis ictibus æra sonant; Attamen inter nos medio versantur in usu, Sed sic, inter nos ut latuisse velint.'

39 *Is sanguine natam*] Poëtæ, ait Gellius, præstantissimos virtute et prudentia viros, Jovis filios appellaverunt: ferocissimos autem et alienos ab omni humanitate, tanquam e mari genitos, Neptuni filios dixerunt. Aiunt autem illi Venerem ex testiculorum Cœli Patris in mare projectorum spuma procreatam esse.

Nec tamen huic credet conjux tuus; ut mihi verax
Pollicita est magico saga ministerio.
Hanc ego de cœlo ducentem sidera vidi:
Fluminis hæc rapidi carmine vertit iter.
Hæc cantu finditque solum, Manesque sepulcris 45
Elicit, et tepido devocat ossa rogo.
Jam tenet infernas magico stridore catervas,
Jam jubet aspersas lacte referre pedem.

tuus isti adhibebit fidem, ut promisit mihi maga veridica officio suo sortilego. Ego ipsam spectavi ab æthere astra devocantem; ipsa cantibus retorquet cursum velocis amnis. Ipsa carminibus terram disrumpit, umbrasque e tumulis excitat, et ossa deripit e bustis calidis. Modo concitat magico sonitu turbas Tartareas; easque *modo lacte permulsas gradum reportare imperat. Quando vult, ipsa ex aëre obscuro*

rabido, probante Heyn. quod H. Voss. Bauer. Wund. et Bach receperunt: vulg. testantur Par. Witt. 1. 2. tres Broukh. edd. pr. maj. et min. Venet. 2. et Brix. sed *e* præpositio abest ab uno Palat. et Witt. 2. Mitsch. emend. *Is V. e rabido s. isse mari:* Berol. 1. 3. 4. Witt. 2. Statiani, Dat. Brix. et Venet. 1487. *sentiat.*—44 Unus Broukh. Beroll. 1. 3. 4. Ask. quatuor, Voss. Guelf. 2. pro v. l. cum edd. Aldd. Pulm. Basil. Plaut. Gryph. Broukh. Voss. Wund. et Bach, *Fulminis;* Par. Corv. Guelf. 1. 2. 3. 4. et maxima pars codd. cum ed. pr. min. Venet. 2. Rheg. et Venett. 1491. 1493. *Fluminis:* Berol. 2. Hamb. et unus Broukh. *sistit* pro *vertit*, quod reposuere Broukh. et Bach; *Fulminis h. r. c. vertit* Vulp.—46 *Ellicit* Par. *rapido* Reg. *trepido* Berol. 1. *devorat* Exc. Perr. Guelf. 4. Brix. et Venet. 1487.—47 *Hæc tenet* Exc. Lips. *ciet* exhibent codd. Heyn. quinque H. Voss. Angll. 2. 3. 4. Zwicc. 1. 2. edd. pr. maj. et min. et sic ediderunt H. Voss. et Bach.; *tenet* Stat. Par. Angll. 1. 5. duo Broukh. Dat. Venet. 2. *magico sermone* Witt. 1. Angll. 3. 4. et pro v. l. Guelf.

NOTÆ

41 *Verax saga*] Saga dicta est incantatrix, quod satis agat, atque ea est, quæ carminibus aut herbis mala ab hominibus dicebatur vel arcere, vel impellere, quæ et venefica dicebatur. Unde Horat. 'Quæ saga? quis te solvere Thessalis Magus venenis?' &c.

43 *Ducentem sidera*] Putabant antiqui magos artibus suis astra de Cœlo deducere. Unde et Virgil. 'Carmina de Cœlo possunt deducere Lunam.'

45 *Manes Elicit*] Hoc est, facit ut reviviscant cadavera e tumulis, Manibus, id est, animis defunctorum ex Inferis in corpora revocatis. Unde Horat. 'Manes elicerent animas responsa daturas.' Solebant enim veteres, ut putabant, quibusdam cærimoniis ab Inferis animas defunctorum evocare, et futura ab iis exquirere. Cujus rei insigne habetur exemplum apud Lucan. lib. VI. de Erichthone Thessala celebri venefica, quæ Pompeii rogatu militem recens occisum revocavit ad vitam, ut ex eo belli Pharsalici eventum cognosceret.

48 *Aspersas lacte*] Veteres putaverunt animas defunctorum lactis alimento gaudere, cujus aspersione eas etiam conciliari crediderunt.

Cum libet, hæc tristi depellit nubila cœlo :
  Cum libet, æstivo convocat orbe nives. 50
Sola tenere malas Medeæ dicitur herbas,
  Sola feros Hecatæ perdomuisse canes.
Hæc mihi composuit cantus, quis fallere posses.
  Ter cane, ter dictis despue carminibus.
Ille nihil poterit de nobis credere cuiquam, 55
  Non sibi, si in molli viderit ipse toro.

nubes fugat, quando vult æstivo cursu nives congregat. Ipsa una fertur cognoscere malefica Medeæ gramina, una pervicisse truculentos Hecates canes. Ipsa confecit mihi carmina, quibus maritum decipere posses. Ter canta ; prolatis cantibus, ter inspue. Ille nemini quicquam credere poterit de nobis, nec sibi ipsi, etsi nos idem in

3. improbante Heyn. *catenas* Berol. 2. et Exc. Lips.—49 Scheff. *Quom:* Beroll. 1. 3. et Dat. *lubet* hic et seq. vs. sed hic in Berol. 2. legitur *licet.*—50 Codd. Mur. et Guy. Guelff. 1. 4. cum edd. Rom. Venet. 1491. et Brix. *provocat ;* codd. Heyn. Scheff. Corv. et Par. quinque Broukh. tres Angll. tres Sant. Venet. 2. et Rheg. *convocat orbe nives:* Exc. Perr. et Poec. omnes fere Stat. duo Vatt. et Guelf. 2. *æstu convocat ore nives ;* in marg. Brix. ap. Broukh. *Quum libet, æstivo fulgerat orbe deos ;* sed pro *deos* Burm. II. legerat *deus,* i. e. Jupiter, ex Hor. I. Od. 34. 7. Heyn. autem conj. *dies:* H. Voss. dedit, *æstivo fugit ab orbe dies,* cujus quidem script. vestigia cerni censet in var. lect. ad marg. Brix.—51 In quibusdam libb. Stat. et Gebh. non *herbas,* sed *artes ;* et sic in ed. pr. min. probante Huschkio.—52 Græcam formam *es* in *Hecates* e codd. Heyn. Beroll. 2. 4. Zwicc. 1. 2. Corv. Angl. 5. cum H. Voss. et Wund. recepit Bach. *Hecatæ* servant Par. Witt. 1. 2. quatuor Palatt. quinque Heins. quod reposuit quoque Broukh. *Hecate* ed. pr. min. Heinsius pro *perdomuisse* malebat *perdomat hisce.*—53 In nonnullis *queis ;* plurimi Broukh. Par. Beroll. 1. 2. 3. Goth. Witt. 1. 2. ed. pr. et Venet. 2. habent *quis,* et sic per totum Tibull. scribendum curavit Bach.—54 Exc. Perr. et unus Broukh. *expue;* Angll. 3. 4. 5. Guelf. 3. nonnulli Stat. Brix. Venet. 1487. Rom. cum aliis, *exspue;* Angl. 2. Witt. 1. et Land. *conspue.*—56 Palat. 1. Berol. 2. Broukh. 1. Angll. 2. 4. et Witt. 1. *si molli ;* et sic edidit H. Voss. Broukh. 3. *sim molli;* cod. Lips. *sm in molli:* Exc. Lips. *esse thoro;* Exc. Heins. ed. pr. min. et Bartol. *esse toro ;* Ald. 2. Basil. 1569. Plant. 1569. et Gryph. *esse sinu ;*

NOTÆ

52 *Sola feros Hecatæ*] Hecaten veneficiorum præsidem venefieæ magico susurro elieiunt clamitantibus occurrentem. Virgil. 'Visæque canes ululare per urbem, Adventante Dea.' Has canes non inscite Furias quidam interpretantur. Sed per *feros Hecatæ canes* minus recte intelligas Cerberum tricipitem, sed tres Furias, quas Lucanus appellat Stygias canes Proserpinæ famulas.

54 *Ter dictis despue carminibus*] Plinius refert in omni medicina morem esse, atque effectus adjuvare, terna despuere deprecatione ; ternarium enim numerum in Sacris adhibebant, eumque Diis acceptissimum esse existimabant ; sed ex disciplina venefieii est ter sibi in sinum spuere. Juvenal. Sat. VII. 'Conspuiturque sinus.' Et Virgil. in Ciri: 'Ter in gremium mecum, inquit, despue virgo.'

Tu tamen abstineas aliis: nam cetera cernet
  Omnia: de me uno sentiet ipse nihil.
Quid credam? nempe hæc eadem se dixit amores
  Cantibus aut herbis solvere posse meos; 60
Et me lustravit tædis; et nocte serena
  Concidit ad magicos hostia pulla Deos.
Non ego, totus abesset amor, sed mutuus esset,
  Orabam; nec te posse carere velim.
Ferreus ille fuit, qui, te cum posset habere, 65
  Maluerat prædas stultus et arma sequi.

tenero lecto conspexerit. At tu ab aliis temperes; reliqua enim omnia videbit, de me solo nihil esse intelliget. Quid ego *existimem? Scilicet ea ipsa affirmavit se carminibus aut graminibus dissolvere posse amores meos. Me etiam facibus purgavit; et furva procubuit victima ad magica numina clara nocte. Non ego precabar ut integer amor absisteret, at reciprocus esset, nec cupiam posse reipsa destitui. Ille ferreus sit, qui, si te tenere queat, præoptarit stolidus exuvias ac militiam sec-*

Broukh. *ille toro;* Perr. *ipse thoro.*—57 *Tu tantum* Guelf. 1. 4. aliquot Stat. Exc. Heins. ed. pr. maj. et Venett.—58 Ex codd. Guy. Reg. Exc. Heins. et aliquot aliis, *ille* pro *ipse*, vel Heynio probatum, dederunt H. Voss. Bauer. Wund. et Bach: Berol. 4. exhibet vulg. *esse;* Witt. 1. Broukh. 1. 2. 3. Exc. Pen. Par. Corv. Angll. 1. 2. Dat. Colot. edd. pr. maj. et min. Rheg. Venet. 2. *ipse;* unus ap. Broukh. *ille*, vel *ipse:* Huschk. conj. *iste;* Heins. *ista.*—59 *Quin* Exc. Perr. *Quid? credam?* legit Bach: pro *se* Berol. 1. habet *si;* Berol. 3. et ed. pr. min. *sibi.*—60 In uno Stat. *fallere* pro *solvere.*—61 Beroll. 1. 2. *thedis;* ed. pr. min. *thædis.*—63 Reg. *Non totusque abesset;* Berol. 3. *Non totus ut;* in nonnullis ap. Heyn. *Non totus abesset;* in Ald. 2. et aliis, *Non ut totus abesset:* Par. Exc. Lips. Witt. 1. 2. Broukh. 1. 2. 3. cum Sfort. et Vat. ap. Stat. nostram lect. testantur.—64 *Optabam* Laud. et Witt. 2. pro vs. l. Hoc versu claudit Elegiam Scal. quatuordecim seqq. inserens ante vs. 59. Elegiæ primæ, postpositis tamen sex prioribus: inde hujus Elegiæ reliqua post vs. 36. quintæ; cujus Elegiæ vs. triginta quatuor seqq. sextam suæ edit. formant; sexque posteriores ejusdem post vs. 32. Elegiæ sextæ inserti sunt. Hi quatuordecim vs. Heynio quasi fragmentum habentur. Hoc negat Wund. qui asteriscos ab Heynio interpositos delevit. Vide ad Eleg. I. vs. 50. H. Vossio placuit hic novam, a priore divisam, constituere Elegiam.—65 Scal. hic intrusit *fuat*, omnibus codd. invitis; Heins. conj. *sinu:* vulg. defendit Guy. sic derivans, 'fuim, fuis, fuit:' edd. pr. maj. Rheg. et Venet. 2. *quom:* in aliquot Stat. Goth. Hamb. Beroll. 2. 4. Angl. 4. ed. pr. min. Ald. 1. et Vulp. 1. *possit;* et sic legit Scal. reliqui codd. testantur *posset.* 'Si *fuit* absolute positum est, debebat sequi *Malait.* Indicativus sæpe pro potentiali ponitur: servem adeo etiam quod in nonnullis est, *possit.*' Heyne. Quod adeo verum est, inquit Huschk. ut, nisi alia scriptura in promtu esset,

NOTÆ

62 *Concidit ad magicos*] Dii Magici sunt Dii Inferi, Pluto, Proserpina, Hecate, quibus immolabantur hostiæ furvæ et nigræ; unde pullam hostiam dixit Poëta, id est, nigram.

Ille licet Cilicum victas agat ante catervas,
  Ponat et in capto Martia castra solo;
Totus et argento contextus, totus et auro,
  Insideat celeri conspiciendus equo. 70
Ipse boves, modo sim tecum, mea Delia, possim
  Jungere, et in solo pascere monte pecus;
Et, te dum liceat teneris retinere lacertis,
  Mollis et inculta sit mihi somnus humo.
Quid Tyrio recubare toro sine amore secundo 75
  Prodest, cum fletu nox vigilanda venit?

tari. Esto ille copias Cilicum fusas coram propellat, et bellica tentoria statuat in terra occupata: ac totus argento, et totus auro concinnatus, spectandus sedeat veloci equo. Dum tecum sim, o Delia mea, ipse tauros jugare queam, et gregem pascere in desertis collibus. Et mihi dulcis quies sit in humo aspera, modo fas mihi *sit te suaviter amplecti. Quid juvat quiescere in lecto Tyrio absque amore prospero,*

vulgatæ præferrem hanc emend. *Maluit et prædas, &c.* In uno Voss. *Ferreus ille fuit, qui, te quum posset habere, Maluerat prædas, &c.* Berol. 4. etiam habet *Maluerat;* Par. *Malluerit.*—67 In Statianis, Exc. Falc. et Vat. Ursini *vinctas;* in codd. Heyn. Beroll. Angll. 1. 2. 3. 4. et plur. aliis *victas.* —68 Pro *capto* in Berol. 3. et Dat. *rapto:* Reg. *campo.*—69 In uno Stat. *contectus,* probantibus Sant. Schrad. et Heyn. *Totus ut argento totus contectus et auro* in Par. *confectus* Exc. Heins.—70 Pro *celeri* maluit Bauer. *celebri.* Hic vs. ita legitur in Berol. 3. *Insideat conspiciendus equo celeri.*— 71 In uno Stat. *modo sim tecum mea Delia;* et sic Broukh. et Bauer. *modo si tecum, mea Delia* Par. *si* habent etiam codd. Heyn. omnes Guelff. sex ap. Broukh. et edd. pr. maj. et min. (forte pro *sī,*) *sit* Berol. 3. in edd. H. Voss. et Bach. *tecum modo sim, mea Delia;* Heyn. *mea, sim tecum modo, Delia:* Broukh. 1. 2. Berol. 2. edd. pr. maj. et min. Rheg. et Venet. 2. *possem;* Guelff. 1. 4. Angl. 5. et ed. Rom. *possum;* in Par. et aliis *possim.*—72 Beroll. 1. 4. Reg. omnes Guelff. Par. et ed. Lips. *in solito;* omnes Angll. Beroll. 2. 3. cum edd. pr. maj. et min. *insolito;* Rom. *insolido.*—73 Scal. edidit, *teneris liceat;* omnes Beroll. Ital. Angll. Witt. 1. 2. Broukh. 1. 2. 3. Par. et edd. pr. maj. et min. *liceat teneris;* H. Voss. dedit, *O te dum teneris liceat,* favente Frenz. *tenuisse lacertis* Par.—74 *Mollis in inculta* in codd. Stat. Vat. 2. binis Angll. et Exc. Perr. et sic edidit Broukh. *et inculta* in sex Palatt. et quinque aliis ap. Broukh. *et in nuda* in codd. Mur. et Passer. unde Dousa F. faciebat *et in dura;* in Par. ed. pr. maj. et Rheg. *et in culta;* et sic conj. Grut. in ed. pr. min. *et in cultus:* Broukh. 1. *sit mihi.*—75 Hæc in nonnullis libris, cum ed. pr. et Venet. 2. ita distinguuntur, nt alium quoque sensum efficiant, *Quid Tyrio recubare toro sine amore secundo Prodest? cum fletu nox vigilanda venit.*—76 In

NOTÆ

67 *Ille licet Cilicum*] Cum hæc scriberet Poëta, in Ciliciam profectus erat Messala, a quo invitatus fuerat ad contubernium suum. Idem autem est, ac si diceret, De Cilicibus triumphet Messala, per me licet. Cilices autem populi sunt Asiæ minoris, ad Amanum montem et ad mare Mediterraneum positi, quorum regio Cilicia dicitur.

Nam neque tum plumæ nec stragula picta soporem,
  Nec sonitus placidæ ducere possit aquæ.
Num Veneris magnæ violavi numina verbo,
  Et mea nunc pœnas impia lingua luit? 80
Num feror incestus sedes adiisse Deorum,
  Sertaque de sanctis deripuisse focis?
Non ego, si merui, dubitem procumbere templis,
  Et dare sacratis oscula liminibus.

quando nox lacrymis vigilanda est? Tunc enim nec plumæ, nec peristromata variegata, nec sonus lenis aquæ somnum queat conciliare. An potestatem Veneris magnæ dicto offendi? Et lingua improba jam supplicium pendit? An dicor Divorum templa impurus invisisse, et coronas e sacris aris detraxisse? Equidem non cuncter, si dignus sum, eorum fanis procidere, et augustis foribus oscula præbere. Non ego cuncter *genibus terram supplex perreptare, et sacris*

edd. vett. *quom.*—77 Broukh. 1. Laud. Angll. 1. 2. Par. Berol. 4. ed. pr. maj. Rheg. Venet. 2. et Venet. 1487. *tunc;* Guelf. 2. Colot. Exc. Vat. Heins. et Exc. Pocc. *nunc:* Guelff. 1. 4. Palat. 2. ed. pr. maj. et Venet. 1520. *pluviæ:* Angl. 4. *neque stragula:* Par. *sopore.*—78 Corv. Angl. 1. Guelff. 1. 2. 4. Zwicc. 1. 2. Beroll. 1. 3. 4. omnes H. Voss. cum edd. vett. testantur *posset;* et sic in Guelf. 3. sed adscr. *i:* Scal. Broukh. et Wund. dederunt *possit,* quod servant Angl. 4. et Berol. 2.—79 *Non* Ald. 2. *Quin* Reg. Angll. 3. 4. Broukh. 1. 2. 3. Witt. 1. 2. Scal. rec. Exc. Vat. Heins. Dat. Colot. Rheg. et Venet. 2. *magni* Angl. 3. *magno* codd. Passer. et Guy. et sic conj. Gebh. *vano* vult Heins. ‘ Antiqui Interpretes hic aliquot versus desiderari putavere, idque Statius etiam vetere suo libro admonebatur, quia hæc, quæ sequuntur, cum superioribus non bene cohærent: neque ego nexum, qui inter ea intercidat, animo assequi possum, quanquam Vulpius sibi eum invenisse videbatur. Scaliger in Elegiæ quintæ (suæ ed.) extrema rejecit; quod ut vix est probandum, ita tutius est statuere, fragmentum hoc esse novæ Elegiæ.’ *Heyne.* Vide ad v. 65.—80 *Ut....luat* in Statianis, et Colot. quod Bauer. et H. Voss. receperunt: *num* pro *nunc* in Berol. 4. Guelf. 2. Par. Witt. 1. Scal. rec. Exc. Vat. Heins. Dat. Colot. ed. pr. maj. Rheg. Venet. 2. et Lips. *tulit* pro *luit* in Angll. 3. 4. Scal. rec. et nonnullis aliis.—81 *Quin* Reg. et Angl. 3. *Quin,* vel *Num* Angl. 4. *ferro* pro *feror* Berol. 4. *sedem* Berol. 2.—82 *Sertave* malint Broukh. et Heyn. *diripuisse* in plur. codd. et impressis, inter quos omnes Beroll. Zwicc. Par. ed. pr. maj. et Rheg. et sic ediderunt Bauer. H. Voss. et Bach; *dirripuisse* in ed. pr. min. *deripuisse,* ex emend. Turnebi, primus recepit Dousa in ed. Plaut. *eripuisse* cod. Scheff. Guelf. 1. 4. edd. Rom. Brix. Venett. 1491. 1493. et Stat.—83 *Non ego sic meritus* legi jussit Heins. Hoc et sequens distichon transposita sunt in Ald. 2.

NOTÆ

75 *Tyrio toro*] Hoc est, purpureo. Tyrus autem urbs fuit Phœniciæ in Syria, olim insula, quæ et Sarra fuit nuncupata: unde ‘ ostrum Sarranum,’ pro ‘ purpura Tyria;’ in hac enim urbe laudatissima purpura tingebatur: unde Ovid. Art. Am. lib. II. ‘ Sive erit in Tyriis, Tyrios laudabis amictus.’

79 *Num Veneris magnæ violavi*] Veteres suorum incommodorum causam Diis attribuebant, quos sibi infestos, et suo aliquo merito et noxa læsos opinabantur.

Non ego tellurem genibus perrepere supplex, 85
  Et miserum sancto tundere poste caput.
At tu, qui lætus rides mala nostra, caveto.
  Mox tibi non vacuus sæviet usque Deus.
Vidi ego, qui juvenum miseros lusisset amores,
  Post Veneris vinclis subdere colla senem; 90
Et sibi blanditias tremula componere voce,
  Et manibus canas fingere velle comas;
Stare nec ante fores puduit, caræve puellæ
  Ancillam medio detinuisse foro.

postibus infelix caput allidere. Tu vero, qui gaudens ludis mea incommoda, prospicito modo tibi ipsi: idem Deus non perpetuo iratus erit. Ego ipse spectavi, qui infelices amores irrisisset, postea vetulum subjicere cervicem Veneris jugo, et concinnare sibi illecebras trementi voce, et manibus cupere medicare canos capillos. Nec erubuit hærere ad januam, aut media platea amicæ dilectæ famulam

invitis codd. accedente tamen Scal.—85 Berol. 3. Exc. Scal. et Dat. *pedibus*, ut citatur a Turnebo; et sic in Berol. 1. sed a marg. *genibus*; in Guelf. 1. 2. 4. *prorepere*, quod Cyllen. laudat in Comment. Venet. 1487. et explicat 'obrepere,' improbante Heyn. in Palat. 1. *proterrere*, unde Gebh. *proverrere*, quod damnat Broukh.—86 Colb. et unus Stat. *tacto* pro *sancto*: Berol. 2. *tondere*.—87. 88 Broukh. malit *qui lentus*; ed. pr. maj. *letus*. Deinde *non uni* in Exc. Perr. et omnibus H. Voss. probante Sant. quod Bauer. Wund. et Bach receperunt. *non vanus* cod. Lips. Witt. 1. Palat. 2. Broukh. 1. 2. 3. Goth. Hamb. Vat. Ursini, Berol. 2. Angll. 1. 4. ed. pr. min. Rom. Ald. 1. Basil. Gryph. et Plant. *Mox tibi ne vanus sæviat* in Berol. 3. sed in Berol. 2. et uno Broukh. *serviet*: unus Heins. cum Ald. 2. et aliis, *ipse* pro *usque*. Hoc distichon varie interpungunt; in Reg. Thuan. Guelff. 1. 4. Venett. 1491. 1493. Scal. et Broukh. *At tu,....caveto Mox tibi: non, &c.* in Corv. *At tu,.... caveto: Mox tibi non, &c.* quod placuit Vulpio; in Guelf. 2. Basil. et Plant. *At tu, qui latus rides, mala nostra caveto: Mox tibi non, &c.* 'Quidni potius scripserit? *Mox tibi, non nobis.* Et hoc fortasse retinerem, nisi exquisitius aliquid latere suspicarer in lectione *non vanus*, quam plurimi servant libri. Nempe legendum censeo: *Mox tibi non vacuus, &c.* Hic est, quem Ibycus dicit, ap. Athen. XIII. p. 601. *Ἔρος οὐδεμίαν κατάκοιτος ὥραν.*' *Huschk.*—89 In multis Stat. Witt. 2. Dat. et ed. pr. maj. item ed. pr. ap. Morell. et Lips. *juvenem*, quod reposuere Scal. et Broukh. sed *juvenum* testantur omnes Heyn. Guelff. Berol. alii: *læsisset* in Sfort. *lesisset* in cod. Scal. duobus Heins. et Colb. unde Scal. conj. *Vidi ego, qui juvenis seros desisset*; hinc Broukh. in contextum intulit, *qui juvenem seros desisset*, quod facere non ausus erat Scaligerus: Sant. emend. *qui juvenis miseros risisset amantes:* Doct. Jortin, in Obss. Misc. vol. II. p. 241. veram lect. esse credebat, *Vidi ego, qui juvenis*

NOTÆ

85 *Non ego tellurem genibus perrepere*] In Dis placandis per templum supplices non incedebant, sed repebant ad sedem ejus Dei, quem placare cupiebant.

86 *Et miserum sancto tundere poste caput*] Romani religionis aliquid liminibus et postibus tribuebant. Unde amplectebantur postes, et osculabantur limina, et ad Deorum iram placandam posti caput illidebant.

Hunc puer, hunc juvenis turba circumterit arcta; 95
Despuit in molles et sibi quisque sinus.
At mihi parce, Venus; semper tibi dedita servît
Mens mea: quid messes uris acerba tuas?

remorari. Ipsum pueri, ipsum adolescentes denso cœtu circummurmurant; et singuli sibi in tenerum gremium despuunt. Tu vero, o Venus, ignosce mihi, animus meus tibi devotus perpetuo fuit addictus. Quare incendis aspera fruges tuas?

seros lusisset amores.—95 Omnes Angll. Palatt. 1. 3. 4. 5. Berol. 4. Reg. Witt. 1. 2. Broukh. 1. 2. Laud. Exc. Perr. et Pocc. Vat. Heinsii, Scal. rec. Colot. Venet. 2. Venet. 1487. Rheg. et Brix. *circumterit;* Thuan. Colb. Berol. 1. unus Heins. Aldd. Colin. Gryph. et Plant. *circumstetit;* Berol. 3. *circumstitit;* Berol. 2. Colb. unus Palat. Broukh. 2. et ed. pr. min. *circumvenit;* Scal. ex ingenio *circumstrepit;* Hnschk. conj. *circumstrepit:* plurimi codd. Stat. Palat. Witt. 2. et optt. membranæ *arta;* alter Stat. Colot. Vat. Heinsii, et pro v. l. unus Guelf. *atra;* Angll. 1. 3. *atta;* Angl. 2. *apta;* Witt. 1. et Broukh. 1. 2. 3. *arcta.*—97 Ed. pr. maj. *par te* pro *parce:* Sfort. Guelf. 2. Exc. Pocc. Rheg. Venet. 2. et Venet. 1487. *debita;* et sic in Berol. 4. sed a marg. *dedita:* Scal. et Broukh. *serviit;* Witt. 1. 2. Broukh. 1. 2. 3. ed. pr. Brix. Rheg. Venet. 2. et Venet. 1487. *servit.*

NOTÆ

96 *Despuit in molles*] Putabant antiqui in sinum sibi despuendo fascinum averti; quod innuit Interpres Juvenalis, in hæc verba, 'conspuiturque sinus.' 'Propter fascinum,' inquit, 'verborum, ter sibi in sinum spuunt, et videntur fascinum arcere:' Simili fere de causa pueri et puellæ senem illum amatorem, quasi dirum omen aversati, in sinum sibi despuebant.

ELEGIA III.

Ibitis Ægæas sine me, Messala, per undas,
O utinam memores ipse cohorsque mei!

O Messala, proficiscemini absque me per Ægæas aquas, o utinam tu ipse et comi-

In edd. pr. maj. min. et Vicent. *Ad Messalam;* in Rheg. *Ad Messalam conquerens quod apud pheacas ægrotet et laudat primam ætatem et demum* (*deam*, vel *Venerem*) *se ducentem ad Elisios Campos:* hoc pertinet ad vs. 58. ubi hæc editio in contextu habet *in Elisios.*—1 In ed. pr. maj. *Ægeas.*—2 In eadem *memor es ipse;* pro *ipse* ex uno Passer. H.

NOTÆ

1 *Ibitis Ægæas, Messala*] Eo tempore M. Valerius Corvinus Messala ex Consulatu quem cum Augusto gesserat, in Macedoniam proficisceba-

Me tenet ignotis ægrum Phæacia terris.
  Abstineas avidas, Mors, precor, atra, manus!
Abstineas, Mors atra, precor; non hic mihi mater, 5
  Quæ legat in mœstos ossa perusta sinus;
Non soror, Assyrios cineri quæ dedat odores,
  Et fleat effusis ante sepulcra comis;
Delia non usquam est: quæ me quam mitteret urbe,
  Dicitur ante omnes consuluisse Deos. 10

tes tui reminiscamini mei. Phæacia me detinet ægrotum terris incognitis: tu, o mors atra, rapaces manus coërceas. O mors atra, parcas, quæso; nec mihi hic præsto est genitrix, quæ reliquias crematas in mœstum gremium colligat; nec germana, quæ adhibeat rogo meo Assyria aromata, et sparsis crinibus ploret ad tumulum meum: nec Delia usquam est, quæ cum me a se dimitteret Roma refertur prius consultasse

Voss. et Bauer. dederunt *tuque*.—3 Broukh. pro *terris* malit *tectis*, improbantibus Heyn. et Huschk.—4 Reg. Guelf. 1. 4. Witt. 1. 2. Exc. Perr. unus Palat. Angll. 3. 4. Brix. Rom. et Venet. 1487. *mors violenta;* et sic in Guelf. 3. a marg. *mors modo nigra* in Par. Corv. Statianis, Dat. quatuor Palatt. Broukh. 1. 2. 3. Beroll. 2. 3. 4. Angll. 2. 5. Scal. rec. cum edd. pr. maj. et min. et sic in Guelf. 2. sed superscr. lect. nostra, quam exhibent etiam Exc. Lips. et Pocc. unus Palat. Laud. Colot. Vat. Ursini, Angll. 2. 5. et Venet. 2. *mors violanda* in Berol. 1.—6 Par. et ed. pr. maj. *mestos*.—7 Pro *dedat* Broukh. mallet *fundat;* Heynio placuit *reddat* vel *didat;* sed H. Voss. in textum invexit *condat;* vulg. omnes codd. et impressi testantur: Berol. 4. exhibet *honores;* et sic Witt. 2. sed a marg. pro v. l. *odores*.—9 Omnes fere codd. etiam Beroll. Zwicc. et H. Voss. cum edd. pr. omittunt *est;* et sic edidit Bach; sed Vindob. Corv. Hamb. et ed. Wund. cum aliquot aliis, servant hoc vocabulum; in Guarn. erat, *Delia non unquam, et quæ*, voluit nempe, inquit Heyn. *Delia non unquam est; quæ, &c.* nonnulli codd. et edd. vett. habent *cum* vel *quum;* sed *quam*, a Dous. restitutum tuentur Vind. Mon. Bern. et Voss. 2. *quom* in Witt. 1.—10 Pro *omnes* quidam volunt *meos*, teste

NOTÆ

tur, ad quam Ægæo mari perveniendum erat. Quo cum sequeretur Messalam Tibullus, adversa valetudine Corcyræ correptus est. *Messala* dictus est a Messana urbe Siciliæ, ut ait Macrob. Saturn. I.

3 *Phæacia*] Hoc est, Corcyra insula maris Ionii, sic dicta a Phæace filio Neptuni et Corcyræ nymphæ filiæ Asopi. Quod ibidem ægrotarit Tibullus testatur Ovid. Elegia de Obitu Tibulli: 'Sed tamen hoc melius, quam si Phæacia tellus Ignotum vili supposuisset humo.'

6 *Quæ legat ossa*] Morem antiquum attingit Poeta, quo qui proximior aderat genere defuncti cineres colligebat, quos vasculis inclusos tumulo componebat. Unde Tibull. lib. III. Eleg. 2. 'Sic ego componi versus in ossa velim.'

7 *Assyrios odores*] Odores et aromata, amomum, et balsamum, thus, costum, &c. rogo superinfundere vetustas consuevit. Cic. de Leg. lib. II. hoc vocat, 'sumptuosam respersionem.' Vide Apul. Apol. Assyria porro est Asiæ Majoris regio, quæ, si Straboni credatur, Babyloniam, et maximam circumjacentium regionum

Illa sacras pueri sortes ter sustulit: illi
  Retulit e triviis omina certa puer.
Cuncta dabant reditus: tamen est deterrita nunquam,
  Quin fleret, nostras respiceretque vias.
Ipse ego solator, cum jam mandata dedissem, 15
  Quærebam tardas anxius usque moras.
Aut ego sum causatus aves, aut omina dira,
  Saturni aut sacram me tenuisse diem.

cunctos Divos. Ipsa ter eduxit sanctas sortes pueri: puer e compitis indubia præsagia renuntiavit. Omnia spondebant ingressum; ipsa nihilominus nunquam avocata est quin ploraret, et iter meum respectaret. Ego ipse consolator, ubi jam commisissem mandata, expetebam semper solicitus seras cunctationes, vel prætexui alites, vel horrenda ostenta, vel lucem Saturno dicatam inhibuisse me, quam sæpe viam carpens

Broukh. ed. pr. maj. *consoluisse.*—11 Carrio ad Val. Flac. *puero* legebat; *Illa sacras pure* conj. Guy. *Illa manu pueri sortes ter* Salm. *Illa sacras urnis sortes ter* Heinsius; Par. Beroll. 2. 3. et Laud. *substulit:* Corv. unus Stat. unus Passer. Broukh. 2. Beroll. 1. 2. et ed. pr. maj. *ille;* hinc Passer. exsculpsit *illæ.*—12 *Rettulit* in Beroll. 1. 2. et ed. pr. min. *Retulit* in Beroll. 3. 4. Witt. 1. 2. Broukh. 1. 2. et melioribus: *e trinis* conj. Mur. quod Broukh. Ed. Par. 1723. et H. Voss. receperunt: *omnia* Berol. 3. Witt. 1. 2. Dat. edd. pr. maj. et min. Brix. Rheg. Venet. 2. et Venet. 1487.—13 Laud. et Ald. 2. *reditum:* Exc. Pocc. Colot. et Exc. Vat. Heins. *tamen haud deterrita frustra est,* quod H. Voss. in textum intulit: Berol. 1. *quicquam:* Angll. 1. 2. Beroll. 2. 3. 4. Dat. Corv. Broukh. 2. 3. Laud. Colb. et ed. pr. min. *nusquam;* Broukh. 1. et Venett. *nunquam;* Witt. 1. et Par. *numquam;* Witt. 2. *quicquam,* et pro v. l. *nusquam.*—14 *Quum fleret* Par. cod. Passer. Laud. Exc. Pocc. et edd. pr. maj. et min. quod recepit H. Voss. *Cum* Palatt. Colot. Corv. Brix. Venet. et Rheg. *Quom* Angll. 1. 2. 4. 5. et Venett. 1487. 1491. 1493. *Quin* Aldd. et sex ap. H. Voss. *despiceretque* Reg. Laud. Vat. Ursini, et Angl. 2. *prospiceretque* Angl. 4. *respueretque* Zwic. 1.—15 Witt. 1. *quom;* Guelf. 3. pro v. l. *dedisset.*—17 Beroll. 1. 3. ed. pr. min. *aves dant omina:* Beroll. 2. 4. Par. ed. pr. maj. *aves: dant;* Guelf. 2. *aves dare numina diras,* ex interpolatione; *aut omina* omnes Statt. Palat. 2. Vat. Ursini, et Venet. 2. et sic Scal.—18 H. Voss. *Saturnive sacram me timuisse:* Broukh. inter lineas *ve* particulam

NOTÆ

partem comprehendit, quam et Syriam Græci vocant: etsi forsan multo latiores fuerint fines Syriæ, quam Assyriæ.

11 *Illa sacras pueri sortes*] Tollere sortes, ex mente Scaligeri, nihil est aliud quam futura ex iis quærere; tolli autem sortes solitas fortunæ monitu et operam interponi consuevisse indicat Cic. de Divin. lib. II. his verbis: ' Ex illa olea arcam esse factam, eaque conditas sortes quæ hodie fortunæ monitu tolluntur. Quid igitur in iis potest esse certi, quæ fortunæ monitu, pueri manu miscentur atque ducuntur?' Puer vero e triviis vocatus temere, et ignotus, ne videretur suspectus, sortes ducebat. Cum vero ter tollerentur sortes, certissimum omen putabatur.

17 *Causatus aves*] Causatus est Poëta aves haud addicentes, sed contra profectioni suæ obscævantes; quippe qui inebris, non præpetibus

O! quoties ingressus iter, mihi tristia dixi
  Offensum in porta signa dedisse pedem! 20
Audeat invito ne quis discedere Amore,
  Aut sciat egressum se, prohibente Deo.
Quid tua nunc Isis mihi, Delia? quid mihi prosunt
  Illa tua toties æra repulsa manu?

causatus sum passum in foribus lapsum mihi omina infausta portendisse. Nemo ausit abire amore repugnante, vel noverit se Deo vetante profectum esse. O Delia, quid jam tibi prodest Isis tua? quid jam prosunt mihi æra illa tam sæpe tua manu

notatam reperit in Venet. 2. *Saturni sacram* omnes Beroll. *Saturni sacra me, &c.* reposuit Scal. *aut* exulat quoque e Reg. Guelff. 1. 2. 3. Corv. Par. edd. pr. maj. et min. *timuisse* exhibent aliquot Stat. Exc. Perr. et Cyll. in Comment.—19 Omnes Beroll. Witt. 1. 2. Broukh. 1. 2. 3. Laud. ed. pr. min. et Venet. 2. *quotiens*.—21 Angl. 4. *invicto:* Guelf. 2. Guarn. Angll. 1. 5. Beroll. Par. tres Palatt. Witt. 2. Broukh. 2. 3. Vat. Heinsii, Dat. Colot. et ed. pr. min. *neu quis;* unde Voss. sono syll. *quis dis* offensus, finxit *nemo*, idque in textum invexit: *neuquis* Reg.—22 In Angll. omnibus deerat τὸ *Aut;* Heyn. conj. *Sentiet egressum se prohibente deo;* Doering. malit, *Aut sciet;* unus Palat. *Aut faciat gressum*.—23 Beroll. 1. 3. *ysis;* Berol. 2. *hysis tibi;* Broukh. 1. Guelff. 1. 3. 4. edd. pr. maj. et min. quoque *tibi;* ed. Rom. *sis tibi*. Broukh. 2. 3. Witt. 1. 2. Colb. Laud. Exc. Pocc. omnes Stat. Angll. 2. 3. 4. 5. Colot. Dat. Vat. Heinsii, Vat. Ursini, et Exc. Falc. exhibent *mihi*. —24 Witt. 1. 2. Broukh. 1. 2. 3. omnes Beroll. Brix. Rheg. Venet. 2. et Ve-

NOTÆ

alitibus usus fuerat; quia nempe nec garritu nec volatu saltem suo Poëtæ consilium ratum fecerant aves. 'Causari' autem est excusare causas annectendo: unde 'Causarius' apud Celsum dicitur is, qui sæpius valetudinem causatur, seu in excusationem affert.

18 *Saturni aut sacram me tenuisse diem*] Tradunt Astrologi Saturni stellam maleficam esse, hinc dies ipsi dicatos rebus gerendis minime aptos esse arbitrabantur. Significat vero Tibullus se sacro Saturni die fuisse prohibitum, quominus iter exequi properaret.

20 *Offensum in porta*] Offensionem pedis in limine, omnemque retentionem ominosam censebant antiqui. De hac re pluribus Valer. Max. lib. I. cap. 4. Plut. de Antigono in Vita Demetrii, et Ovid. passim, maxime vero Met. x. de Myrrha: 'Ter pedis offensi signo est revocata,' &c.

23 *Quid tua nunc Isis*] Isis fuit Inachi filia, Io prius dicta, quæ cum a Jove adamaretur, metu intervenientis Junonis, in vaccam fuit transmutata, postea vero, implorato Jovis auxilio, pristinam formam recepit, et ab Ægyptiis mutato nomine Isis dicta est, et numinis loco habita: huic vovebant amatores. Damnat Isin Poëta, quæ cultrici Deliæ neget auxilium.

24 *Æra repulsa manu*] Sistrum intelligit Poëta, quod est instrumentum tinnitum edens, apud Ægyptios in sacris Isidis receptissimum. Inde Sacerdotes Isidis a Juvenale, Martiale, et aliis Sistrati dicti sunt.

Quidve, pie dum sacra colis, pureque lavari 25
Te—memini—et puro secubuisse toro ?
Nunc, Dea, nunc succurre mihi : nam posse mederi
Picta docet templis multa tabella tuis :
Ut mea votivas persolvens Delia voces,
Ante sacras, lino tecta, fores sedeat ; 30

percussa? Aut quid me juvat, quod tu ejus sacra sancte celebras, et te pure ablui, et solam casto cubili requievisse recordatus sum? Jam, o Diva, jam mihi auxiliare. Nam frequentes illæ tabulæ pictæ in fanis tuis arguunt te sanare posse. Ut Delia pendens noctes promissas lino adoperta pervigilet ad sanctam januam; et teneatur

net. 1487. *totiens:* Mur. codd. Colot. Angl. 5. Exc. Perr. Brix. et Venet. 1487. *sistra;* Witt. 1. 2. Broukh. 1. 2. 3. Angl. 3. 4. Reg. et Venet. 2. *æra.* —25. 26 Par. *Quidve pie deumque*, ubi τὸ *pie* a m. s. est; *Quodve* Vat. Ursini; omnes Beroll. *piæ:* Exc. Lips. *deum dum;* Heyn. malit, *deæ dum;* in vulgg. *Quidve pie dum sacra colis? pureque lavari Te memini et, &c.* Reg. pro *colis* habet *facis*, et seq. vs. *succubuisse*, ut est in Berol. 2. et ed. pr. min. Heyn. conj. *pureque lavari Te membra, et puro secubuisse toro;* vel, *Quidve pie tibi sacra coli? pureque lavari Te, &c.* Doering. *Quidve, pie dum sacra colis, pureque lavari Et memini, puro, &c.* Slothouw in Act. Soc. Traj. *memini* in *mane* mutari vult.—27 Nonnulli legunt *Nuncdea*, unica voce: ed. Bas. *mihi jam: posse, &c.* pro *mederi* in Reg. *videri.*—29 *Et* Beroll. 1. 3. 4. Reg. Guelf. 2. Angll. 2. 3. 4. 5. Sfort. Witt. 2. Broukh. 1. 2. Dat. Laud. et Scal. rec. cum aliis; nostram testantur Berol. 4. a m. sec. Witt. 1. Broukh. 3. Colb. et Venet. 2. *persolves* Witt. 2. Broukh. 1. et Berol. 3. *persolvat* Broukh. 2. Witt. 1. Colb. Berol. 4. Corv. Scal. rec. et Colot. *persolvere* Berol. 2. et Broukh. 3. *persolvet* Guelf. 2. a m. pr. Pro *voces* præbent Voss. 1. 2. 4. edd. Scal. Broukh. et Vulp. 1. *noctes;* sed Vulp. in secunda ex ingenio dedit *pœnas*, improbante Heyn.—30 Berol. 2. *sedeant.*—32 *In signis* ed. pr. maj. *desinat* pro

NOTÆ

25 *Pureque lavari*] Morem tangit Tibullus, quo in sacris, aut antequam sacra facerent vivo flumine se lavabant antiqui. Vide Serv. ad Æn. IV.

26 *Puro secubuisse toro*] Huic Deæ sacra faciebant præsertim amicæ, vel pro se vel pro amantibus vota solventes, et in ejus mysteriis novem noctibus integris secubabant.

27 *Nunc, Dea*] Plures voce unica legunt, *Nuncdea;* ita vocari Isidem testatur Propert. lib. II. Eleg. 28. 'Io versa caput, primos mugiverat annos, Nuncdea, quæ Nili flumina vacca bibit.'

28 *Picta tabella*] Deæ Isidi ægrotantes liberati mala valetudine, sicut ii, qui e naufragio evaserant, Neptuno, tabellas ex pariete suspendere consueverant ad voti solutionem; hisque in tabulis votivis depictos naufragiorum causas et pericula, variasque morborum curationes, cernere erat. Ut habent Cic. lib. III. de Nat. Deor. Horat. II. Sat. 1. Brisson. de Formul. lib. I.

30 *Ante sacras, lino*] Lino induebantur Isidis Sacerdotes, quod Osyris invenit, nec solum Sacerdotes, sed et supplices Isidi, quod significat Tibullus. E religione eadem fuit, sedere ante fores, et ante pedes, atque etiam Deorum beneficia narrare Unde Propert. lib. II. 'Ante tuos pedes illa ipsa adoperta sedebit, Narrabitque sedens longa pericla sua.'

Bisque die, resoluta comas, tibi dicere laudes
  Insignis turba debeat in Pharia.
At mihi contingat patrios celebrare penates,
  Reddereque antiquo menstrua thura Lari.
Quam bene Saturno vivebant rege, prius quam 35
  Tellus in longas est patefacta vias!
Nondum cœruleas pinus contemserat undas,
  Effusum ventis præbueratque sinum,

bis in die capillos diffusa tibi laudes canere spectanda in Phario cœtu. Mihi vero eveniat paternos Lares colere, et solvere veteribus Penatibus thura menstrua. Quam belle degebant Saturno Principe, antequam terra aperta est in longa itinera. Neque dum pinus spreverat æquoreos fluctus, et expansos sinus flaminibus commiserat:

debeat Berol. 2.—33 Vat. ap. Stat. *Ac*, et in marg. *Fac;* in ed. pr. min. *Ut:* Angl. 4. a m. pr. *primos*, et sic in Rom. et Venet. 1487.—34 *Reddere et antiquo* Par. *mascula* Corv. Beroll. 2. 3. Broukh. 1. et Dat.—36 *In longas tellus* Berol. 4. *sit* pro *est* in Broukh. 1. et nonnullis aliis, unde Voss. exsculpsit *it*: pro *patefacta* Broukh. aliquando suspicabatur *male secta*.—37 *Nundum* in Par. *Non ceruleas* ed. pr. min. *conscenderat* Guelf. 2. *contexerat* Angl. 2. Berol. 2. Laud. Colot. Broukh. 2. Reg. Ask. Dat. et alii ap. Sant. *conspexerat* in Par. —38 Angll. 2. 3. 4. Hamb. Witt. 1. Laud. et ed. H. Voss. *præbueratve*.—

NOTÆ

31 *Bisque die*] Bis in die Sacerdotes Isidis laudes ipsi dicere solebant; scilicet primo mane cum templum aperirent, et hoc 'Apertio' vocabatur, deinde Deam salutabant, quod 'Salutationem' et 'Excitationem:' toto vero deinde die stipem emendicabant: inde demum redeuntes ad horam octavam Deam componebant, templumque claudebant. Bis igitur in die laudes Deæ dicere est, mane nempe cum salutatur Dea, et hora octava cum templum clauditur. De hac re Apul. lib. II. Fab. Miles. 'Illico Dea matutinis perfectis salutationibus summo studio percunctabar singulos.' Item: 'Rite solenni apertionis celebrato mysterio, ac matutino peracto sacrificio.'

32 *Turba Pharia*] Hoc est, Ægyptia. Pharos enim fuit insula Ægypti parva, Canopico Nili ostio objecta, olim, si fides adhibeatur Homero, a continente unius diei navigatione diremta, nunc vero Alexandriæ ponte conjuncta.

33 *Penates*] Di sunt domestici, qui et Lares dicti sunt, quod domi reique domesticæ Præsides et Custodes sunt habiti apud antiquos. Erant autem Lares seu Penates publici; erant et privati, urbium scilicet et domorum. Vide Plin. lib. XXI.

34 *Menstrua thura*] Nonnulli legunt *mascula*, sed melius longe *menstrua*. Laribus enim seu Penatibus Diis apud veteres sacra fiebant singulis mensibus, scilicet Kalendis, et nascente Luna cujusque mensis. Quod docet Horat. III. Od. 23. 'Cœlo supinas si tuleris manus Nascente Luna, rustica Phidile; Si thure placaris et horna Fruge Lares,' &c.

35 *Saturno rege*] Poëtæ mundi ætates fecere quatuor: auream, argenteam, æream, et ferream. Ætas aurea, Saturno regnante, omnia hominibus ex sententia et copiose sub-

Nec vagus, ignotis repetens compendia terris,
  Presserat externa navita merce ratem. 40
Illo non validus subiit juga tempore taurus;
  Non domito frænos ore momordit equus;
Non domus ulla fores habuit; non fixus in agris,
  Qui regeret certis finibus arva, lapis.
Ipsæ mella dabant quercus, ultroque ferebant 45
  Obvia securis ubera lactis oves.
Non acies, non ira fuit, non bella; nec ensem
  Immiti sævus duxerat arte faber.
Nunc Jove sub domino cædes, nunc vulnera semper;
  Nunc mare; nunc leti mille repente viæ. 50

neque nauta errans oneraverat navem peregrina merce, quærens lucra in regionibus incognitis. Nec eo tempore robusti boves jugum passi sunt; nec equi ore devicto lupos momorderunt: nec ædes ullæ habuerunt januas, nec saxum collocatum in agris, quod dirigeret prædia constitutis limitibus. Ipsæ quercus mel præbebant, et oves tranquillis sponte ingerebant mammas lactis refertas. Neque exercitus fuit, nec furor, nec prælia, nec crudelis opifex inhumana arte gladios extenderat. Jam sub Jove Principe occisiones et plagæ perpetuo sunt; jam pelagus, jam infinitæ mortis

41 Berol. 3. habet *tardus* cum lit. *u* superscr. pro *validus*.—42 *Nec* Colb. *frænos* Broukh. 1. 2. Par. et Venet. 2.—43 Angl. 2. *nec fixus;* Berol. 2. et Palat. 1. *arvis*.—44 Angl. 2. *tegerat*.—45 *Ipse mella dabat* ed. pr. min.: pro *ultroque ferebant*, ed. pr. maj. et Rheg. habent, *nec bella, nec enses*, ex vs. 47.—46 Bentl. ad Lucr. I. 886. pro *securis* legi jussit *pressuris*, aut *sucturis*, improbante Huschk.—47 *Non acies ferrive fuit* vult Heins. *Non animi* Broukh. probante Vulpio; *Non rabies* V. D. in Obss. Misc. Vol. II. p. 240. (et sic Burm. h. l. laud. ad Æn. VIII. 326.) *Non acris tunc ira fuit* alius ibid. *nec bella* Colot. *non ensem* Berol. 3. *enses* Par. ed. pr. maj. et min. Rom. Rheg. et Lips. et sic legit Scal. *ensem* exhibent omnes Stat. Broukh. 1. 2. 3. Witt. 2. et duo Heins. cum Brix.—48 V. D. in Act. Soc. Traj. p. 191. conj. *ære* pro *arte*, improbante Huschk.—49 Colot. aliquot Stat. quatuor ap. Voss. uterque Zwicc. et ed. pr. min. nostram lect. confirmant; omnes Beroll. et Heyn. Par. et ed. pr. maj. cum vulgg. *et vulnera*.—50 *Nunc maris et leti* in Vindob. et uno Broukh. *multa reperta via* Vat. 4. aliquot Voss. et Guelf. 3. pro v. l.

NOTÆ

ministrabat; reliquæ ætates aliæ in alias pejores degeneraverunt. Ætatis autem Saturni laudes eleganter describit noster Poëta.

43 *Non fixus in agris*] Lapides in agris apud veteres figebantur; qui tanquam termini agros dividerent: iique sacri habebantur, magnisque cærimoniis seu sacrificiis collocabantur. In fossis enim quibus imposituri erant Terminos antiqui, sacrificio facto, hostiaque immaculata cæsa, sanguinem instillabant, eoque thura et fruges jactabant, favos quoque et vinum in fossas adjiciebant, consumtisque omnibus dapibus igne, super calentes reliquias lapides collocabant, Et tale sacrificium domini, inter quos fines dirimebantur, faciebant. Erat et interdum stipes. Unde Ovid. Fast.

Parce, pater! timidum non me perjuria terrent,
Non dicta in sanctos impia verba Deos.
Quod si fatales jam nunc explevimus annos,
Fac lapis his scriptus stet super ossa notis:
HIC JACET IMMITI CONSUMTUS MORTE TIBULLUS, 55
MESSALAM TERRA DUM SEQUITURQUE MARI.
Sed me, quod facilis tenero sum semper Amori,
Ipsa Venus campos ducet ad Elysios.
Hic choreæ cantusque vigent; passimque vagantes
Dulce sonant tenui gutture carmen aves. 60

viæ subito extiterunt. Ignosce, o Pater, nulla perjuria, nec nefariæ voces in Cœlites sacros prolatæ me pavidum territant. Quod si jam absolvimus fatalem ætutem; effice, ut saxum erigatur super cineres his literis incisis: Hic situs est Tibullus acerba morte confectus, quando Messalam terra et mari prosequitur. Quoniam vero propensus sum blando amori, Venus ipsa deducet me in Elysias plagas. Ibi et carmina et chori invalescunt, et alites huc illuc errantes resonant exili fauce sua-

nunc leti mille reperta via Commel. et Goth. *leto mille reperta via* Voss. 2. *leto* etiam unus Broukh. et Voss. 5. hinc Broukh. concinnavit, *Nunc mare, nunc leto multa reperta via*, a Voss. receptum; Wund. *leti multa reperta via*, sed in Obss. præfert, *leto mille repente viæ:* plurimi codd. *mille* habent: *repente* in codd. scriptum *repēte*, hinc *reperte*, et *referte*, et *repte*, et *repertæ*. Lachm. ad Propert. p. 96. conj. *cædes et vulnera; apertum Nunc mare, nunc leti mille repente viæ.* Nostram lect. tuentur Angll. 1. 2. 3. 5. Beroll. 1. 3. 4. uterque Zwicc. Venett. Brix. Rheg. Aldd. Scal. Vulp. Heyn. Bauer. et Bach. —51 *Parce, precor* Voss. 4. Berol. 3. et marg. Rheg. ap. Heins. *tumidum* Guelf. 3.—52 *Nec dicta* Witt. 1. et Angll. 2. 3. 4.—54 *At* pro *Fac* ab H. Vossio inventum et in textum illatum: *inscriptus* in nonnullis ap. Mur. Beroll. 1. 4. Goth. a m. pr. et ed. pr. min. quod H. Voss. et Bach receperunt, probante Heyn. qui *is scriptus* etiam conj. *in scriptus* ed. pr. maj. *his scriptis* cod. Liv. *inscriptis* Par. et plerique, et sic edd. omnes ante Broukh. præterquam ed. pr. min. quæ cum Exc. Lips. et Falc. *his scriptus* exhibent: *sit* pro *stet* in Angl. 5.—55 Beroll. 1. 3. *consumtus amore;* in uno Stat. *consumtus marte.*—57 Exc. Lips. Guelf. 3. et Goth. *qui;* et sic Dous. Morell. et Passer. unus Voss. habet *sim;* unde Voss. fluxit, *qui f. t. sim.*—58 Pro *ad* Beroll. 1. 3. 4. et alii habent *in*, quod non improbat Huschk. *ad* præter alios confirmant Exc. Perr. Colb. Witt. 1. unus Stat. unus Broukh. sex Voss. Angll. 2. 3. 4. 5. Berol. 2. Guelf. 1. a m. pr. Guelf. 2. a m. s. et Colot. idque Voss.

NOTÆ

11. 'Termine, sive lapis, sive es defossus in agris Stipes: ab antiquis tu quoque nomen habes.'

54 *Fac lapis his scriptus*] Ut frontibus monumentorum inscribebantur Epitaphia, sic etiam Columellis interdum, sic e Columella et ei imposita sphæra deprehendisse se Archimedis sepulcrum, ait Cic. Tusc. v.

58 *Campos Elysios*] Elysium est Poëtis locus in Inferis, ubi piorum animæ a malis separatæ habitant. De his Ovid. Eleg. de morte Tibulli: 'Si tamen e nobis aliquid, nisi nomen et umbra, Restat, in Elysia valle Tibullus erit.' Sunt et Elysii campi

Fert casiam non culta seges, totosque per agros
  Floret odoratis terra benigna rosis.
Hic juvenum series teneris immixta puellis
  Ludit, et assidue prælia miscet Amor.
Illic est, cuicumque rapax mors venit amanti, 65
  Et gerit insigni myrtea serta coma.
At scelerata jacet sedes in nocte profunda
  Abdita, quam circum flumina nigra sonant.
Tisiphoneque impexa feros pro crinibus angues
  Sævit, et huc illuc impia turba fugit. 70

ves cantus. Terra non arata producit casiam, et per omnes campos liberalis tellus rosis odoriferis vernat. Atque ordo juvenum blandis virginibus insertus lusitat, et amor jugiter serit certamina, ibi versatur ille *cuivis amatori letum avidum accidit, et fert coronas myrteas pulchro capillo. Sed habitatio scelesta sita est in alta caligine abscondita, circa quam amnes atri resonant; et Tisiphone squalida pro capillis habens diros serpentes furit, et scelerata multitudo eo et illo refugit. Deinde ater*

Bauer. Wund. et Bach. receperunt.—61 Santen. ad marg. ed. Broukh. notavit *per annos.*—63 *Ac* Broukh. 1. 2. 3. Beroll. 2. 4. et edd. vett. quas secutus est H. Voss. *Hac* Par. Witt. 1. 2. Angl. 4. et unus Palat. *At* Angl. 5. Beroll. 1. 3. unus Heins. Colb. ed. pr. maj. Rheg. et Venet. 2. probante Heyn. *Hic* Colot. et Corv. *Et juventum* ed. pr. min. *speties* pro *series* Berol. 1. *immixta* vindicavit Huschk. *immista* in nonnullis; Heyn. tentavit *innixa*, et sic uterque Zwicc. et aliquot ap. H. Voss. *imixta* Par. et ed. pr. *immissa* vult Heinsius; *implexa* Fruterii emend. nullo libro confirmatam, idem Voss. recepit.—64 Doct. Jortin, in Obss. Misc. Vol. II. p. 241. pro *assidue* malebat *assiduus*, improbantibus Heyn. et aliis.—67 *Hac* Witt. 1. 2. et Angl. 4. *tacet sedes* conj. V. D. in Probab. Crit. p. 9. *in parte* Reg.—68 Berol. 3. et Dat. *nocte sonant:* et sic Berol. 1. sed in marg. *nigra.*—69 Reg. et Corv. *implexa*, ut conj. Frut. et Pricæus ad Apul. *innexa* Gebh. *ferox* in ed. Rom.

NOTÆ

in Bœotia circa Thebas, de quibus Virgil. 'Quamvis Elysios miretur Græcia campos.'

61 *Fert casiam*] Casia est herba, aut frutex odoris optimi. Unde Virgil. Ecl. II. 'Tum casia, atque aliis intexens suavibus herbis.'

66 *Myrtea serta*] Myrtus arbor est Veneri sacra: ex qua sibi coronas amantes nectere solebant. Hinc Ovid. Arte Am. II. 'Sertaque odorata myrtea ferte coma.' Amantes etiam defunctos in Elysiis in sylva myrtea errare dicit Virgil. Æn. VI. 'Hic quos durus amor crudeli tabe peredit, Secreti celant calles, et myrtea circum Sylva tegit.'

67 *At scelerata sedes*] Hæc est Inferorum regio, in qua torquentur impii, quam Virgil. Æn. VI. describit: 'Sub rupe sinistra Mœnia lata videt, triplici circumdata muro: Quæ rapidus flammis ambit torrentibus amnis Tartareus Phlegethon, &c. Tisiphoneque sedens palla succincta cruenta, Vestibulum insomnis servat noctesque diesque. Hinc exaudiri gemitus,' &c.

Tum niger in porta serpentum Cerberus ore
  Stridet, et æratas excubat ante fores.
Illic Junonem tentare Ixionis ausi
  Versantur celeri noxia membra rota;
Porrectusque novem Tityos per jugera terræ 75
  Assiduas atro viscere pascit aves.
Tantalus est illic, et circum stagna: sed acrem
  Jam jam poturi deserit unda sitim;

anguis in foribus; insuper Cerberus latrat gutture, et pervigilat ad portam æream; ibi impii artus Ixionis aggressi etiam explorare Junonem cita rota volutantur. Et Tityus per novem agri jugera expansus alites continuas alit nigro jecore. Tantalus ibi est etiam circa lacus aquæ: at liquor destituit violentam sitim ipsius *mox bibi-*

et Berol. 4. a m. sec.—71 *Tunc* Par. Angl. 4. Dat. edd. pr. maj. et min. Venet. 2. et Rheg. *Nunc* Brix. et Venet. 1487. 1491. 1493. *Hic* Colot. et unus Stat. *Tunc* vel *Tum* Angl. 2. *in turba* vulg. *in porta* Exc. Perr. Witt. 1. 2. Laud. Broukh. 1. 2. 3. Scal. rec. Dat. Colot. 1. 2. Angll. 3. 4. 5. Venet. 2. Rheg. Brix. Venet. 1487. 1491. 1493. Scaligeri lect. *Tum n. in porta serpens; tum C. ore Stridet* Vulp. Sylv. et Voss. receperunt, probante Barthio, Voss. tamen *ore* in *ora* mutato, quod improbant Huschk. et Bach. *a porta* mavult Goerenz. duce Zwic. 2. in verbis *in porta* epitheton latere suspicabatur Bach; Heins. vero antea conj. *Tum niger intorto serpentum*, vel *serpentes;* et Jacobs. *impuro;* Witt. 1. 2. Broukh. 1. 2. 3. Colb. et omnes Heins. exhibent *serpentum.*—72 *Stridit*, quod recepit Broukh. debetur Statio; id unus Hamb. agnoscit. Totum hoc distichon ab aliena manu venisse suspicabatur Heyn.—73 Par. *temptare Ysionis;* ed. pr. *Isionis.*—74 Colb. *vexantur.*—75 *Projectus* in aliquot codd. teste Burm. ad Propert. II. 8. 34. *Tycios* Par. *Tytios* optt. codd. etiam Angl. 5. et sic H. Voss. Wund. Bach, et Fea ad Hor. II. Sat. 3. 112.—76 Ed. pr. min. sola habet, *sanguine pascit.*—77 Scal. 1. *et circat*, h. e. 'circumit:' Berol. 1. *signa* et in marg. *stagna.*—78 Colb. *potanti.*—79 Laud.

NOTÆ

71 *Tum niger in porta serpentum*] Hydra est illa quam Virgilius etiam in porta collocat: 'Et bellua Lernæ Horrendum stridens.'

73 *Illic Junonem*] Ixion fuit Phlegyæ filius, quem eum Jupiter in Cœlum assumsisset, ut eum a soceri cæde expiaret, ausus est ille Junonem de stupro interpellare; quamobrem indignatus Jupiter ipsum fulmine ad Inferos detrusum volubili rota circumagi jussit.

75 *Porrectusque novem Tityos*] Tityus Jovis et Elaræ filius fuit, qui cum Latonæ pudicitiam tentavisset, ab Apolline ejus filio sagittis confossus et ad Inferos relegatus est, ubi vultures ejus jecur depascunt assidue renascens: tantæ autem magnitudinis gigas fuisse traditur, ut novem jugera jacens occuparet.

77 *Tantalus est illic*] Tantalum Jovis filium hac pœna apud Inferos torqueri fabulantur, ut cum aquas ad mentum usque habeat, et poma capiti ejus imminent, nec edere tamen possit nec bibere. Hæc autem ipsi pœna imposita est, quod cum Jovem ac reliquos Deos hospitio excepisset, Pelopem filium membratim discerptum ipsis devorandum apposuerit, ut ipsorum divinitatem experiretur.

Et Danai proles, Veneris quæ numina læsit,
  In cava Lethæas dolia portat aquas. 80
Illic sit, quicumque meos violavit amores,
  Optavit lentas et mihi militias.
At tu casta, precor, maneas! sanctique pudoris
  Assideat custos sedula semper anus.
Hæc tibi fabellas referat, positaque lucerna 85
  Deducat plena stamina longa colo.
Ac circa gravibus pensis affixa puella
  Paulatim somno fessa remittat opus.
Tunc veniam subito, nec quisquam nuntiet ante:
  Sed videar cœlo missus adesse tibi. 90

turi. Progenies etiam Danai, quod Veneris potestatem violavit, inserunt Lethæas undas in dolia pertusa. Ibi versetur quicumque delicias meas offendit, et mihi longam militiam cupit. Tu vero quæso ut *pudica perseveres, et vetula perpetuo adsistat tutrix diligens sacræ verecundiæ: ipsa narret tibi fabulas, et adhibita lampade trahat plena colu pensa grandia. Et famula circum operoso stamini intenta laborem relaxet sopore defatigata. Tum repente accedam, nec ullus prius indicet;*

Guelf. 3. et Angl. 2. *quia;* cod. Lips. Broukh. 1. 2. Witt. 1. Angl. 1. Par. et edd. pr. maj. min. Aldd. Mur. Basil. Scal. et Gebh. cum vulgg. *quod;* sed *quæ* exhibent Witt. 2. Broukh. 3. Exc. Pocc. omnes Stat. Colot. 1. 2. Reg. Corv. edd. Vicent. Rom. Rheg. Venet. 2. Venett. 1487. 1491. 1493. Lips. Dous. Broukh. et Heyn. *lumina* Berol. 4. *munera* Reg.—80 Par. et edd. pr. maj. et min. *letheas.*—81 Berol. *est,* sed superscr. *sit:* Vulp. et Voss. præferendum existimabant *violarit,* et versu scq. *Optarit;* ubi pro *militias* Berol. 1. habet *malitias,* lit. *i* superscr. Heins. conj. *delitias,* sc. amatorias.—86 Guelf. 2. *Deducat,* vel *Deducas:* Par. et unus Broukh. *pleno;* Witt. 1. 2. Broukh. 1. 2. et omnes Heins. *plena.*—87 *At* cod. Lips. Colb. Reg. cum edd. Rheg. Brix. et Venet. 2. *Ac* Witt. 1. 2. Broukh. 1. 2. 3. Angll. 3. 4. Scal. rec. et Venet. 1487. *Ac circum* Exc. Lips. *At circta* Par. 'Majuscula *C* scribendum *Circa:* est nomen puellæ Κίρκη. Horatium semper 'Circam,' non 'Circem' dixisse testantur Caper Gramm. Sed cod. noster habet *Cura,* non *Circa.* Ne ita quidem propterea non erit nomen proprium. Κούρα enim est puella.' *Scal.*—88 Berol. 2. *somnos:* pro *remittat,* cod. Lips. *remutat:* Scal. e cod. suo malebat *onus* pro *opus,* sed lect. nostram confirmant Par. Witt. 1. 2. Broukh. 1. 2. 3. Beroll. Angll. alii, cum omnibus edd. vett.—89 Berol. 2.

NOTÆ

79 *Et Danai proles*] Danaus Ægypti frater quinquaginta filias habuit, quæ omnes una nocte maritos suos interfecerunt, præter unam Hypermnestram, quæ Lyncæum conjugem suum servavit. Hinc apud Inferos supplicii loco dolium pertusum aqua implere coguntur, e quo tantundem effluat, quantum infundatur.

89 *Nec quisquam nuntiet ante*] Solebant Romani servos seu viatores præmittere, ut adventum suum nuntiarent. Tibullus contra consuetudinem Romanorum subito vult venire, quod repentino adventu suo majus puellæ gaudium objectum iri putet.

90 *Cœlo missus*] Quos inopinato

Tunc mihi, qualis eris, longos turbata capillos,
Obvia nudato, Delia, curre pede.
Hoc precor, hunc illum nobis Aurora nitentem
Luciferum roseis candida portet equis!

at tibi videar ex æthere delatus. Tum mihi, o Delia, occurre nudis pedibus cujusmodi eris prolixos crines confusa: id peto, Aurora nitida afferat nobis splendidum hunc Luciferum roseis equis.

Nunc; Berol. 1. *Tum;* in Angl. 5. Florent. Statianis, cum edd. Broukh. Cant. et Lips. *ne;* in aliis, etiam Heynianis, *nec:* Berol. 4. *nec quicquam;* Vind. *nec quis mihi;* Burm. ad Ovid. Trist. III. 3. 23. conj. *nec quis me nuntiet.*—91 Par. *Nunc mihi.*—93 *Hunc precor hunc* ex Exc. Perr. Voss. 3. et uno Broukh. volentibus Stat. et Gebh. cum Broukh. revocavit Bach, cujus vestigia in varr. *Nunc, Tunc,* apparent; *Hoc precor, hoc! Illum* Voss. probante Huschk. cui tamen magis arridet Vulg. quam exhibent Par. et edd. pr. *utinam* pro *illum* in Voss. 3. sed vulg. defendebat Richterus in Specim. Obss. Crit. ex Æn. VII. 255. 272. pro *nitentem* Berol. 2. *rubentem;* et sic in Stat. et Gebh.

NOTÆ

videmus, 'e Cœlo' dicimus 'missos;' unde Cicero de Arusp. Respons. 'Ut Deus aliquis elapsus e Cœlo:' et Justin. lib. v. 'Hunc quasi de Cœlo missum, ut et ipsam victoriam intuentur.'

ELEGIA IV.

Sic umbrosa tibi contingant tecta, Priape,
Ne capiti soles, ne noceantque nives:

O *Priape, ita tibi eveniant opaca umbracula, ne æstus vertici, et nix officiat;*

Hæc in ed. pr. maj. præfixa sunt verba: *Ad Priapum de amoribus puerorum.* —1 *Hic* Guarn. cum edd. Basil. 1569. et Gebh. 1621.—2 *Nec capiti* cod. Lips.

NOTÆ

1 *Sic*] Hac particula optantes apprecantesque bonum utuntur Poëtæ. Ita Horat. I. Od. 3. 'Sic te Diva potens Cypri, Sic fratres Helenæ lucida sidera, Ventorumque regat pater,' &c. Ovid. Amor. lib. II. 'Annue: sic tibi sint intonsi, Phœbe, capilli, Sic tua perpetuo sit tibi casta soror.'

Priape] De Priapo Deo, hortorum præside et custode, jam sæpius, et pluribus. Orpheus Bacchum, Solem, et Priapum eundem facere videtur.

Quæ tua formosos cepit solertia? certe
  Non tibi barba nitet, non tibi culta coma est;
Nudus et hybernæ producis frigora brumæ, 5
  Nudus et æstivi tempora sicca Canis.
Sic ego. Tum Bacchi respondet rustica proles,
  Armatus curva, sic mihi, falce Deus:
O fuge te teneræ puerorum credere turbæ:
  Nam causam justi semper amoris habent. 10
Hic placet, angustis quod equum compescit habenis,
  Hic placidam niveo pectore pellit aquam.

quænam tua industria bellos delinivit? Neque sane tibi barba culta est, nec pexus capillus. Tu etiam nudus protrahis algorem hyemis, nudus quoque aridam tempestatem æstivæ caniculæ: ita ego; deinde Bacchi progenies agrestis Deus curva falce armatus ita mihi refert: Cave committere te molli puerorum cœtui; habent enim perpetuo legitimam amoris causam. Hic jucundus est, quod equum arctis frænis coërcet; ille tranquillas aquas agit pulchro pectore: alius allexit, quoniam

et Zwic. 1. cum ed. Lips. ut conj. Heins.—3 *Quæ tua formosa cœpit* ed. pr. maj. *formosa* etiam exhibent Rheg. Vicent. et Venet. 2.—4 Beroll. 1. 2. Witt. 2. et Dat. *nec tibi culta;* verbum *est* ejecit Stat. Cod. Lips. habet, *nitent, non t. c. coma.*—5 Berol. 3. Reg. Exc. Pen. Palat. Commel. et Ask. cum ed. Rom. Brix. Venet. 1489. et aliis *tempora.*—6 Propter παρήχησιν syll. *ca Ca* et tenuitatem epith. H. Voss. de conjectura *sæva* recepit.—7 'In quibusdam vett. *Sic ego; sic Bacchi, &c.* ab iis autem abest Pentameter qui sequitur.' *Mur.* Hinc H. Voss. distichon ita concinnavit, *Sic ego. Sic B. r. r. p. A. c. falce minante Deus:* Beroll. 1. 3. Witt. 2. Angl. 2. et Dat. *tunc;* cod. Lips. Commel. Broukh. 1. duo Palatt. Rom. et Venett. 1491. 1493. *cum;* Exc. Perr. et Colot. *quom:* cod. Lips. Zwicc. Beroll. 1. 3. 4. Guelf. 2. Witt. 1. 2. Colb. unus Broukh. ed. pr. min. Venet. 2. Vicent. Rheg. et Ald. 2. *respondit;* Broukh. 1. 2. Palatt. Brix. et Venet. 1487. *respondet:* Reg. Corv. Angll. 3. 4. et Broukh. 1. *pubes.* Mox *curvas sit* in ed. pr. maj. *sit* etiam habent Beroll. Angl. 3. aliique, cum edd. pr. min. Vicent. Rheg. Ald. 1. et Scal. 1. sed in Scal. 2. *sic.*—9 *Heu fuge* Colb. *Offuge* Witt. 1. ed. pr. maj. Venet. 2. et Rheg. *O fugæ* ed. pr. min. *Ne fuge* notavit Perr. *tradere* Guelf. 1. 4. Exc. Perr. Colot. Brix. et Venet. 1487. *tendere* cod. Lips. Hunc et quinque seqq. vs. post septuagesimum quartum inseruit Scal. in eorumque locum substituit vs. 39. 40.—11 Reg. *armatis;* unde Heyn. *artatis,* vel, *arctatis:* Voss. 3. et Goth. pro *quod* habent *qui,* i. e. quia: Berol. 2. et Broukh. 2. *compescat.*—12 *Hic placet ut* Colot. *Hic placet a* Berol. 4. *Hic facilem* ex ingenio dedit H. Voss. improbante Frenz. *Hic niveo placidam* conj. Huschk. *muto* in Berol. 1. et a

NOTÆ

7 *Bacchi proles*] Priapum Liberi patris et Veneris filium fuisse tradunt, quem superstitiosa antiquitas hortorum præsidem credidit. Hunc alii Chiones Nymphæ et Bacchi filium faciunt; at Luciano constat eum non esse Bacchi filium.

8 *Armatus curva falce*] Hic Pentameter in multis deest antiquis codicibus. Armatus autem falce dicitur Priapus, quia de numero est Deorum Agricolarum, et ut præterea aves et fures territet.

Hic, quia fortis adest audacia, cepit; at illi
  Virgineus teneras stat pudor ante genas.
Sed te ne capiant, primo si forte negarit, 15
  Tædia; paulatim sub juga colla dabit.
Longa dies homini docuit parere leones,
  Longa dies molli saxa peredit aqua.
Annus in apricis maturat collibus uvas:
  Annus agit certa lucida signa vice. 20
Nec jurare time: Veneris perjuria venti
  Irrita per terras et freta summa ferunt.
Gratia magna Jovi; vetuit pater ipse valere,
  Jurasset cupide quicquid ineptus amor.
Perque suas impune sinet Dictynna sagittas 25
  Affirmes, crines perque Minerva suos.

viget illi strenua alacritas; alii vero in blando vultu sedet modesta verecundia. At ne te fastidia afficiant, si casu initio renuet; sensim sub jugum cervicem tradet. Diuturnum tempus erudivit leones homini obtemperare; diuturnum tempus consumit lapides levi aqua: annus coquit racemos in clivis apertis; annus movet ratis conversionibus signa fulgentia. Nec tu jurare metue. Flamina per humum et summa æquora rapiunt vana Veneris perjuria. Grates ingentes sint *Jovi: pater ipse ratum esse prohibuit quidvis amor stolidus studiose jurasset; et Dictynna impune patitur, ut asseveres per sagittas suas, et Minerva per suas comas. Ah falleris,*

marg. *niveo.*—13 *Huic* pro vulg. *Hic* e Guelf. 1. 4. Exc. Vat. Heins. Vat. Ursini, Commel. ed. Rom. Venett. 1487. 1491. 1493. 1500. receperunt Voss. Wund. et Bach. *Huic quia fortis adest audacia, cepit* conj. Heyn. *Hunc* Vindob. et Corv. cum edd. Vicent. Venet. 2. Rheg. et Lips. *cæpit* ed. pr. min.—14 Ed. pr. maj. Venet. 2. Vicent. Rheg. ut et uterque Zwicc. *stet.*—15 Par. Beroll. omnes, alii, cum ed. pr. min. *ne te;* sed abesse *te* ab ed. pr. min. scripsit Huschk. 'Falso nuntiant H. Voss. et Wund. in Ask. *te ne....negarit* legi.' *Bach.* idem narrat Huschk. *te ne* exhibent Thuan. Sfort. Colb. Hamb. et tres ap. H. Voss. *cupiant* Broukh. 1. *negarit* conj. Heins. quod dant Voss. 1. 2. et Guarn. *negabit* Par. cum edd. vett. *negavit* cod. Lips. *recuset* Hamb.—21 *Ne* Broukh. 1.—22 Ducibus Angl. 3. duobus Voss. et Bern. a m. sec. cum Broukh. Voss. et Wund. *longa* reposuit Bach, improbante Huschk. *et loca summa* Guelf. 2.—23 *Jovis* Angll. 3. 4. Heins. conj. *pater ille*, quod Broukh. et H. Voss. addic. Voss. 2. dederunt.—24 *Jurasse* ed. pr. min. *cupide* Guelf. 2.

NOTÆ

20 *Annus agit*] Sol, ut volunt Astrologi, per duodecim signa Zodiaci excurrens annum conficit, dicitur-que annus agere signa, quia singulis anni mensibus unum signum aliquod e duodecim Sol percurrit, certo dierum spatio. Contra vero Virgil. Georg. I. 'Vos, o clarissima mundi Lumina, labentem cœlo quæ ducitis annum:' et Manil. lib. I. 'Attribuitque suas formas, sua nomina signis; Quasque vices agerent certa sub lege notavit.'

21 *Veneris perjuria venti*] Sic Ovid. ac ceteri Poëtæ: 'Jupiter ex alto perjuria ridet amantum.' Contra tamen Propert. lib. II. Eleg. 16. 'Non semper placidus perjuros ridet amantes Jupiter.'

25 *Dictynna sagittas*] Diana hoc

At si tardus eris, errabis: transiit ætas
  Quam cito! non segnis stat remeatque dies.
Quam cito purpureos deperdit terra colores!
  Quam cito formosas populus alba comas! 30
Quam jacet, infirmæ venere ubi fata senectæ,
  Qui prior Eleo est carcere missus equus!

si lentus eris: ætas effluet quam celeriter! lux non tarda it et redit: quam celeriter humus amittit colores purpureos! quam celeriter populus amittit pulchras antea comas! quam segnis est equus, cum advenit fors senectutis debilis, qui primus e

Heynium conj. suæ *inultus*, quanquam Sant. prob. pœnitnit: *ineptus amans* Guy.—25 Colb. Voss. 1. 5. Mon. Ask. cum edd. Vulp. 2. Heyn. 1. 2. Voss. Bauer. Bach, et Wund. *sinet*: quod primus reposuit Broukh. *sinit* cod. Lips. et edd. vett. '*licet* Stat. et Grangæus ad Juv. XIII. 80. qui et *affirmet* legit.' *Sant.* Colb. et Stat. exhibent *Diana;* Witt. 1. 2. Broukh. 1. 2. 3. et ed. pr. maj. *Dictina.*—26 Pro *crines* Sant. conj. *clipeos*, et Mitsch. *cristas.*—27 *Ah si.... transiet* ed. Scal. *transiit* Scal. rec. Broukh. 1. 2. Voss. 1. 2. 4. 5. et Bern. *transiet* in Par. et ceteris quod servat Vulp. 2. *transit et ætas* Palat. 1.—28 Ed. pr. min. *non senis;* Berol. 1. *quam segnis stat remeatque;* Colot. et Corv. *it remeatque*, ut Scal. edidit; quod si sequi malis, inquit Heyn. antiqua etiam interpunctio servanda erit, *transiit ætas. Quam cito non segnis it remeatque dies!* Angl. 4. *remanetque;* Voss. 4. *remeatve:* Heinsio debetur *remanetve.*—29 Unus Voss. *disperdit*, improbante Huschk. *dependit* ed. pr. min.—30 Cod. Lips. Reg. Corv. Par. Broukh. 1. 2. 3. Witt. 1. Colb. Beroll. 1. 2. uterque Zwicc. plerique ap. H. Voss. cum edd. pr. maj. et min. Rheg. Venet. 2. Aldd. Vulp. Cant. aliis *alta;* Broukh. primus dedit *alba*, quod servant Guelf. 1. Palatt. Exc. Perr. Exc. Vat. Heins. Dat. Brix. a marg. et Venett. 1491. 1493. 'est fortasse etiam in Rom.' *Huschk.* Witt. 2. habet *ante comas*, quod assumsit Scal. e suo cod. *antecomas*, per ὑφὲν, legens, et eum Passer. interpr. τὰς πρὶν κόμας, i. e. 'hornotinas comas.'—32 In *prior* omnes fere codd. et edd.

NOTÆ

cognomen traxisse dicitur a Dictynna quadam Jovis filia quæ in Creta casses venatorios invenit, et Dianæ consuetudine familiarissime usa est. Vel, ut alii volunt, a retibus venatoriis, quæ Græce δίκτυα dicuntur; vel a Dictynna Cretæ civitate.

27 *Transiet ætas*] Pro 'transibit,' sicut dicitur interdum 'exiet' pro 'exibit.'

28 *Stat remeatque dies*] Innuit ætatem nostram tam cito fluere, quam fluit dies, qui nunc stat, hoc est stare et conquiescere videtur. Idem fere Tibull. infra Eleg. 8. 'At tu, dum primi floret tibi temporis ætas, Utere; non tardo labitur illa pede.'

32 *Qui prior Eleo est carcere*] Celebratissima olim fuerunt in Græcia quatuor hæc certamina, Olympia, Pythia, Isthmia, et Nemæa: Olympia, de quibus hic sermo est, juxta Olympiam Elidis civitatem, quinto quoque anno, in honorem Olympii Jovis celebrabantur; quibus qui vicisset, corona ex oleastro donabatur. Elis porro fuit etiam civitas non procul ab Olympia, quæ Elidi regioni nomen dedit.

Vidi ego jam juvenem, premeret cum serior ætas,
  Mœrentem stultos præteriisse dies.
Crudeles Divi! serpens novus exuit annos; 35
  Formæ non ullam fata dedere moram.
Solis æterna est Phœbo Bacchoque juventas:
  Nam decet intonsus crinis utrumque Deum.

carceribus Eleis eductus est! Ego novi tunc juvenem, ubi tardiores anni urgerent, dolentem elapsos esse dies imprudentes. O Di immites! novus anguis deponit ætatem, fata vero *nullam cunctationem pulchritudini tribuerunt. Perpetua juventus est solis Apollini et Baccho; coma enim incædua et longa convenit ambobus Dis.*

consentiunt, quod defendit Huschk. Broukh. rogat, 'quomodo hic *prior* dici possit, qui cum aliis aliquot centenis curreret? cum *prior* non nisi de duobus dicatur:' hinc ille *prius* dedit, suffrag. Handio et Wund. et hoc servant Voss. 1. et 3. Heins. conj. *Victor ab Eleo;* sed Heyn. malit, *Firmior,* vel *Acrior,* vel *Acer ab Eleo carcere, &c.* Idem dubitavit an omnino versiculus hic Tibulli sit, nec potius, cum in libris excidisset, ex illo Ovid. Epist. XIII. 166. suppletus est, '*Ut celer Eleo carcere missus equus.*' *est* cum Angl. 2. Voss. 2. et Mon. delevit H. Voss. volentibus Wund. et Heynio; retinuerunt Huschk. et Bach.—33 *Vidi jam* sine pronomine *ego* in cod. Lips. omnibus Beroll. Par. Heynianis et ed. pr. min. cum aliis vett. et sic Scal. *Vidi ego jam* Angl. 1. Witt. 2. et Exc. Perr. *premeret quem* Corv. probante Heyn. *quom* Witt. 1. *senior* in Par. duobus Palatt. et Berol. 3. sed hic a marg. '*segnior,* aut *serior;*' Angl. 3. habet etiam *segnior.*—34 Ed. pr. min. *Morientem:* Exc. Pocc. *celeres* pro *stultos;* Exc. Perr. edd. Rom. et Venett. 1487. 1491. 1493. *tardos;* sed Cyllenius ipse *stultos,* quod etiam Venet. 1500. habet; Passer. *tacitos:* Wakef. totum distichon sic corrupit, ut ait Huschk. *Vidi ego jam juveni, p. c. serior ætas M. stultos, &c.* Monuit Heyn. 'ne quis emendat *stulto.*'—35 H. Voss. e suo vetustissimo, Sfort. et uno Palat. cum Broukh. dedit *exulat.*—36 Cod. Lips. Par. Guelf. 1. 4. Colot. Broukh. 1. 2. 3. Palatt. Dat. edd. pr. maj. min. Rheg. Brix. Venet. 2. Venet. 1487. et Stat. *illam;* sed major pars codd. acced. Berol. 4. Witt. 1. 2. Reg. Zwic. 2. et Zwic. 1. a m. pr. cum edd. Aldd. Venett. 1500. 1520. Mur. Scal. Passer. Broukh. Vulp. Lips. Voss. Bauer. et Wund. *ullam.*—37 Ed. pr. maj. *æterno;* Vicent. *æterno est hoc chopheboque juventas:* Rheg. *Solis est æterno baccho phœboque juventa:* etiam cod. Lips. Par. Angll. 1. 5. Guarn. uterque Zwicc. Goth. Broukh. 1. 2. cum edd. pr. maj. min. Venett. 1. 2. Scal. et H. Voss. habent *Baccho Phœboque;* sed receptam structuram servant Venett. 1487. 1491. 1493. Aldd. aliæ: in Beroll. 2. 3. Par. Guelf. 1. 4. Broukh. 2. edd. pr. maj. min. Brix. Venet. 2. et Venet. 1487. *juventa;* Berol. 4. Corv. Laud. Broukh. 3. et Angll. 2. 3. 4. 5. *juventus;* Broukh. 1. Vicent. Gryph. et Plaut. *juventas.*—38 Lenz. in Annal. Heidelb. II. *(Nam decet) intonsus crinis utrique deo* ex Apoll. R. II. 708. Heins. *Et decet:* Broukhusii *Tam* H. Voss. in *Quam* mutavit, præeunte

NOTÆ

34 *Stultos dies*] Alii legunt, *celebres.* Stulti vero dies dicuntur dies adolescentiæ et juventutis. Temeritas enim et stultitia est florentis ætatis.

35 *Serpens novus*] Deposita pelle serpentes dicuntur in juventutem redire. Herba quædam est dicta 'Maratos,' quam cum comederint senium deponunt ætatis; adeo ut, deposita vetere tunica, novi et quasi juvenes fiant. Unde Ovid. Art. Am. lib. III.

Tu, puero quodcumque tuo tentare libebit,
  Cedas : obsequio plurima vincit amor. 40
Neu comes ire neges, quamvis via longa paretur,
  Et Canis arenti torreat arva siti.
Quamvis, prætexens picea ferrugine cœlum,
  Venturam admittat imbrifer arcus aquam.
Vel si cœruleas puppi volet ire per undas, 45
  Ipse levem remo per freta pelle ratem.
Nec te pœniteat duros subiisse labores,
  Aut operę insuetas atteruisse manus ;

Tu permittas puero tuo quicquid explorare voluerit : amor multa assequitur facilitate. Nec recuses proficisci comes, licet longinquum iter suscipiatur, et canicula exurat agros arida siccitate. Tametsi arcus pluvius operiens cœlum ærugine versicolore inducat impendentem aquam. Aut si proficisci cupiet navi per fluctus æquoreos, tu ipse remis age citam navem per undas ; nec pigeat te opera aspera tolerasse,

Schrad. alii *Hinc*, vel *En :* Par. *intonsum.*—39 Par. *temtare:* Colb. Berol. 2. Angll. 1. 2. 3. 5. ed. pr. min. Brix. et Venet. 1487. *licebit.* Hunc et seq. v. retraxerunt Scal. et Broukh. supra ante v. nonum. ‘ At h. l. vix iis carere possumus, et *Neu c.* manifeste orationem continuat.’ *Heyn.*—40 *Credas* cod. Lips. Par. Guelf. 2. Angl. 2. Witt. 2. Beroll. 2. 4. ed. pr. min. et Ald. 1. *vincet* Par. et Guelf. 2.—42 Hamb. *æstiva torreat :* Scal. cod. et Witt. 2. *torqueat.*—43 Colot. Exc. Vat. Heins. Vat. Ursini, Dat. Corv. Vindob. Bern. Berol. 3. et uterque Zwicc. *picea;* Par. Beroll. 1. 4. ceteri, *picta*, nisi quod unus Bronkh. et Berol. 2. exhibent *nigra*, glossa ad *picea* pertinens.—44 Angl. 5. omnes Beroll. novem ap. H. Voss. Zwic. 1. et ed. pr. maj. *admittat ;* Witt. 1. unus Stat. unus Palat. et Angl. 1. *annuntiet ;* ed. pr. min. *annuntiat ;* Angl. 2. *annunciet ;* Witt. 2. unus Stat. alter Palat. Par. et Berol. 1. *amiciat ;* cod. Lips. *amiciat umbrifer ;* Guelf. 1. in litura habet *annutet ;* Guelf. 2. *annutiat*, cum illo in marg. Angll. 3. 4. *ammittat ;* alii *emittat :* Bach. conj. *Venturam immittat ;* Stat. malebat *alliciat :* quidam codd. *nubifer ;* ed. Basil. *hymbrifer Arcas;* etiam Vicent. Rheg. et Venett. *hymbrifer ;* Heinsii conj. *nimbifer*, Guelf. 2. a marg. firmatam, probante Heynio, cum Voss. et Wund. reposuit Bach.—45 Cod. Zwic. 2. et ed. Vicent. *ceruleas pupi velit.*—47 Bronkh. 1. *duro subiisse labori ;* quod Mur. primus in contextum intulit, et postea expresserunt Plant. 1569. Gryph. 1573. Dous. et Græv. adeo ut sic vulgo legi affirmet Gebh. in uno Vat. *obiisse :* nostram lect. servant Witt. 1. 2. Broukh. 2. 3. Palat. 1. omnes Angll. et Beroll. Venet. 2. Brix. Rheg. Venet. 1487. 1491. 1493. et Aldd.—48 Maxima pars codd. Palat. 1. Berol. 1. uter-

NOTÆ

‘ Anguibus exuitur tenui cum pelle senectus :’ et Virgil. Georg. III. ‘Cum positis novus exuviis, nitidusque juventa Volvetur.’

40 *Obsequio*] Obsequendo plerumque studiis alterius, amor quod voluit assequitur. Unde Propert. lib. I. Eleg. 1. ‘ Milanion nullos fugiendo, Tulle, labores, Sævitiam duræ contudit Iasidos :’ et post, ‘ Ergo velocem potuit domuisse puellam ; Tantum in amore preces et benefacta valent.’

44 *Venturam aquam*] Non semper decidit aqua ex arcus cœlestis apparitione, sed aliquando etiam, ut ob-

Nec, velit insidiis altas si claudere valles,
  Dum placeas, humeri retia ferre negent. 50
Si volet arma, levi tentabis ludere dextra;
  Sæpe dabis nudum, vincat ut ille, latus.
Tunc tibi mitis erit; rapias tum cara licebit
  Oscula; pugnabit, sed tamen apta dabit.
Rapta dabit primo, mox offeret ipse roganti, 55
  Post etiam collo se implicuisse volet.

vel deterere manus insolentes laboris. Nec humeri recusent plagas gestare, modo ipsi *arrideas, si cupiat cingere indagine profundas valles. Si cupiet arma, tu experieris habili dextra ludere; crebro præbebis ipsi apertum latus, ut ille superet: tunc tibi erit lenis, tunc concedetur ut arripias jucunda basia; renitetur quidem, verumtamen præbebit convenientia. Principio ablata præbebit, deinde ipse offeret tibi cupienti; postea cupiet etiam sese innexuisse cervici. Heu præsens ætas jam*

que Zwicc. Goth. et Guelf. 3. (sed superscr. *i*,) *opere;* et sic Vicent. Brouk. Vulp. ed. Par. 1723. Voss. Wund. et Bach. *opera* Par. Guelf. 2. Broukh. 1. 2. 3. unus Palat. duo Stat. Angll. 1. 5. et ed. pr. min. *operi* duo tantum codd. Reg. et Guelf. 1. cum edd. pr. maj. et fere omnibus antiq. Rom. Rheg. Venett. 1487. 1491. 1493. 1500. 1520. Aldd. aliis: *attenuasse* Exc. Perr. Scal. rec. Brix. et Venett. 1487. 1491. *attenuisse* cod. Lips. et ed. Rom. *atteruisse* omnes Stat. Broukh. 1. 3. Exc. Pocc. Laud. Livin. Venet. 2. Rheg. Vicent. et Ald. 2. *aterruisse* Broukh. 2. *ateruisse* Beroll. 2. *attrivisse* Angl. 1.—49 Heyn. conj. *altos si claudere colles*, improbante Huschk. *attingere* in Berol. 2. sed a marg. *si claudere.*—50 Corv. Guelf. 1. 4. et Guelf. 3. a m. pr. cum Rom. Venett. et aliis, *humeris r. f. neges*, improbantibus Heyn. et Huschk. *nega* exhibet Berol. 2. a marg.—51 Berol. 3. *destra.*—52 Berol. 2. Witt. 1. Laud. Angll. 2. 3. 4. et Broukh. 2. *ipse.*—53 *Tunc mihi* cod. Lips. et Beroll. 1. 3. et a marg. Berol. 3. *tibi;* Par. ed. pr. maj. Venet. 1. 2. Vicent. Rheg. Venet. 1487. Aldd. Mur. et Scal. etiam exhibent *Tunc;* Berol. 2. et ed. pr. min. *Tum tibi:* cod. Reg. cum edd. Brix. Rom. et Venett. 1487. 1491. *capias;* unde Huschk. conj. *capias tum rara licebit;* Heins. etiam pro *cara* emend. *rara:* cod. Lips. exhibet *cum cara;* Berol. 4. uterque Zwicc. Venet. 2. Vicent. et Rheg. *tunc cara*, quod recepit Wund. *tum cara* firmant Beroll. 1. 2. 3. alii, cum ed. pr. min. Aldd. Mur. et Scal.—54 Santen. tentavit, *sed male rapta dabit:* Idem ad marg. ed. Broukh. proposuit, *tibi rapta.*—55 *Rapta ferit* Zwic. 2., et a m. sec. *feret;* Vicent. *Rapta feret primo post;* cod. Lips. Broukh. 1. 2. 3. omnes Beroll. Reg. Par. Guelf. 2. 3. edd. pr. maj. min. Rom. Venet. 2. Rheg. Venett. 1491. 1493. et Aldd. etiam habent *post;* Witt. 1. 2. Laud. Colot. Angll. 4. 5. Scal. rec. omnes Stat. et Guelf. 3. pro v. l. *mox;* cod. Lips. sex Palatt. omnes Angll. et Beroll. Guelf. 2. Witt. 1. 2. Broukh. 1. 2. 3. Laud. Par. edd. pr. maj. min. Rheg. Venett. 1. 2. Vicent. Scal. et Broukh. *afferet;* quod retinuit Bach; *adferat* omnes Stat. *offeret* cod. Scal. cum edd. Venett. 1487. 1491. 1493. Rom. et Aldd. *offert* Commel. *auferet* Scheffer. *ille* Beroll.

NOTÆ

servat Seneca, serenum indicat: at sæpius aquam portendit. Unde Propert. lib. III. Eleg. 5. 'Cœruleus pluvias cur bibit arcus aquas?'

49 *Claudere valles*] Hoc est, 'indagine valles cingere,' ad capiendas feras.

54 *Oscula*] Puellæ licet repugnent,

Heu, male nunc artes miseras hæc sæcula tractant,
  Jam tener assuevit munera velle puer.
At tibi, qui Venerem docuisti vendere primus,
  Quisquis es, infelix urgeat ossa lapis. 60
Pieridas, pueri, doctos et amate poëtas,
  Aurea nec superent munera Pieridas.
Carmine purpurea est Nisi coma; carmina ni sint,
  Ex humero Pelopis non nituisset ebur.

nequiter exercet has artes infelices! Nunc assuefactus est mollis puer mercedem expetere: quicumque es, qui primus instituisti Venerem venumdare, nunc miserum saxum premat cineres tuos. O pueri, diligite Pieridas et eruditos Vates: nec dona aurea vincant Pieridas. Capillus purpureus Nisi versibus celebratus est: nisi sint

1. 2. Reg. et Angl. 4. *illa* Angl. 5. *ipsa* ed. pr. maj. Venet. 2. Rheg. Stat. et Lips. *volenti* Beroll. 1. 2. Witt. 1. Guelff. 1. 4. ed. pr. maj. Rom. Venet. 2. Venett. 1491. 1493. Aldd. Mur. et Scal. sed *roganti* habent cod. Lips. et Scal. multi ap. Stat. Broukh. 1. 2. 3. Palatt. Colb. Witt. 2. Angll. 1. 5. Par. alii, cum ed. pr. min. et Vicent.—56 E cod. Lips. pluribus Stat. Par. Corv. Guarn. Angl. 1. aliquot ap. H. Voss. Hamb. et Goth. *velit* revocarunt Voss. et Bach.—57 *Heu male!* Goerenz. *miseras artes* Broukh. 1. *artes missas h. s. damnant* Dat. *damnant* habent etiam Ask. et Beroll. 1. 3. sed *tractant* in marg. Berol. 1.—58 *Nam* Angl. 2. *habere* pro *velle* unus Broukh.—59 *Jam tu* cod. Lips. Par. Beroll. 1. 2. Witt. 2. Colb. Broukh. 2. 3. Guelf. 1. 2. edd. pr. maj. min. Rheg. Venett. 1491. 1493. Aldd. et Mur. *Jam tua* Berol. 3. Reg. Broukh. 1. Palatt. Colot. Dat. Vicent. marg. Rheg. ap. Heins. et Vicent. *Jam tibi* Corv. et Goth. *At tu* Witt. 1. et Stat. *At tua* conj. Frut. *At tibi* restituit Broukh. ex Vatt. Heinsii, et Stat. Exc. Pocc. et Perr. et sic conj. Dous. F. probante Husclk. *primis* in ed. Rom.—60 *Quisquis est* Berol. 3.—61 *Pierides* Berol. 4. edd. pr. maj. et min. Rom. et Lips. hic et seq. versu *adamate* Guelf. 1. in litura; *amare* ed. pr. min.—62 Cod. Lips. *ne superent;* Hamb. *ne vincant.*—63 Reg. *purpurea Nisi comæ;* a codd. Lips. et Dat. abest etiam *est;* Berol. 1. *purpurea ē;* Beroll. 2. 3. *purpurea nisi;* Par. *purpurea est non si;* ed. pr. min. *purpurea nysi est coma.*—64 Guelf. 2. *non viruisset,* cum v. l.

NOTÆ

sæpius tamen gaudent sibi eripi oscula. Unde Horat. II. Od. 12. 'Dum flagrantia detorquet ad oscula Cervicem; aut facili sævitia negat, Quæ poscente magis gaudeat eripi; Interdum rapere occupet.' Ita etiam Sappho ad Phaonem: 'Oscula cantanti tu mihi rapta dabas.'

60 *Urgeat ossa lapis*] Imprecatio gravissima est, ut defuncti ossa saxum urgeat tanquam dolore afflictetur: contra vero Juvenal. Sat. III. 'Di Majorum umbris tenuem et sine pondere terram.' Poëtæ enim mortuis amicis precari solent, ut terra illis levis sit.

62 *Pieridas*] Pierides Musæ dictæ sunt a Pieria regione ad fines Macedoniæ, ubi ex Jove et Mnemosyne dicuntur natæ: vel, ut alii volunt, a Piero quodam Macedone prædivite, qui novem suscepit filias, quæ novem Musas ad certamen cantus provocare ausæ, et ab iis victæ in totidem picas mutatæ sunt: unde postea earum nomen veluti trophæum usurpantes Musæ Pierides sunt cognominatæ: alii etiam eas ita dictas a Piero

Quem referent Musæ, vivet, dum robora tellus, 65
Dum cœlum stellas, dum vehet amnis aquas.
At qui non audit Musas, qui vendit amorem,
Idææ currus ille sequatur Opis;
Et tercentenas erroribus expleat urbes,
Et secet ad Phrygios vilia membra modos. 70
Blanditiis vult esse locum Venus ipsa: querelis
Supplicibus, miseris fletibus illa favet.

versus, ebur ex humero Pelopis non claruisset. Ille quem Musæ prædicabunt, vivet, quamdiu terra feret arbores, et æther sidera, et flumina ducent aquas suas. Qui non amat Musas, et amorem venumdat, ille comitetur currum Opis Idææ, et excursionibus trecentas urbes perlustret, et amputet sibi membra inutilia ad numeros Phrygios. Venus ipsa cupit locum esse blandimentis: expostulationibus illa adest

nituisset; Dat. *tacuisset.*—65 *Quem referunt* H. Voss. et Bach invitis codd. receperunt, probante Wund. *vivat* Vindob. *vivent* Par. cum punctulo infra τὸ *n;* sed *vivent* clare expressum in ed. pr. min.—66 Witt. 1. et Laud. *vehet;* Angl. 1. *vehit;* Berol. 4. *ignis,* et a marg. *amnis.*—68 *Ydææ* Par. *Ideæ* ed. pr. maj.—69 Commel. Zwic. 1. et ed. Rom. *tercentenis;* Exc. Perr. Berol. 2. Guelf. 1. 4. unus Stat. ed. pr. min. Brix. et Venet. 1491. *impleat;* Mitsch. conj. *implicet,* ad quam conjecturam ducere videtur *explicet* in Colot. et Hamb. Statius vero, *tercentenos erroribus expleat orbes;* Burm. malit *erronibus,* pessime omnium, inquit Huschk. *urbis* Rheg. et Venet. 2.—70 Beroll. 2. 3. *frigios;* Par. *Frigios.*—71. 72 *Blandiciis* Witt. 1. 2. in omnibus aliis *Blanditiis:* Beroll.

NOTÆ

monte Thessaliæ volunt.

63 *Purpurea est Nisi coma*] Nisus Megarensium Rex erat, cujus filia Scylla, Minois paterni hostis amore capta, purpureum patris capillum, in quo situm erat totius regni fatum, resecuit, et hosti tradidit, a quo tamen cum se despici sentiret, doloris impatientia in Cirim avem, id est, alaudam, mutata est; Nisus autem in aliam avem sui nominis, quæ nunc etiam illam ubique insectatur.

64 *Ex humero Pelopis*] Cum aliquando Tantalus Deos hospitio excepisset, in experimentum divinitatis illorum, Pelopem filium in frusta dissectum iis epulandum apposuit; a cujus esu cum Di ceteri abstinuissent, sola Ceres humerum ejus dextrum absumsit. Quem cum Jupiter deinde ad vitam revocasset, eburneum ei humerum restituit.

68 *Idææ currus*] Ops Dea sive Deorum mater, quæ et Cybele, Saturni uxor fuit, cujus sacra in Ida monte Phrygiæ celebrabantur a Gallis Sacerdotibus, qui sibi genitalia testaceo frusto abscindebant, hinc Juvenal. ‘ Mollia qui rapta secuit genitalia testa.’

69 *Erroribus expleat*] Hoc est, excursionibus obeat: tercentenas autem urbes posuit ut numerum certum et finitum pro infinito. Porro Corybantes furendo huc illuc discurrebant, et tympana celeberrimo pulsu quatiebant.

70 *Ad Phrygios modos*] Phrygia regio est Asiæ Minoris, ubi olim fuit Troja; ibidem est mons Ida, in quo Cybele colebatur, cujus sacrificia ad modos, seu numeros, seu sonos quos-

Hæc mihi, quæ canerem Titio, Deus edidit ore;
Sed Titium conjux hæc meminisse vetat.
Pareat ille suæ: vos me celebrate magistrum, 75
Quos male habet multa callidus arte puer.
Gloria cuique sua est: me, qui spernentur, amantes
Consultent; cunctis janua nostra patet.
Tempus erit, cum me, Veneris præcepta ferentem,
Deducat juvenum sedula turba senem. 80

supplicibus et *infelicibus fletibus. Deus mihi voce protulit ista, quæ Titio dicerem; at Titium uxor sua ista recordari prohibet. Ille autem obsequatur suæ: vos autem quos astutus puer multis fallaciis exagitat, doctorem me prædicate. Unicuique sua laus est: amatores qui despiciuntur, me consulant: fores meæ apertæ sunt omnibus. Veniet tempus, ubi me grandævum officiosus juvenum cœtus prosequatur leges amo-*

1. 3. et Rheg. habent *modum* pro *locum*, improbante Huschk. *Venus ista* unus Broukh. Mox *flentibus* exhibent cod. Lips. Par. Witt. 1. 2. Broukh. 1. 2. 3. Palatt. omnes Beroll. et Heyn. Scal. rec. Dat. edd. pr. maj. min. Venet. 2. Brix. Rheg. Vicent. Venett. 1487. 1491. 1493. et Scal. *fletibus* Angll. 3. 5. et Stat. *juvant* Scal. rec. *favet*, vel *juvat*, Angl. 3. Scaligerus hæc ita concinnaverat, *Blanditis vult esse l. V. ipsa querelis. Supplicibus m. flentibus ipsa favet;* in Basil. ita distinctum est, *Blanditiis vult esse locum Venus, ipsa querelis Supplicibus, m. flentibus illa favet;* Heyn. malit, *Blanditiis vult esse l. Venus: illa querelis Supplicibus; m. fletibus illa favet:* H. Voss. dedit, *Blanditiis v. ipsa l. Venus; illa, &c.* 'Vereor autem ne verb. *esse* cum dispendio sententiæ ejiciatur.' *Bach.* Burm. II. emend. *Venus ipsa q. Supplicis, et m. fletibus, &c.* probantibus Huschk. et Sant. 'Videtur totum hoc distichon aut inter alia, quæ exciderunt nudum sic adhæsisse, aut in alienum locum illatum esse.' *Heyn.*—73 Scal. 1. *caverem;* sed in secunda, *canerem;* et in ed. Lugd. 1607. *qui canerem;* Scal. ipse defendit *caverem:* Par. *Tatio;* edd. pr. maj. et min. *Tityo;* Berol. 2. *tacito;* Berol. 3. *tacio.*—74 Berol. 2. *tacitum;* Berol. 3. *tacium conjux hoc:* Witt. 1. 2. Broukh. 1. 2. 3. et Venet. 2. *conjunx:* Scal. rec. *negat.*—75 Berol. 3. *pereat.* Vide vv. ll. in v. q.—77 Par. *qui me spernentur.*—78 Beroll. 1. 3. *multis* pro *cunctis.*—79 Witt. 1. et Dat. *quom;* Vindob. et Voss. *quo:* Beroll. 1. 3. unus Medic. et Dat. *canentem*, pro *ferentem:* Heyn. conj. *serentem.*—80 *Diducat* Par. Broukh. 2. Palatt. Angl. 1. 3. 4. 5. *Diludat* Colot. et Sfort. *Seducat* Dat. *Se ducat* Berol. 3. *credula* Witt. 2. pro *senem*

NOTÆ

dam peragebantur a Sacerdotibus, qui sibi virilia membra secuerant. Unde Ovid. in Ibin: 'Attonitusque seces, ut quos Cybeleia mater Incitat, ad Phrygios vilia membra modos.'

73 *Hæc mihi, quæ canerem Titio*] Jurisconsultorum et prudentum more profitetur se de amore respondere, ut Jurisconsulti solent de Jure; nam nemo nescit Titium esse Jurisconsulto-personam supposititiam.

76 *Callidus puer*] Hoc est Cupido, Deus amoris, qui artibus et ingenio valet.

78 *Consultent: cunctis janua nostra patet*] Duplex mos erat Jurisconsultorum: unus ambulandi transverso foro: alter inscribendi in janua, 'Licet consulere.' Cic. unum tangit in Orat. pro Murena: alterum tertio de Oratore: 'M. vero Manilium nos

Heu, heu, quam lento Marathus me torquet amore!
Deficiunt artes, deficiuntque doli.
Parce, puer, quæso, ne turpis fabula fiam,
Cum mea ridebunt vana magisteria.

ris præcipientem. Heu quam tardo amore me cruciat Marathus! Desunt fraudes, ac desunt ipsi fallaciæ. O puer, precor, indulge mihi, ne evadam vulgo ludibrium, quando irrita præcepta mea irridebunt.

nonnulli *domum.*—81 *Heu heu* cod. Lips. Witt. 1. 2. Broukh. 1. 2. 3. Laud. Colb. Exc. Pocc. Dat. omnes Beroll. Angll. 2. 3. 4. 5. edd. maj. min. Rheg. Brix. Venet. 2. *He heu* Par. *Eheu,* quod edidit Scal. in nullo extat cod. sed primum expressum est in Aldd. idem Scal. *Marathus lento,* ut in cod. Lips. Par. omnibus Beroll. et Stat. Guarn. plerisque ap. H. Voss. utroque Zwicc. Venett. Aldd. aliis; unde H. Voss. Wund. et Bach dederunt, *Heu heu quam M. lento:* alteram posituram intulit Stat. quem Broukh. et recentt. secuti sunt.—83 Broukh. 1. unus Palat. Guelf. 3. Corv. edd. pr. maj. min. et Rheg. *turbis;* cod. Par. Witt. 1. 2. Broukh. 2. 3. Colb. omnes Stat. quinque Palatt. Exc. Falc. Exc. Vat. Heins. Angl. 1. 2. 3. 4. Vicent. et Venett. 1487. 1491. 1493. *turpis;* Angl. 5. *turpis* vel *turbis.*—84 *Quom mea* Laud. *Quom me* Dat. et Berol. 4. *ministeria* Berol. 3.

NOTÆ

etiam vidimus transverso ambulantem foro; quod erat insigne eum qui id faceret, civibus omnibus facere consilii sui copiam.'

81 *Marathus*] Puer quidam cujus amore tenebatur.

ELEGIA V.

Asper eram, et bene discidium me ferre loquebar;
At mihi nunc longe gloria fortis abest.

Ferox eram, et dicebam me æquo animo pati divortium; jam vero procul a me

Inscriptio in ed. pr. maj. hæc est, *Queritur quod cum pro amica vota fecerit alter eam teneat.*—1 *Semper* cod. Lips. et in marg. *Asper:* idem habet *dessidium;*

NOTÆ

1 *Asper eram*] Refert Poëta, quæ pro amicæ ægrotantis salute fecerit, queriturque de suo animo erga eam officioso; eique objicit summo cum dolore, quæ sibi illa si in bonam valetudinem fuisset restituta, propo-

Namque agor, ut per plana citus sola verbere turben,
  Quem celer assueta versat ab arte puer.
Ure ferum et torque: libeat ne dicere quicquam 5
  Magnificum posthac, horrida verba doma.
Parce tamen, per te furtivi fœdera lecti,
  Per Venerem, quæso, compositumque caput.

abhorret animosi laus, sic enim jactor tanquam per æquam humum rapidus trochus, quem alacris puer rotat arte solita. Vexa indomitum, et excrucia: ne me juvet imposterum proferre quicquam gloriosum, frange execranda dicta. Ignosce nihilominus, precor te, per pactiones tori clandestini, per Venerem, per caput conjunctum.

ed. pr. min. *desidium;* Par. Broukh. 1. 3. ed. pr. maj. Venet. 2. et Venet. 1487. *dissidium;* Broukh. 2. et Vicent. *disidium.* Nostram lect. a Broukh. revocatam testantur Angll. 2. 3. duo Palatt. complur. ap. H. Voss. Witt. 1. 2. Laud. Exc. Falc. Ald. 1. et Stat.—2 Cod. Lips. *non longe:* Par. *sortis* pro *fortis:* Dat. *habest,* notante Heins. ad Ald. 2. Hinc ortum, quod Broukh. 2. offert, et Rom. expressit, *habet.*—3 *Jamque* Laud. et Angl. 2. *Nanque* edd. vett. *ago* Berol. 3. *Namque vagor per* in textum intulit H. Voss. duce suo cod. 4. *vebere* ed. pr. maj. *turbo* exhibent Par. Witt. 1. 2. Broukh. 1. 2. 3. omnes Stat. Beroll. Angll. Guelff. Voss. Colb. Palatt. alii, cum edd. pr. maj. Venet. 2. Rheg. Brix. Venet. 1487. et Aldd. *turben* dederunt Passer. Stat. Scal. Dousa, Jansson. Gabbema, et Vulp. in prima, e Charisio; quos secuti sunt H. Voss. Wund. et Bach.—4 Colb. et unus Stat. *tener* pro *celer.*—5 Statio hic et seq. versus suspecti erant, et propter ἀνακόλουθον, et propter ipsum genus dicendi; sed deceptus ille fuit prava vett. edd. interpunctione quam postea correxit Pulm. ad finem ed. Plant. 1569. Pro *ferum* in Guelff. *feri;* Hamb. et ed. pr. min. *ferrum:* Broukh. 1. 2. Palatt. Colot. Dat. Berol. 2. ed. pr. maj. Brix. Venet. 2. Rheg. Vicent. Rom. et Venett. 1487. 1491. 1493. *liceat;* et sic Berol. 4. a m. sec. sed *libeat* in cod. Lips. Par. Witt. 1. 2. Laud. Statianis, Broukh. 3. ed. pr. min. et Aldd. *nec* exhibent Palatt. Stat. Guelf. 1. Angl. 5. Venet. 1487. 1491. 1493. et Vicent. *ne* cod. Lips. Par. Witt. 1. 2. Broukh. 1. 2. 3. Angll. 1. 3. Beroll. et Rheg. *me* Angl. 4. H. Voss. legit *U. f. et torque! Libeat ne, &c.* Wund. et Bach, *U. f. et torque libeat....post hæc; horrida, &c.*—6 Cod. Lips. Par. omnes Angll. et Stat. Berol. 2. Goth. Hamb. Guarn. Corv. Witt. 1. 2. Broukh. 1. 2. Scal. rec. ed. pr. maj. Brix. Rheg. Rom. Venet. 2. Venet. 1487. et Plant. 1569. habent *post hæc,* suffrag. Lachm. ad Propert. p. 65. *posthac* Broukh. 1. Palatt. et ed. pr. min. *aspera verba* Colb. Angll. 2. 3. 4. et Exc. Vat. Heins. *horrida,* vel *aspera,* Angl. 5. *dona* pro *verba* in uno Broukh.—7 *Parce tamen parce* cod. Lips. Par. Witt. 1. Guelf. 1. a m. s. Broukh. 1. 2. 3. Berol. 2. omnes Angll. Heyn. et Stat. cum edd. pr. maj. min. Rheg. et Venet. 2. et sic in Berol. 4. sed *per te* a marg. quod etiam exhibent Witt. 2. Guelf. 2. 3. Exc. Vat. Ursini, et Venet. 1520. *Parce puer*

NOTÆ

suerat; hoc vero ideo facit ut eam ab alterius amore ad se revocet. *Dissidium* autem significat separationem intercessisse cum discordia.

3 *Turbo* [*Turben*] Alii legunt, *turbo:* sed utrumque genus est instrumenti lusorii, quo verbere agitando oblectantur pueri. Hinc Poëta denotat suam instabilitatem et miseriæ varietatem.

8 *Compositumque caput*] Hoc est, 'ornatum' et 'concinnatum,' vel etiam, ut vult Scaliger, 'junctum;' ita ut 'componere caput,' sit 'simul

Ille ego, cum tristi morbo defessa jaceres,
  Te dicor votis eripuisse meis. 10
Ipseque ter circum lustravi sulfure puro,
  Carmine cum magico præcinuisset anus.
Ipse procuravi ne possent sæva nocere
  Somnia, ter sancta deveneranda mola.
Ipse ego, velatus filo, tunicisque solutis, 15
  Vota novem Triviæ nocte silente dedi.

Ego ipse, cum decumberes gravi ægritudine debilitata, liberasse teipsam feror precibus meis. Ego ipse te sulfure circumlato expiavi, cum vetula magico cantu procidisset. Ego ipse dira somnia ter sacro farre expianda averruncavi, ne tibi possent officere. Ego ipse filo tectus, et recincta veste, novem vota feci Triviæ, tacita nocte.

parce Berol. 3.—9 Berol. 3. Witt. 1. et Dat. *quom.*—11 *Ipse te* Berol. 3. *Ipseque te* cod. Lips. Witt. 1. 2. Broukh. 2. 3. omnes Heyn. Beroll. 1. 2. 4. Scal. rec. nonnulli Stat. Angll. 1. 2. 3. 5. Dat. edd. pr. maj. min. Rheg. Venet. 2. et Brix. *Ipse et te* Angl. 4. *Ipse ego te* Florent. ap. Stat. *ter* exhibent Par. Broukh. 1. Colb. Venett. 1487. 1491. 1493. 1500. et Aldd. Heynius ait, in ed. Rom. legi *te sustulit:* cod. Lips. *lutiabis*, et a marg, *lustravi:* pro *puro* Broukh. malit *vivo.*—12 Witt. 1. *quom:* Scal. e Sfort. Statii dedit *procubuisset;* in cod. Lips. et Vat. *pertimuisset;* in Angl. 1. et alio quodam ap. Stat. *prætimuisset;* in Beroll. 1. 3. et 2. 4. a marg. Witt. 1. 2. Broukh. 1. 2. 3. Colb. Vat. Ursini, Par. ed. pr. min. Vicent. Rheg. et Venet. 1487. *præcinuisset*, Græcis ἐπῳδοί· alii *præcecinisset.*—13 *Ipse ego curavi* Florent. ap. Stat. *possint* ed. pr. maj. *scæva* Witt. 1. Broukh. 1. et unus Palat. *læva* Heins. ad marg. Ald. 2.—14 Cod. Lips. Guelff. 1. 4. Exc. Perr. Brix. et Venett. 1487. 1491. 1493. *Semina;* Guelf. 2. pro v. l. *Omina;* Perreius legendum esse notavit *Somnia:* Ald. 2. *salsa* pro *sancta:* Guyetus *devenerata:* Berol. 4. *manu;* sed superscr. *mola.*—15 Broukh. pro *filo* edidit *lino*, quod extat in Guelf. 2. pro v. l.—16 *Veneri* Broukh. 3. Berol. 3. Guelf. 1. 4. Angl. 1. ed. pr. maj. Venet.

NOTÆ

una jungere:' ut illud Ovid. 'Perque tuum nostrumque caput, quod junximus una.'

11 *Ipseque ter circum lustravi sulfure*] Vim lustrandi esse in sulfure putabant Veteres. Plin. lib. v. cap. 35. habet et in religionibus locum ad expiandas suffitu domos. Hinc ait Servius: 'In sacris omnibus tres sunt istæ purgationes; nam aut tæda purgantur, et sulfure; aut aqua abluuntur; aut aëre ventilantur, quod erat in sacris Liberi. Procumbebat autem anus magicum carmen immurmurans.' Hinc Ovid. Art. Am. 'Et veniat, quæ lustret anus lectumque locumque; Præferat et tremula sulfur et ova manu.'

13 *Ipse procuravi*] Veteris superstitionis fuit meticulosa somnia ablutione averruncare, ut observatum est ap. Æschylum. Sed et illud Sophocles prodit, Veteribus in more diu fuisse, ut somnia avertentes ea soli narrarent, ut refert Cœlius Rhodiginus.

14 *Deveneranda*] Hoc est, 'deprecanda,' et, ut Veteres in his loquebantur, 'averruncanda.' In pluribus libris legitur, *salsa*, non *sancta:* melius videtur, *salsa*, cum nulla sine 'mola salsa' sacra fierent. Plin. lib. XXII. 'Maxime tamen in sacris intelligitur auctoritas; quando nulla conficiuntur sine mola salsa.'

Omnia persolvi: fruitur nunc alter amore,
Et precibus felix utitur ille meis.
At mihi felicem vitam, si salva fuisses,
Fingebam demens, sed renuente Deo. 20
Rura colam, frugumque aderit mea Delia custos,
Area dum messes sole calente teret.
Aut mihi servabit plenis in lintribus uvas,
Pressaque veloci candida musta pede.
Consuescet numerare pecus; consuescet amantis 25
Garrulus in dominæ ludere verna sinu.

Cuncta perfeci: jam alter amore tuo potitur, et ille votis meis beatus utitur: mihi autem beatam vitam fore putabam insanus, si incolumis convaluisses, at Diis adversis. Ego agros exercebo, et Delia mea custos erit frugum, cum area messes teret, ardente sole. Ipsa mihi custodiet botros in doliis refertis; et alba vina agilibus plantis calcata. Ipsa discet greges recensere: et vernula assuefiet lusitare in gremio aman-

2. Brix. Vicent. Rheg. Rom. Lips. et Venett. 1487. 1491. 1493. *Cræmæ* Guarn. *creme* Par. *circum* Bern. Guelf. 2. Witt. 2. Angl. 5. et Exc. Lips. *circū Veneri* in Berol. 4. a m. s. *Triviæ* Witt. 1. Broukh. 1. 2. Reg. Guelf. 3. Colot. Exc. Vat. Heins. Dat. Vat. Ursini, Scal. rec. Passer. Mur. Stat. et Scal. *triviæ* ed. pr. min. *Truviis* Vindob. *tota nocte* cod. Lips. *tuli* pro *dedi* dedit Stat. improbante Huschk.—17 ' Cod. Lips. *finitur tam alter*, pro *tamen alter.*' Huschk.—19 *Ah mihi!* dedit H. Voss. *fuisset* cod. Lips.—20 Pro *sed* Santenio placuit *et.*—21 Broukh. 3. *frugum aderit.*—22 Voss. 3. Corv. et ed. Basil. 1569. *sole cadente*; cod. Lips. *candente*; Exc. Vat. Heinsii, *terit.*—23 *At* unus Palat. *Ac* Vat. Ursini; *Et* Witt. 1. Corv. Laud. Colot. Exc. Vat. Heins. Angl. 2. 3. 4. *Hæc* primus intulit Mur. quod assumsit Pulm. *Aut* Par. Witt. 2. Broukh. 1. 2. 3. sex Palatt. Statiani, Angll. 1. 5. edd. pr. maj. min. Venet. 2. Rheg. Brix. et Venet. 1487. *plenas* Berol. 2. et a marg. *plenis.* —24 Berol. 1. a marg. Broukh. 3. tres Palatt. aliquot ap. Stat. et H. Voss. *pinguia*, quod reposuit Broukh. *candida* tuentur alii codd.—25 Par. et ed. pr.

NOTÆ

15 *Ipse ego, velatus filo*] Flamines gestabant pileum, in cujus fastigio sive apice virga erat desuper aliquid lanæ habens. Per æstum vero capita filo tantum laneo religabant, cum nudis penitus capitibus eos incedere nefas esset. Velato præterea capite Veteres sacra solitos facere nemo nescit.

16 *Vota novem Triviæ*] Trivia dicta est Diana sive Proserpina, quod in triviis ponebatur cum corona quernea et draconum voluminibus: unde tres facies habere fingebatur. Nonnulli male legunt, *Veneri*. Vota novem solvit, propter numerum imparem, qui sacer, et Diis gratus erat, vel forsan in mysteriis. Ea sacra sunt quæ Maro in Ciri appellat ' Stygialia,' quæ et Porphyrio Interpres Horatii ' Cocytia ' vocat: ea Sagæ faciebant ad pelliciendum in amorem quoscumque vellent. Talia sunt illa quæ Dido prætexit in Æn. IV. se facere velle: ' Sacra Jovi Stygio.' Nonnulli tamen censent hic agi de insomniis, quibus præest Hecate.

23 *Plenis lintribus*] Linter est lignum cavatum ut navis, quo, ait Festus, in vindemiis Rustici uti solent, et

Illa Deo sciet agricolæ pro vitibus uvam,
  Pro segete spicas, pro grege ferre dapem.
Illa regat cunctos, illi sint omnia curæ;
  Et juvet in tota me nihil esse domo. 30
Huc veniet Messala meus, cui dulcia poma
  Delia selectis detrahet arboribus.
Et tantum venerata virum, hunc sedula curet,
  Huic paret atque epulas ipsa ministra gerat.

tis heræ: ipsa noscet offerre Diis rusticis racemos pro vindemia, spicas pro frugibus, et dapem pro pecore. Ipsa omnes gubernet, cuncta ipsi curæ sint; et me delectet nihil meipsum esse in tota familia. Eo accedet Messalla meus, cui Delia suavia mala decerpet ex potioribus arboribus. Et tam eximium hominem reverita, ipsum colat studiosa. Ipsi cibos instruat, et ipsa famula apponat. Ista mihi imaginabar,

maj. *consuescet.*—28 Par. Beroll. 1. 2. 4. Guarn. uterque Zwicc. Witt. 1. 2. Broukh. 1. 2. 3. Colb. Angll. 1. 2. Stat. edd. pr. maj. min. Brix. Venet. 2. Vicent. et Rheg. *segete et;* copula *et* debetur iis, qui nesciebant, ult. vocalem brevem, quando sequatur vox incipiens ab *sc, sp, sq,* aliisque consonantibus dupll. produci: *segete spicam* Reg. *dapes* ed. pr. min.—29 Guelf. 2. et duo Angll. ap. Broukh. *reget.*—30 *Adjuvet* cod. Lips. omnes Beroll. Witt. 1. 2. Colb. Broukh. 2. 3. Reg. Guelff. 2. 3. Exc. Pocc. Palatt. Par. Dat. Angll. 1. 5. edd. pr. maj. min. Venet. 2. Rheg. Vicent. et Lips. *Adjuvat* Angll. 2. 3. 4. et Laud. *Adjuvet,* vel *At juvet,* Colot. et Exc. Vat. Heins. *Et juvet* Broukh. 1. quod primum editum est in Venett. 1487. 1491. 1493. *Adjuvet,* vel *Et juvet,* a marg. Venet. 2. ap. Heins. *Ac juvet* conj. Heyn. quod exhibent duo Voss.—31 *Nunc* Broukh. 2. et Berol. 2. *Huic veniat* Angl. 4. *quo* pro *cui* in Berol. 3. et Dat. *quoi* Broukh. 1.—32 *Delia se lectis retrahet* Berol. 2. *detrahat* cod. Lips. Par. Witt. 1. 2. Broukh. 1. Colb. aliquot ap. Stat. Angll. 1. 2. 3. plerique ap. H. Voss. Beroll. 1. 3. Guarn. Corv. Reg. Guelff. 1. 4. Scal. rec. Dat. ed. pr. min. Venet. 2. Rheg. Brix. Venet. 1487. Ald. 1. Mur. Voss. Wund. et Bach, probante Heyn. *detrahet* Vicent. et Ald. 2. (et Par. et ed. pr. min. teste Huschk. negante Dissenio.)—33 Hoc distichon asteriscis tanquam spurium notavit Heyn. Vulgo interpungitur post virum, quam interpunctionem mutavit Heyn. improbante Huschk. Ed. pr. min. et Lips. ap. Heyn. cum Zwic. 1. *virumque hunc;* Guelf. 2. *hunc et sedula;* sed a marg. *hunc assecula;* ita Pont. emendasse fertur in Exc. Perr. 'voluit, nisi fallor, *ancillula.*' Huschk. Pro *hunc* Ayrm. legit *tunc,* et id Corv. quoque firmat; Guelf. 3. *nunc sedula curet; Nunc paret atque epulas ipsa ministra ferat;* Broukh. malebat *huic,* quod exhibent Colot. et Florent. *Et tantum hunc venerata* Berol. 2. *huc* Berol. 4. *cui sedula curet, Cui paret* correxit Withofius.—34 *Huic pareat: atque epulas* Venet. 1491.

NOTÆ

ut ait Cato, genus dolii rusticani; per metaphoram vero pro navigio sumitur ob similitudinem.

27 *Illa Deo sciet agricolæ*] Antiqui pro sua pietate frugum et fructuum primitias Diis immortalibus libare consueverant, nec ante gustare quam Diis consecrassent. Censorinus ait: 'Itaque, cum perceperant fruges, antequam vescerentur Diis libare instituerunt.'

33 *Et tantum venerata*] Sequitur, *virum,* ubi non eliditur *m* ante *hunc.*

Hæc mihi fingebam, quæ nunc Eurusque Notusque 35
Jactat odoratos vota per Armenios.
Sæpe ego tentavi curas depellere vino;
At dolor in lacrymas verterat omne merum.
Sæpe aliam tenui; sed jam cum gaudia adirem,
Admonuit dominæ deseruitque Venus. 40
Tunc me devotum descendens fœmina dixit,
Et pudet, et narrat, scire nefanda mea.

quæ optata jam et Corus atque Auster abripiunt per Armenios odoriferos. Ego frequenter conatus sum vino amovere solicitudines; sed mœror commutaverat in lacrymas omne vinum. Frequenter etiam habui aliam; at ubi mox voluptatem perciperem, Venus commonefecit me *amicæ, et* me *destituit. Tunc abiens mulier affirmavit me incantatum esse, atque heu erubesco! commemorat se nosse detestanda*

Huic pateram atque epulas conj. Huschk. *illa* Reg. et Beroll. 1. 2.—35 *Eurusque* testantur cod. Lips. Witt. 1. 2. Broukh. 1. 2. 3. Colb. Laud. omnes Palatt. Angll. H. Voss. et Beroll. Sfort. Par. Colot. Exc. Vat. Heinsii, Dat. edd. pr. maj. min. Venet. 2. Vicent. et Rheg. *Caurusque* Rom. Venett. 1491. 1493. Aldd. Scal. aliæ, quod H. Voss. recepit; *Chaurusque* Brix. et Venet. 1487. *durusque* Exc. Pocc.—36 *Lactat* Rheg. *Jactet* Angl. 2. *Armonios* Par. Novam hic Eleg. sextam videlicet orditur Scaliger, attextis ad finem hujus Eleg. vs. 79—98. ex Eleg. secunda, *Num Veneris magnæ, &c.* Heynius asteriscos suos seqq. præfixit, omnia usque ad finem quasi fragmenta reputans.—37 Broukh. 1. et Stat. *temptavi;* Hamb. *deponere vino.*—38 Berol. 1. *verteret.*—39 Witt. 1. et Dat. *quom.*—40 *Admovit* Berol. 2. *Admovit* vel *Admonuit* Angl. 2. *Ammovit* Angl. 4. *Ammonuit* Witt. 1. *destituitque* ex tribus H. Voss. Angll. 2. 3. 4. opt. Witt. Corv. Beroll. 1. 2. et Reg. revocarunt H. Voss. et Bach.—41 Beroll. *descedens devotum;* et sic Scal. *discedens devotum* cod. Lips. Par. ed. pr. min. Vicent. Venett. 1491. 1493. Aldd. et vulgg. *devotum discedens* Witt. 1. Laud. et Angll. 2. 3. *devotum descedens* Angl. 4. unus Palat. Dat. ed. pr. maj. Rheg. et Venett.—42 *Et pudet et* Witt. 1. 2. Broukh. 1. 2. 3. Par.

NOTÆ

35 *Eurusque* [*Caurusque*] *Notusque*] Caurus, qui et Corus, ventus est qui spirat ab Occidente, sicut et Auster a meridie.

36 *Odoratos vota per Armenios*] Duplex Armenia est, Major et Minor: Inter reliqua aromata, quæ illic nascuntur, pretiosum amomum magno in honore est, quod 'Armeniacum' dicitur. Quæ autem vota non eveniebant, et irrita cadebant, ea ad Deos non esse perlata a ventis, sed vel dissipata, vel in regionem longinquam avecta arbitrabantur.

37 *Curas depellere vino*] Eodem fere modo Tibull. Eleg. 2. supra: 'Vinoque novos compesce dolores.' Horat. 1. Od. 7. 'Nunc vino pellite curas.' Hac porro Elegia de amicæ levitate conqueritur Tibullus, quam a se alienasse dolet lenam, quam convitiis insectatur.

41 *Devotum*] Hoc est, 'fascinatum,' 'incantatum,' ut et post Eleg. 8. 'Num te carminibus, num te pollentibus herbis Devovit tacito tempore noctis anus?' Ovid. Amor. lib. III. Eleg. 7. 'Num mea Thessalico languent devota veneno Corpora?' Devotos dixerunt, qui malefica arte defixi Veneris munus non possent implere: unde Apul. 'Si quis devotus defixusque in nuptiis fuerit, sic eum resolves.'

Non facit hoc verbis ; facie tenerisque lacertis
  Devovet et flavis nostra puella comis.
Talis ad Hæmonium Nereis Pelea quondam 45
  Vecta est frænato cœrula pisce Thetis.
Hæc nocuere mihi. Quod adest huic dives amator,
  Venit in exitium callida lena meum.
Sanguineas edat illa dapes, atque ore cruento
  Tristia cum multo pocula felle bibat. 50
Hanc volitent animæ circum, sua fata querentes
  Semper, et e tectis strix violenta canat.

mea. Id dictis non peragit puella nostra ; fascinat me forma sua, et mollibus brachiis, et flavis capillis. Thetis æquorea Nereis talis olim delata est pisce frænato ad Peleum Thessalum. Illud mihi obstitit, quod illi præsto est locuples amator : accessit astuta lena in perniciem meam. Illa devoret carnes cruentas, et ore sanguinolento hauriat graves calices cum multo felle. Umbræ sortem suam deplorantes circumvolitent illam perpetuo, et rapaces striges e culminibus strepant. Eadem esurie

Colb. et aliis, cum edd. Dous. Pulm. Gryph. Gebh. et Græv. ‘ quod natum ex *Et pudet ei ;* an altera versus pars a Tibullo profecta sit, dubito.’ *Heyn.* ‘ *Et pudet et* nec illi ceperunt, qui ante Scal. substituerunt, *Et dominæ narrat*, nec Scal. ipse, qui inde *Et, pudet heu, narrat* formavit.’ *Huschk.* Scal. emend. receperunt Broukh. Vulp. Heyn. Voss. et Wund. Huschk. malit *meam* pro *mea*, præeunte Nodell. Not. Crit. p. 72. qui proposuit, *Et, pudet heu, narrat s. n. meam ;* Wund. maluit *Heu* (aut *Væ*) *pudet, et ; Et pudet : et narrat scire nephanda mea* Beroll. et ed. pr. maj. *sacra nefanda meæ* Auratus ; Heyn. vellet, *Et pudet heu ! dominam s. n. meam*, supplens e superiore versu, ‘ dixit ;’ Berol. 4. a marg. *Et pudet, et notum est.*—43 *Non facit hæc* omnes Beroll. *faciet hoc* Vicent. *herbis* Exc. Vat. Heins. Colot. et Stat. *niveisque* e Beroll. 1. 3. Reg. Guelf. 3. Angll. 2. 3. 4. Witt. 1. Dat. et aliis ap. H. Voss. idem Voss. et Bach revocarunt : *mutis* in uno ap. Heyn.—45 Cod. Lips. *ad emonium venerisq; pelea cōdam*, et a marg. *Nereis :* Broukh. 1. 2. ed. pr. maj. min. et Venet. 2. *Hemonium :* Beroll. 2. 3. Broukh. 1. 2. 3. omnes Stat. et Angll. Dat. ed. pr. maj. Venet. 2. Rheg. Vicent. et Venett. 1487. 1491. 1493. *Nereis quæ ;* Par. *Nereis Pellea ;* ed. Lips. *Nereis quem ;* Guelf. 3. et ed. pr. min. *Nereis Pelea.*—46 Gronov. Obs. I. 17. malebat *cœrula priste.*—47 *Nec* Berol. 2. *abest* pro *adest* Berol. 1. *habest* Berol. 3. Punctum post *mihi*, quod sensum finiat, posuit Broukh. probante Huschk. vulg. interpunctio est, *Hæc n. mihi, quod a. h. d. amator ;* Ayrm. in seq. versu copulam *et* ad connectendum supplevit, *Venit et exitium, &c.* H. Voss. de conj. dedit, *Vertit in, &c.*—51 Be-

NOTÆ

45 *Talis ad Hæmonium*] Thetis Nerei Dei marini filia fuit, et Achillis mater, quem suscepit ex Peleo Thessaliæ rege, cui nupsit Dea homini : de cujus nuptiis extat Catulli Carmen elegantissimum.

46 *Pisce Thetis*] Amicæ pulchritudinem confert cum pulchritudine Thetidis, quando olim ducta est ad Peleum maritum, qui ex ea suscepit Achillem. Nereis vero dicitur Thetis a Nereo patre, Deo maris. Ad mentem Tibulli Ovid. Met. XI. ‘ Quo sæpe venire Frænato delphine sedens, Theti, nuda solebas, Illic te Peleus, dum somno victa jacebas, Occupat.’

51 *Sua fata querentes*] Umbras de-

Ipsa, fame stimulante furens, herbasque sepulcris
  Quærat, et a sævis ossa relicta lupis;
Currat et inguinibus nudis, ululetque per urbes, 55
  Post agat e triviis aspera turba canum.
Evenient; dat signa Deus: sunt numina amanti,
  Sævit et injusta lege relicta Venus.
At tu quamprimum sagæ præcepta rapacis
  Desere: nam donis vincitur omnis amor. 60
Pauper erit præsto tibi, præsto pauper adibit
  Primus, et in tenero fixus erit latere.

instigante amens petat e tumulis gramina, et ossa a lupis crudelibus derelicta. Ipsa etiam nuda pube vagetur per oppida, et vociferetur; et canum e compitis multitudo acerba insectetur. Id *continget: Deus præbet indicia: amatoribus Di* sui *sunt: et Venus iniquo jure neglecta furit. Tu vero, derelinque cito monita avaræ Magæ; etenim quivis amor superatur muneribus. Inops aderit tibi, inops primus in promptu te inviset, et adhærescet blando* tuo *lateri. Inops fidelis assectator in arcto*

rol. 3. *sua facta.*—52 Witt. 1. *stix.*—53 Berol. 3. *fama:* Mureto *escasque* pro *herbasque* ex conj. reponenti favet Doering.—55 *Curat* Berol. 3. *Quærat* unus Palat. quod non temerarium judicat Gebh. *vinclis* pro *nudis* cod. Lips. *per umbras* Hamb. et Berol. 4.—56 Cod. Par. Reg. Angll. 2. 4. 5. Beroll. 1. 2. 4. uterque Zwicc. Guarn. Laud. omnes Voss. (demtis duobus,) Statiani, Passer. Witt. 1. 2. Broukh. 2. tres Heinsii, ed. pr. maj. Venet. 2. Rheg. Vicent. exhibent *e triviis;* 'Broukh. addit Cyllen.' (i. e. Venett. 1487. 1491. 1493.) 'quod falsum.' *Huschk.* Berol. 3. duo Voss. duo Palatt. ed. pr. min. *et triviis;* Broukh. 1. 3. Brix. Rom. Venett. 1487. 1491. 1493. Aldd. Mur. Basil. et aliæ vett. *hanc triviis;* Exc. Pocc. *hæc triviis;* Exc. Lips. et cod. Lips. *a triviis,* quod reposuit Scal.—57 Cod. Lips. Beroll. 1. 2. 4. tres ap. Sant. alii cum edd. pr. maj. min. Venet. 2. Rheg. Vicent. Aldd. Mur. et vulgg. *Eveniet;* unus Stat. duo Palatt. Brix. et Venett. 1487. 1491. 1493. *Evenient,* ut conj. Heinsius; Berol. 3. *Et veniet,* Par. *Et venient:* Berol. 1. *amantum.*—58 Ed. pr. maj. *in justa.*—60 Cod. Lips. *Degere:* H. Voss. e paucis codd. dedit *non donis,* improbante Heyn. *omnis amans* Ask. Berol. 1. Colot. et Dat. pro quo in Berol. 2. et Broukh. 2. 3. ipsa Venus; Huschk. conj. *num donis vincitur omnis amans?* vel, *omnis amor?*—61 Mur. nullo cod. adju-

NOTÆ

functorum putavit antiquitas centum annos errare, donec a culpis in vita contractis purgarentur: quæ fuse exequitur Virgil. Æn. VI.

52 *Strix violenta*] Strix avis quædam est nocturna et importuna, a stridendo sic dicta, quæ antiquis valde mali ominis fuit. Ovid. Fast. VI. ait infantes sine nutricum custodia relictos, a strigibus e cunis rapi, sanguinemque omnem ab illis exsorberi. Has sic describit: 'Grande caput, stantes oculi, rostra apta rapinæ: Canities pennis, unguibus hamus inest. Nocte volant, puerosque petunt nutricis egentes,' &c. Ab illius avis nocumento striges appellantur mulieres illæ, quæ pueros suo contactu fascinant.

53 *Herbasque sepulchris*] Alii legunt, *escasque sepulchris:* quem malueris sensum elige.

56 *Post agat e triviis*] Canes a triviis dicuntur, ut Ovid. dicit ascl-

Pauper in angusto fidus comes agmine turbæ
  Subjicietque manus, efficietque viam.
Pauper ad occultos furtim deducit amicos, 65
  Vinclaque de niveo detrahit ipse pede.
Heu canimus frustra, nec verbis victa fatiscit
  Janua, sed plena est percutienda manu.
At tu, qui potior nunc es, mea fata timeto:
  Versatur celeri Fors levis orbe rotæ. 70

multitudinis cœtu manus supponet, et iter aperiet. Inops ad amatores sēcretos ipse *clanculum adducit, et ipse ligamina dissolvit e candidis plantis. Heu incassum canimus, nec fores patent dictis domitæ, at robusta manu pulsandæ sunt. Tu vero, qui jam præstantior es, prospice furta mea. Fortuna inconstans volubili globo*

tus, edidit, *præsto semper tibi;* Exc. Scal. *semper te pauper adibit:* codd. et ed. vett. in vulg. consentiunt: unus Stat. habet, *præsto nam præsto,* unde Huschk. sic transponendo fecit, *Pauper erit præsto, præstolans pauper, &c.* Heyn. etiam laudat, *Pauper erit præsto: si prodis, pauper, &c.*—62 Duo ap. Heins. *in duro limine fixus erit.*—63 Witt. 1. *turmæ.*—64 *Subicietque* ed. pr. maj. et Venet. 2. *Objicietque* malebat Heyn.—65 Cod. Lips. *Pauper ad hoc cultos f. d. amicos;* Stat. cod. *ad excultos f. d. amantes;* Guelf. 4. Guelf. 2. pro v. l. Rom. et Venett. 1487. 1491. 1493. *et occultos;* hinc H. Voss. *et ad cultos f. d. amicos;* Witt. 2. Corv. Colb. Stat. Broukh. 2. 3. omnes Beroll. Angll. 3. 4. Reg. Guelf. 1. 2. 3. Hamb. Par. uterque Zwicc. duo tresve ap. Voss. Ald. 2. Mur. Basil. 1569. Dons. Plant. Gryph. *deducet;* cod. Lips. Witt. 1. Broukh. 1. Angll. 1. 2. edd. pr. maj. min. Brix. Rheg. Venet. 2. Vicent. Rom. et Venett. 1487. 1491. 1493. *deducit;* Goth. *deludit:* Angll. 3. 4. Corv. tres ap. Voss. et Guelf. 2. pro v. l. *amictus,* cui inhærens Heyn. proposuit, *et excussos f. d. amictus:* idem etiam excogitabat, *ad occultas f. d. amicas.*—66 Reg. Guelff. 1. 2. 3. Corv. Colb. omnes Beroll. Witt. 1. 2. Bronkh. 2. Zwic. 2. Hamb. duo tresve ap. H. Voss. Vat. Ursini, ed. pr. min. Ald. 2. Mur. Basil. 1569. Dons. Plant. et Gryph. *detrahet;* Broukh. 1. omnes Beroll. ed. pr. maj. Brix. Rheg. Venet. 2. et Venett. 1487. 1491. 1493. *detrahit;* Broukh. 3. *subtrahet;* Par. *detrahet ille.*—67 *Neu canibus f. n. v. vincta patescit* Berol. 2. *patescit* etiam habent cod. Par. Beroll. 1. 3. 4. Corv. Reg. edd. pr. maj. min. et omnes aliæ edd. ante Broukh. una Gebh. 1621. tantum excepta, quæ in textu quidem servat *patescit,* at in comment. *fatiscit,* ut est in Stort. duobus Heins. Thuan. utroque Zwicc. et Guarn. *vita patesit* cod. Lips.—69 'Haud dubie hoc est fragmentum alterius Carminis, ex quo lacinia servata et superioribus attexta est: forte propter argumenti similitudinem aliquam; etsi diversa res est. Scal. vs. 69. 70. relinquebat, et seqq. sex vs. in Eleg. proximam post v. 32. rejiciebat.' *Heyn.* Vide infra ad v. 71. Hamb. *potitor vincis;* Goth. Dat. et unus Stat. *potior vinces;* Berol. 2. *proprior,* et a marg. *potior:* cod. Lips. Par. et alii omnes cum edd. pr. maj. min. ceterisque ante Mur. *mea furta;* 'Muretus, sine dubio e libro aliquo, reposuit *fata,* quod ul-

NOTÆ

lam a mola: 'Ut rudit a scabra turpis asella mola.'

64 *Subjicietque manus*] Illud ipsum est quod Horat. dicit: 'Extrahe turba Oppositis humeris.'

69 *Fata timeto*] [*Furta caveto*] Alii legunt, *timeto,* nec male: alii *fata,* non *furta,* sed male.

70 *Fors levis orbe rotæ*] Plures legunt, *orbe cito,* quod magis placet Scaligero; cum dicat Ovid. 'Nec metuis dubio fortunæ stantis in orbe Nu-

Non frustra quidam jam nunc in limine perstat
  Sedulus, ac crebro prospicit, ac refugit:
Et simulat transire domum, mox deinde recurrit,
  Solus, et ante ipsas excreat usque fores.
Nescio quid furtivus amor parat. Utere quæso, 75
  Dum licet; in liquida nat tibi linter aqua.

repente vertitur. Nec frustra ille, qui nunc assiduus ad januam tuam pervigilat, et frequenter aspicit, ne quis veniat, *et refugit,* dum aliquis accedit; *et fingit se præterire ædes tuas, subito post regreditur solus, et semper screat ante januam ipsam. Clandestinus amor nescio quid aggreditur: utere, precor, donec conceditur; navis tua currit in facili flumine.*

tro confirmant Monac. Vindob. et Ask. et admiserunt Plant. 1569. Gryph. 1573. Dous. et Græv.' *Huschk.* Scal. *furta caveto;* Venett. 1487. 1491. 1493. Aldd. Mnr. et H. Voss. cum codd. binis Palatt. et Broukh. 1. exhibent etiam *caveto;* cod. Lips. uterque Zwicc. Guarn. Corv. Statiani, quatuor Palatt. Witt. 1. 2. Colb. Exc. Vat. Heins. Broukh. 2. 3. Par. Scal. rec. Angll. 1. 3. 4. edd. pr. maj. min. Vicent. Rheg. et Venet. 2. *timeto;* Angl. 5. *timeto,* vel *caveto;* Angl. 2. *teneto.*—70 Cod. Lips. Berol. 1. et plerique Stat. *sors;* Reg. *sors brevis;* Par. unus Sant. edd. pr. maj. min. Venet. 2. Rheg. et Venett. 1487. 1491. 1493. *Fors:* Berol. 2. sex Palatt. Witt. 1. Broukh. 2. ed. pr. maj. Vicent. et Venett. 1487. 1491. 1493. *orbe rota;* Scal. rec. et Witt. 2. *orbe cito;* Rheg. *orbe rotæ.*—71 In v. 70. finit Elegiam, quæ ipsi sexta est, Scaliger; et vs. reliquos rejicit in Eleg. seq. post v. 32. *Nam* Guelf. 2. et Berol. 2. *præstat* Dat. —72 Omnes Stat. tres ap. H. Voss. Berol. 4. a m. sec. et Vicent. *et crebro,* quod reposuerunt H. Voss. et Bach: *atque fugit* Guelf. 4. Statiani, Palatt. Exc. Pocc. et Perr. Colot. Brix. et Venett.—74 Berol. 1. *excubat ipse;* cod. Lips. et Beroll. 2. 3. *excreat ipse;* Palatt. Stat. Witt. 1. 2. Reg. Guelf. 3. Par. Broukh. 1. et Angll. 1. 3. 4. 5. etiam *ipse;* unus ap. Huschk. *ille;* Guelf. 4. et Brix. *atque.*—75 *Nescis* Colot. *paret* Berol. 2. Heynius, cum 'utere' absolute poni potuisse dubitaret malebat *utere vento,* seu *velis,* seu *remis;* Wakef. *utere quæstu.*—76 Reg. Par. Witt. 2. Dat. Angl. 1. Guelf. 3. et Beroll. 1. 2. *nam tibi;* Stat. Laud. Scal. rec. et Angll. 2. 3. 4. *jam tibi;* Heyn. conj. *it liquida nam tibi;* cod. Lips. cum omnibus edd. *nat:* pro *linter* glossam exhibet ed. Rom. *navis.*

NOTÆ

men.' Quod putet Scaliger Tibulli tempore globo potius quam rotæ insistens pingeretur Fortuna; sed intercedit Propert. qui lib. II. Eleg. 8. ait, 'Vinceris aut vincis, hæc in amore rota est.' Cic. præterea ait Orat. in Pisonem: 'In quo ne tum quidem, cum illum saltatorium versaret orbem, Fortunæ rotam pertimescebat.'

71 *Non frustra quidam*] Ovid. Trist. II. commemoratis his Tibulli versibus, satis innuit Tibullum ipsum sub alterius persona de seipso locutum esse, quod ab eo artificiose factum esse Scaliger observat.

ELEGIA VI.

SEMPER, ut inducar, blandos offers mihi vultus;
Post tamen es misero tristis et asper, Amor.
Quid tibi, sæve puer, mecum est? an gloria magna,
Insidias homini composuisse Deum?
Jam mihi tenduntur casses: jam Delia furtim 5
Nescio quem tacita callida nocte fovet.
Illa quidem tam multa negat: sed credere durum est.
Sic etiam de me pernegat usque viro.
Ipse miser docui, quo posset ludere pacto
Custodes: heu heu, nunc premor arte mea. 10

O *Cupido, ostendis mihi faciem benignam, ut* me *jugiter allicias; postea nihilominus infelici* mihi *gravis et durus es. Quid tibi acerbitatis mecum est? Num egregia laus* est, *Deum mortali fallacias contexuisse? Nunc laquei mihi parantur. Nunc subdola Delia nescio quem clam detinet silenti nocte. Revera plurimum inficiatur: at difficile est* ipsi *fidem adhibere. Ita quoque* ipsi *marito de me constanter inficiatur. Ipse* ego *infelix institui eam qua ratione decipere posset excubitores*

Eleg. VII. in recens. Scal. Inscripta est in ed. pr. maj. *Ad Amorem.*—1 Sfort. et Witt. 2. *inducas*, ut edd. Scal. et Broukh. *inducar* cod. Lips. Par. Guelff. 1. 2. 3. Corv. Witt. 1. Broukh. 1. 2. 3. Reg. alii, cum edd. vett. *affers* cod. Lips. et ed. pr. min.—3 Mureti emend. *sæve puer*, a Broukh. receptam, testantur Voss. 1. 4. et Guarn. *sævitiam mecum est* alii codd. et edd. ante Broukh. nisi quod Par. exhibet *sæviciæ est mecum*, quam lect. non damnat prorsus Heynius: post *magna* plurimi codd. et edd. habent *est*; quod omittunt Venett. 1491. 1493. Ald. 2. Basil. Plant. et Gryph.—4 Dat. et Berol. 3. *hominum.*—5 *Nam mihi* codd. Stat. unus Palat. Corv. Par. Witt. 1. 2. Broukh. 1. 2. 3. Dat. Scal. rec. Angll. 1. 2. 3. 4. 5. edd. pr. maj. min. Venett. 1487. 1491. 1493. et Rheg. *Jam mihi* Reg. Guelf. 3. quinque Palatt. Exc. Pocc. Vicent. Venett. 1487. 1491. 1493. Ald. 2. et recentt. *Non mihi* cod. Lips. *Jam* Berol. 4. et a m. sec. *Nam.*—6 Berol. 3. *calida.*—7 Scaliger corr. *jam multa;* Heyn. *jurata*, ex Ovid. Trist. II. 474. vel etiam *sua furta;* Burm. *insimulata;* Santen. *delicta negat*, improbante Huschk. *negat se credere. Durum est* in ed. Basil. 1592. Verbum *est* habent Berell. 1. 2. 4. omnes Angll. et Zwicc. cum aliis et edd. præter Voss. omittitur in Dat.—8 *Nam sic et de me pernegat* Voss. 3. et Colot. *quod neget illa* Witt. 2. *pernegat ipsa* unus Palat. *perneget usque* ed. pr. min.—9 Witt. 1. *posset quo;* alteram structuram tuentur alii codd. probantibus Wund. et Huschk. *lædere pacto* Guelf. 2. et sic Berol. 2. sed a m. sec. *ludere.*—10 *Custodes: heu nunc* ed. pr. min.

NOTÆ

1 *Semper, ut inducar*] De Cupidinis erga se asperitate, et de sublesta fide amicæ conqueritur Poëta; matremque amicæ mirum in modum collaudat, quod cum ipso filiam reconciliarit.

7 *Sed credere durum est*] Semel in mendacio deprehensis postea semper abdicatur fides. Hunc locum totidem fere verbis repetit Ovid. Trist. II. 'Credere juranti durum putat esse Tibullus,' &c.

Fingere tunc didicit causas, cur sola cubaret:
  Cardine tunc tacito vertere posse fores.
Tum succos herbasque dedi, quis livor abiret,
  Quem facit impresso mutua dente Venus.
At tu, fallacis conjux incaute puellæ, 15
  Me quoque servato, peccet ut illa nihil.
Neu juvenes celebret multo sermone, caveto;
  Neve cubet laxo pectus aperta sinu.
Neu te decipiat nutu, digitoque liquorem
  Ne trahat, et mensæ ducat in orbe notas. 20

suos. *Heu* me, *jam* ipse *mea fraude lædor! Jam docta est comminisci rationes quare secubaret: jam* novit *convertere posse januam cardine silenti. Præterea succos et gramina præbui, quibus abscederet livor, quem mutuus amor inficit infixo dente. Tu vero,* o *imprudens marite dolosæ fœminæ, meipsum etiam custodito, ut ipsa nihil delinquat. Videto ne ipsa longis colloquiis frequentet adolescentes, aut ne jaceat nudata pectus, soluto sinu, aut ne fallat te nutibus, et ne digito laticem ducat, et*

heu nunc premor ab Berol. 2. *eheu* dedit Scal. sed *heu heu* exhibent omnes Palatt. et Angll. Witt. 1. 2. Broukh. 2. 3. Laud. Exc. Lips. Dat. Rheg. Venet. 2. et Brix.—11 Omnes Stat. et Palatt. Par. Witt. 1. 2. Broukh. 2. 3. Dat. ed. pr. maj. et min. *nunc;* Broukh. 1. Brix. Rom. Lips. Venett. 1487. 1491. 1493. Ald. 2. Mur. et vulgg. *tunc;* Beroll. 2. 4. et 1. a marg. Palatt. Stat. Witt. 2. Broukh. 1. 2. 3. Exc. Lips. Guelff. 1. 2. 4. Colb. Colot. Rheg. Venet. 2. Rom. et Lips. *ut sola;* Witt. 1. Laud. et Angl. 2. *quo sola;* Dat. et Beroll. 1. 3. *qua sola;* Scal. Janss. Gabb. et Broukh. *quur sola;* Corv. *queis sola;* cod. Lips. Vat. Ursini, Venet. 2. Vicent. Rheg. et Aldd. *cur.*—12 Omnes Stat. Witt. 1. 2. Broukh. 1. Angll. 1. 2. Berol. 4. et ed. pr. min. *nunc;* Dat. et Angll. 3. 4. *tum;* Broukh. 2. Par. Guelff. 1. 4. Rom. et Lips. *tunc;* Exc. Perr. ed. pr. maj. et Vicent. *forem.*—13 Hic et seq. vers. abest ab eadem. *Tunc* Par. Guelff. 2. 3. 4. Witt. 1. 2. Omnes H. Voss. Beroll. 2. 4. uterque Zwicc. Broukh. 1. 2. 3. ed. pr. maj. Rom. Lips. Venett. 1491. 1493. cum Wund. et Bach. *Tunc sucos* cod. Lips. *Nunc* Rheg. *Tum* Dat. et Angll. 3. 4. quod primus intulit Scal. *quo livor* Thuan. *quis livor* Beroll. 1. 2. 3. Witt. 1. 2. Broukh. 1. Venet. 2. Rheg. Brix. Venett. 1491. 1493. Wund. et Bach. *abesset* Corv.—15 Venett. 1491. 1493. *conjux;* Witt. 1. 2. et Broukh. 1. 2. 3. *conjunx:* Broukh. 1. *cautæque.*—16 Unus Stat. et Vat. Ursini *illa minus,* quod præeunte Broukh. recepit Heyn. quanquam pro vera non habuit: Broukh. 1. 2. 3. Witt. 1. 2. omnes Beroll. et Angll. et alii codd. cum edd. vett. *nihil;* et sic H. Voss. Wund. et Bach. *ipsa nihil* Venett. 1487. 1491. 1493.—17 *Neu juvenes multo* Hamb. *Neu* Berol. 1. superscr. lit. *e;* sed a marg. *Non;* Reg. cum aliis *Ne.*—18 Thuan. *lapso;* Par. et Aldd. *lasso;* Berol. 3. et aliis *lassa,* sive *lasso;* sed omnes edd. vett. *laxo.*—20 *Neu* Stat. *Detrahat* Guelf. 1. *ut orbe* Scal. rec. unde H. Voss. *ut mensæ d. in o. n.*—

NOTÆ

12 *Vertere posse fores*] Fores dicuntur, quæ foris aperiuntur, valvæ quæ intro volvuntur.

19 *Digitoque liquorem*] Eodem fere modo Poëta ingeniosissimus ait, amantes fuisse solitos in mensa blanditias scribere vino, aut aliis liquoribus: hæc enim ait Ovid. Art. Am. lib. I. 'Blanditiasque leves tenui perscribere vino, Ut dominam in mensa

Exibit quam sæpe, time; seu visere dicet
  Sacra Bonæ, maribus non adeunda, Deæ.
At mihi si credas, illam sequar unus ad aras.
  Tunc mihi non oculis sit timuisse meis.
Sæpe, velut gemmas ejus signumve probarem, 25
  Per causam memini me tetigisse manum.
Sæpe mero somnum peperi tibi; at ipse bibebam
  Sobria supposita pocula victor aqua.
Non ego te læsi prudens: ignosce fatenti.
  Jussit Amor: contra quis ferat arma Deos? 30
Ille ego sum, nec me jam dicere vera pudebit,
  Instabat tota cui tua nocte canis.

signa exprimat in mensæ circulo. Metue quotiescumque egredietur, sive asseret se adire sacra Bonæ Deæ viris non visenda. Sed si fidas mihi, ego solus comitabor eam ad aram. Tunc liceat mihi non metuisse luminibus meis. Frequenter quasi laudarem annulos ejus et sigillum, per prætextum memini me contrectasse manum ejus. Frequenter tibi soporem vino conciliavi. Ego vero mei compos calices aqua subjecta hauriebam. Non te offendi volens; parce confitenti. Amor imperavit; quis bellum gerat adversus Deos? Ego ipse sum, nec erubescam nunc proferre verum,

21 Stat. conj. *cum* sive *quom* pro *quam;* Corv. exhibet *quum:* cod. Lips. *tume:* Berol. 2. *se visere.*—23 Berol. 3. *sequere,* et in marg. *sequar;* Sfort. Berol. 4. Laud. Angl. 2. Witt. 1. et ed. Scal. *ad aram;* sed *ad aras* exhibent alii Stat. Broukh. 1. 2. 3. Witt. 1. Dat. Angll. 1. 3. 4. 5. Par. edd. pr. maj. min. et Venett. 1487. 1491. 1493. Heinsius versum ita interpungit ad oram Ald. *At m. s. c. illam: sequar unus ad aras.*—24 *Tum* Stat. *Tunc tibi* Georenz. —25 Cod. Lips. *gemma sæpius signumque;* Heyn. malebat *gemmam digiti signumve;* Beroll. 1. 2. 4. omnes ante Broukh. edd. exhibent *signumque:* bini Zwicc. Par. aliique cod. *signumve.*—26 Berol. 4. *casum:* Reg. *manu.*—30 Cod. Lips. *quid:* duo H. Voss. et ed. pr. min. *feret.*—31 Florent. Statii *nec jam me;* Beroll. 1. 3. et Reg. *nec me nunc dicere;* Dat. *nec me non.*—32 Post hunc versum Scal. inseruit e sup. Eleg. vs. 71-76. *quoi* Dat. et Berol.

NOTÆ

se legat illa tuam.' Et in Epist. Helenæ ad Paridem: 'Orbe quoque in mensæ legi sub nomine nostro, Quod deducta mero litera fecit, Amo.' 'Orbem' vero dicit Poëta, quod mensæ apud Veteres rotundæ fuerunt, quarum hodie multæ species in vetustis saxis visuntur.

22 *Sacra Bonæ, maribus non adeunda, Deæ*] Bonam Deam Varro filiam Fauni fuisse tradidit, adeo pudicam, ut extra Gynæcæum nunquam sit egressa, nec nomen ejus in publico fuerit auditum, nec virum unquam viderit, vel a viro visa sit; proindeque nec vir templum ejus ingreditur. De qua Dea Macrob. pluribus disputat lib. I. cap. 12.

23 *Sequar unus ad aras*] Hæc ara statuebatur in domo Consulis ejus, cujus eo mense fasces erant. Propert. 'Interdicta viris mêtuenda lege piatur, Quæ se summota vindicat ara casa.'

24 *Tunc mihi non oculis sit timuisse meis*] Existimabant statim cæcos fieri

Quid tenera tibi conjuge opus? tua si bona nescis
  Servare, ah frustra clavis inest foribus.
Te tenet, absentes alios suspirat amores, 35
  Et simulat subito condoluisse caput.
At mihi servandam credas, non sæva recuso
  Verbera, detrecto non ego vincla pedum.
Tunc procul absitis, quisquis colit arte capillos,
  Effluit effuso cui toga laxa sinu. 40

cui tuus canis insistebat tota nocte. Quid tibi est opus uxore delicata, si tua commoda tueri ignoras? incassum clavis inest tuæ januæ: te complectitur, anhelat absentes alios amores, et repente fingit sibi caput male habuisse. Sed tu committas mihi hanc custodiendam; non abnuo flagella dura, nec ego recuso pedum ligamina. Tunc longe abscedatis, quicumque artificio comas concinnat, cui vestis

3.—34 Berol. 1. *Frustra servare;* omnes Stat. et Witt. 1. *a frustra;* Exc. Perr. unus Palat. Guelff. 1. 4. et Brix. *ac frustra*, et sic etiam in Venett. 1487. 1491. 1493. *heu frustra* Broukh. 1. *et frustra* Angl. 2. et Guelf. 3. *Servare frustra* Exc. Lips. Reg. Par. Beroll. 2. 3. 4. Scal. Vulp. et Heyn. in prima: *ah* servant tres Palatt. et Berol. 1. a marg.—35 Broukh. e conj. edidit *absentis*, ut sit genitivus, improbantibus Heyn. et Huschk.—37 *Ut mihi* Berol. 3. *Hanc mihi* Guelf. 2. *servandum* Brix. et Venett. 1491. 1493. *recusso* cod. Lips.—38 In eodem cod. *Verberat et trecto*, et a marg. *detrecto;* Broukh. ex Rheg. archaismum captabat *detracto*.—39 *Tum* tuentur Dat. Voss. 2. unus Angl. et Beroll. 1. 3. *Tunc....colit* omnes alii codd. *colis* conj. Guy. et reposuerunt Broukh. Heyn. et Wund. addic. Voss. 4. Zwicc. et Guarn. ‘ Nescio, quid acciderit Wunderlichio, ut scriberet, me ad I. 3. 21. probasse lectionem *colis*, quam ipse reposuit.’ *Huschk.* H. Voss. conj. *Tum: (procul hinc absit, qui colit*, et sic reliqua usque ad finem vs. 42. uncinata.—40 *Et fluit* Reg. unus Stat. Dat. Colb. quinque ap. H. Voss. Angll. 2. 3. 4. Beroll. 1. 3. et ed. Rom. probantibus Livin. Heyn. et Voss. receperunt Bauer. Wund. et Bach. Hanc ex suis quinque numero habere, eamque etiam præferre Burmannum II. notavit Voss. ‘ Equidem, si centum codd. centumque Burmanni consentirent

NOTÆ

eos qui vidissent sacra vetita, ut Appio contigit, et Pontifici Metello. Publium autem Clodium, qui etiam his sacris interfuit, Cicero dicit cæcum factum esse mente, non corpore.

35 *Alios suspirat amores*] Nævius etiam, ab amica teneri alium significans, sententia et verbis utitur huic loco non alienis. Hæc refert Festus in verbo ‘ Adnictat:’ ‘ Alii adnutat, alii adnictat, alium amat, alium tenet.’ Et alius quidam: ‘ alium tenet, alii nutat, alibi manus est occupata, alii pervellit pedem, alii dat annulum spectandum a labris, alium invocat, cum alio cantat, attamen aliis dat digito literas.’ Sed quis novit mulierum ingenium, atque artes et dolos, ut possit omnes recensere?

38 *Vincla pedum*] Non recusat ferre catenas et compedes, quibus illigati janitores servi ad fores excubabant apud Antiquos.

40 *Effluit effuso cui toga*] Qui laxius cingebantur, neque togam arcto satis nodo astringebant, delicati habebantur et amatores, ut Julius Cæsar, et Mæcenas, qui discinctus, male præcinctus, et tunicam habere solutam dicebatur.

Quisquis et occurret, ne possit crimen habere,
  Stet procul, aut alia stet procul ante via.
Sic fieri jubet ipse Deus; sic magna sacerdos
  Est mihi divino vaticinata sono.
Hæc ubi Bellonæ motu est agitata, nec acrem 45
  Flammam, non amens verbera torta timet.
Ipsa bipenne suos cædit violenta lacertos,
  Sanguineque effuso spargit inulta Deam.

fluxa dissoluto sinu demittitur: et quicumque obvius erit, ut flagitium habere nequeat, longe sistat, vel prius alio vico procul movetur. Ipsum numen ita fieri præcipit. Ita mihi prædixit Sacerdos magna cœlesti voce. Statim atque ipsa Bellonæ instinctu concitata est, nec ardens metuit rapidos ignes, nec inflicta flagra, ipsa sæva cultro brachia sua concidit, et cruore sparso ipsa innoxia Divam perfundit:

in lect. *Et fluit*, tamen retinendam esse censerem alteram.' *Huschk. Lapsa* cod. Lips. aliquot Stat. Beroll. 2. 3. Colb. ed. pr. min. Aldd. et Mur. *lassa* Par. Broukh. 1. 2. 3. Witt. 2. et Dat. sed *laxa* Statiani, Palatt. Witt. 1. Laud. Exc. Pocc. duo Heins. Angll. 3. 4. Rheg. et Venet. 2.—41 Beroll. 1. 3. *posset;* Berol. 2. unus Broukh. Vat. Ursini, nonnulli Stat. Angl. 1. ed. pr. min. Brix. et Venett. 1491. 1493. *crimen possit*, probante Heynio; Rheg. et Venet. 2. *crimen possit:* lect. nostram testantur cod. Lips. Par. et duo Broukh. —42 Statii emend. *Stet p. ante, alia* in textum admiserunt H. Voss. Wund. et Bach; in quod Heyn. etiam incidit; *Stet p. atque* Broukh. ut est in Exc. Pocc. et paucis aliis; Bach conj. *Stet p. ante, alias aut petat inde vias;* sed *inde* jam excogitaverat Statius: idem Stat. quoque emend. *aut alia stet p. antevia*, ut 'antemalorum.' Mitsch. locum a misello versificatore profectum censet.—43 Cod. Lips. *ipsa Venus.*—44 Reg. *sinu* pro *sono.*—45 Berol. 1. *H. tibi B. victa est;* Par. et Berol. 2. *mota est;* Berol. 3. *H. ubi victa B. est agit.*—46 Cod. Lips. Exc. Perr. Witt. 1. Angll. 1. 3. 4. 5. Par. edd. pr. maj. min. Brix. Venett. 1487. 1491. 1493. et Ald. 1. *non et amans;* Laud. Broukh. 1. Exc. Pocc. Venet. 2. et Rheg. *non et amans*, quod falso ascribitur in Obss. Wund. edd. pr. maj. et minori; *monet amans* Vicent. et a marg. *nec non amans;* Angl. 2. *non est; amens;* Witt. 2. *nec et amens;* Colb. *nec amens;* Scal. rec. *nec es amans;* Vat. Ursini *nec demens;* Berol. 4. a marg. et Vulp. 1. *non demens;* duo H. Voss. Guelf. 3. Ald. 2. Mur. Stat. et Dous. *non amens;* 'quæ scriptura hodie quoque conspicitur in codd. notæ melioris.' *Broukh.* Pro *verbera* ed. pr. min. habet *verbere.*—47 Witt. 1. *sua:* pro *violenta*, quod præter alios Beroll. 1. 3. Berol. 3. a m. secunda, Broukh. 1. Laud. Exc. Vatt. Heinsii et Ursini, cum ed. pr. min. et Ald. 2. habent, cod. Lips. Sfort. Berol. 2. Par. Broukh. 2. 3. Scal. rec. Angl. 1. ed. pr. maj. Brix. Rheg. Venett. 1487. 1491. 1493. cum aliis, *violata.*—48 *Sanguine et effuso* Par.

NOTÆ

43 *Sic fieri jubet ipse Deus*] Bellonam intelligit, cujus Numen ad terrorem usurpat: est autem Bellona bellorum Dea, et Martis soror. Hæc autem *Deus* dicitur, Græcorum more.

Magna sacerdos] Bellonæ nempe Sacerdos, seu ex Corybantibus afflata divino spiritu.

47 *Ipsa bipenne suos*] Bellonæ Sacerdotes ex Curetibus seu Corybantibus erant, nil sane sibi præter brachia in sacris vulnerabant. Lucanus: 'Tum quos sectis Bellona lacertis Sæva movet, cecinere Deos.'

Statque latus præfixa veru; stat saucia pectus;
  Et canit eventus, quos Dea magna monet: 50
Parcite, quam custodit Amor, violare puellam;
  Ne pigeat magno post didicisse malo.
Attigeris, labentur opes, ut vulnere nostro
  Sanguis, ut hic ventis diripiturque cinis.
Et tibi nescio quas dixit, mea Delia, pœnas; 55
  Si tamen admittas, sit, precor, illa levis!
Non ego te propter parco tibi: sed tua mater
  Me movet, atque iras aurea vincit anus.
Hæc mihi te adducit tenebris, multoque timore
  Conjungit nostras clam taciturna manus. 60

et manet latus obelo fixa, pectus vulnerata, et prædicit exitus quos potens Diva suggerit. Abstinete offendere puellam, quam Cupido servat, ne postea doleat vos id accepisse gravi vestro damno. Si quis violarit, excident ejus bona: sicut cruor manat e plaga nostra; sicut ista flamina et pulvis dissipantur. Tibi etiam, o mea Delia, prænuntiavit nescio quod supplicium, si tamen committas, opto ut illa inanis sit. Non tibi ignosco tui causa, sed nutrix tua flectit me, et furorem domat aurea vetula. Ipsa deducit te mihi nocte, et magno metu manus nostras furtim tacita

Guelff. 1. 2. 4. Brix. et Venett. 1487. 1491. 1493. *Sanguine et c. s. inepta deam* Commel. et Rom. *Sanguine et e. s. inepta deum* Berol. 2. et a marg. *inulta deam.*—49 *Satque* Dat. *perfixa* Corv. et Exc. Falc.—50 Angl. 5. *canit invitus:* Laud. Exc. Pocc. et Dat. *movet.*—52 Ed. pr. maj. et Rheg. *decidisse;* Stat. conj. *tetigisse.*—53 *Attigerit* cod. Lips. Beroll. Par. et edd. vett. Dousa primus edidit *Attigeris,* quod confirmant Monac. Bern. et Voss. 3. *et vulnere* Berol. 4.—54 In codem cod. *hoc,* et a m. sec. *hic;* unus Palat. cd. pr. maj. Rheg. et Venet. 2. *hinc;* Witt. 1. *vento;* Angl. 3. 4. *ventus.*—55 *Et mihi* Berol. 4. et a m. sec. *tibi;* Berol. 3. habet *Et tibi,* superscr. *mihi:* ed. pr. min. *vescio.*—56 Berol. 4. *amittas,* et a m. sec. *admittas;* Angl. 4. *admittat:* Berol. 2. *sint p. illæ leves;* Berol. 3. *lenis.* H. Voss. *ulla levis* e conjectura, et in notis *ulta levi,* improbante Huschk.—57 *Hæc ego te* Berol. 2. *tibi parco* Witt. 1.—58 Beroll. 1. 3. *monet,* et sic in edd. vett.—59 *Hæc me deducit* ex codd. Stat. Par. Guelf. 1. 4. Palat. 2. Berol. 2. Zwicc. 1. 2. uno Broukh. Vat. Heinsii, ed. pr. maj. Venet. 2. Brix. Rheg. Venett. 1487. 1491. 1493. cum Broukh. et H. Voss. revocavit Bach: Vossio in notis placuit, *Hæc mihi te sociat,* vel *placeat:* Angl. 1. *Hæc mihi te adjungit;* Angl. 2. *abduat;* Laud. *abducat:* Pricæus et Heyn. conj. *Hæc tibi me abducit.* Lect. nostram, præter Witt. 1. 2. et Broukh. 1. 2. confirmant cod. Lips. et ed. pr. min. sed in illo hoc distichon postpositum est sequenti.—60 Witt. 1. *tacitura.*—61 Berol. 3. *mea fixa.*—

NOTÆ

50 *Et canit eventus*] Vaticinabantur Bellonæ Sacerdotes stragem populorum, aut eversiones urbium; et ubi semel concepto furore discurrere cœpissent, iis maxima fides habebatur.

58 *Aurea anus*] Auream anum vocat, quæ sua sedulitate valde placeret; et est amantium in laudanda vetulæ diligentia proverbium.

Hæc foribusque manet noctu me affixa, proculque
  Cognoscit strepitus, me veniente, pedum.
Vive diu mihi, dulcis anus: proprios ego tecum,
  Sit modo fas, annos contribuisse velim!
Te semper, natamque tuam te propter, amabo. 65
  Quicquid agat, sanguis est tamen illa tuus.
Sit modo casta, doce, quamvis non vitta ligatos
  Impediat crines, nec stola longa pedes.
Et mihi sint duræ leges, laudare nec ullam
  Possim ego, quin oculos appetat illa meos. 70

connectit; ipsa etiam hærens ad ostium nocte expectat me, et, accedente me, sentit sonitum pedum. O mea vetula jucunda! longo tempore vive: ego optem, dum liceat, meos annos cum tuis communicasse: diligam te perpetuo, et filiam tuam tui causa: quidvis fucit, ipsa nihilominus est genus tuum. Tantum instrue ipsam, ut pudica sit, licet vitta non implicet comas ejus vinctas, nec prolixa stola pedes ejus: et gravia præcepta mihi sint, nec aliquam probare queam quin invadat mea lumina; et, si

62 *Agnoscit* Hamb. *strepitum* Reg.—63 Scal. edidit *Vive diu, mi,* ἀρχαϊκῶς. Burm. legit *Vive diu: tibi d. a. p. e. vitæ, &c.* adductus verbo *contribuisse,* quod *tibi* potius quam *tecum* requirere videtur; sed non mutandum censet Heyn. Hæc Burmanni emend. Santenio placebat, qui in in Bibl. Crit. p. 79. ad marg. annotavit, 'Sic Oudend. ad Apul. Met. p. 687. cf. Pass. ad Propert. p. 711. et Vulp. ad Eleg. ult. p. 95.' *mihi* testantur omnes Heyn. Witt. 1. 2. Broukh. 1. 2. 3. Angll. 1. 2. 3. 4. Venet. 2. Brix. Rheg. et Venett. 1487. 1491. 1493.—64 *Sit mihi* Reg. Dat. et Beroll. 1. 3. *Sit modo* Reg. Guarn. Goth. Berol. 2. et duo Voss. *conteruisse* conj. Heinsii, firmatam Vossianis 2. 4. recepit Broukh. improbante Doct. Jortin, in Tracts Tom. II. p. 451. Vide Obss. Misc. Vol. II. p. 241.—66 Cod. Lips. Par. omnes Beroll. Guelff. 1. 2. 3. ed. pr. maj. min. Rheg. Brix. et Venett. *agit;* Sfort. Thuan. Witt. 2. et Colb. *agat,* quod primus reposuit Broukh. *ille* cod. Lips. Witt. 1. Colb. Angl. 4. et ed. pr. min. *illa meus* Par.—67 Guelff. 1. 4. unus Brouhk. Exc. Perr. Berol. 2. Brix. et Venett. 1487. 1491. 1493. *nec vitta;* Par. et Berol. 3. *non victa;* Broukh. dedit *non stolu;* omnes Angll. et alii codd. *non vitta.*—69 Cum plerisque testantur *sint* cod. Lips. Witt. 1. 2. Broukh. 1. 2. 3. Angll. 1. 3. 4. Par. omnes Beroll. ed. pr. min. Rom. Lips. Vicent. Aldd. Mur. Scal. Broukh. et recentiores, excepto H. Voss. qui ex Statianis, Laud. Vat. Heinsii, Angll. 2. 5. Reg. ed. pr. maj. Rheg. Venet. 2. Brix. Venett. 1487. 1491. 1493. et aliis edidit *sunt.*—70 *Possum ego* Par. Statiani, Witt. 1. 2. Broukh. 1. 2. 3. Dat. Laud. omnes Angll. et Beroll. ed. pr. min. Venet. 2. Brix. Rheg.

NOTÆ

59 *Adducit*] Proprie: nam de lena matre loquitur, et 'adducere,' est, puellam alicui conciliare: unde etiam 'adductrices' lenas dixere Veteres.

67 *Quamvis non vitta ligatos*] Vitta fascia erat, qua Antiqui circum caput, vel crines, vel serta aut flores, aut quidvis aliud religabant. Vittis autem cingebantur non tantum Vestales, sed et aliæ Sacerdotes. Poëta hoc loco tangit Vestalium et Sacerdotum integritatem, ut pudicitiam matronarum quæ stolis ad usque ta-

Et, si quid peccasse puter, ducarque capillis
  Immerito, pronas proripiarque vias.
Non ego te pulsare velim; sed venerit iste
  Si furor, optarim non habuisse manus.
Nec sævo sis casta metu, sed mente fideli 75
  Mutuus absenti te mihi servet amor.
At quæ fida fuit nulli, post victa senecta,
  Ducit inops tremula stamina torta manu,

quid existimor deliquisse, quin crinibus trahor injuria, et abstrahar in iter citum: nolim verberare te; sed si hæc dementia mihi contigerit, ego cupierim manus non habuisse; ne pudica sis aspero timore; at mutuum studium te mihi remoto custodiat constanti animo. Quæ vero nemini fidelis fuit, postea confecta ætate egens trementibus manibus implicata fila trahit; et offigit stabilia stamina telis redemtis, et

Vicent. Venett. 1487. 1491. 1493. Ald. 1. et Basil. *Possum quin* ed. pr. maj. Ald. 2. Dous. Plant. Gryph. et H. Voss. *Possim quin* Mur.—71 *Etsi* ed. pr. min. *Ac si* emendatum in Guelf. 2. *At si* H. Voss. contra codd. fidem: *putor* Dat. Beroll. 1. 3. unus Broukh. Reg. Mur. et Dous. *putat* cod. Lips. Broukh. 1. 3. Colb. Angll. 1. 5. Beroll. 2. 4. Par. ed. pr. maj. min. Venet. 2. Brix. Rheg. Rom. Lips. Venett. 1487. 1491. 1493. Aldd. et Basil. *putem* Witt. 1. Laud. Angll. 2. 3. 4. *putet* Exc. Pocc. Vat. Heinsii; *puter* Exc. Statiani et Colot. quod primus edidit Broukh. *ducorque* Broukh. 1. 2. 3. Beroll. 2. 3. 4. Witt. 2. Angll. 1. 5. Venet. 2. Brix. Rom. Lips. Venett. 1487. 1491. 1493. Aldd. Basil. et Mur. *ducitque* Colb. et Corv. *ducarque* Statiani, Guelf. 3. Reg. Exc. Pocc. et Perr. Angll. 2. 3. 4. Berol. 1. duo Heins. Witt. 1. Laud. Vat. Ursini, Monach. Voss. 3. quod cum Cant. Voss. et Wund. favente Heynio, reposuit Bach: *ducter* quod recepit Heyn. debetur ingenio Scaligeri.—72 *In proprios merito* cod. Mureti; *Immerito propriis pro vias* cod. Lips. *proprias* Par. Statiani, Palatt. Witt. 1. 2. Broukh. 1. 2. 3. Scal. rec. Guelf. 3. Angll. 1. 3. 4. ed. pr. maj. min. Venett. 2. Brix. Rheg. et Venett. 1487. 1491. 1493. *propria* Corv. *proriprias* Vicent. *properans* unus Heins. et Berol. 4. a marg. *properas* ex ingenio dedit Scal. quod Dousa, Vulp. in prima, Passer. aliique amplexi sunt; sed *ponas* quod conj. Frut. exhibent Exc. Perr. et Pocc. Colot. et Vat. 1. 2. *proripiorque* Par. nonnulli Palatt. Broukh. 1. 2. 3. Scal. rec. Vat. 4. Berol. 4. a marg. Angl. 1. et Aldd. *præripiarque* Palat. 5. *diripiar* Exc. Lips. *propriarque* Vicent. et Rheg. *proripiatque* ed. pr. min. *proripiarque* Witt. 1. Laud. Exc. Perr. Vatt. 1. 2. Angll. 3. 4. Corv. ed. pr. maj. et Venett. 1491. 1493. *manus* pro *vias* Angll. 3. 4. *manu* Corv.; Heinsii emend. *pronas per rapiarque vias*, quam firmat Voss. 4. recepit Broukh. eumque secutus est Vulp. in secunda; H. Vossius ex ingenio in textum intulit, *pronus p. viæ*, pro quo Huschk. malit, *pronus projiciarque viæ* Wund. tentavit, *prona p. vio*, vel *prona p. manu*: denique Heynius, *ducterque capillis, Immerito, prensis.*—73 Reg. *pulsasse*: Cod. Lips. Vatt. Marcell. Berol. 2. Guelf. 3. Stat. Palat. Witt. 1. Broukh. 1. et Laud. *ipse.*—74 Angl. 2. *optarem:* Corv. *manum.*—75 *Ne* ex suo cod. edidit Scal. *Non* Dat. *scævo* Broukh. 1. et unus Palat. *servo* emend. Dousa; Vossius e vestigiis codicis Dat. qui cum Berol. 3. *si* pro *sed* exhibet, dedit *sic mente* in sensu obtestandi; Mur. Dousa, Wund. et Bach interpunctione separant verba

NOTÆ

los demissis utebantur. Utrasque et vittatas et stolatas mulieres hoc disticho complectitur Ovid. Arte Am. lib. I. 'Este procul vittæ tenues,

Firmaque conductis annectit licia telis,
  Tractaque de niveo vellere ducta putat. 80
Hanc animo gaudente vident juvenumque catervæ
  Commemorant merito tot mala ferre senem.
Hanc Venus ex alto flentem sublimis Olympo
  Spectat, et, infidis quam sit acerba, monet.
Hæc aliis maledicta cadant! Nos, Delia, amoris 85
  Exemplum cana stemus uterque coma.

pectit carptus ex alba lana tractos. Tunc læta mente juvenum cœtus illam aspiciunt, et dicunt vetulam jure pati tam multa incommoda: Venus e summo cœlo excelsa cernit hanc plorantem, et commonefacit, quod aspera sit perfidis. Probra ista contingant aliis! nos ambo, o Delia, simus in cano capillo amoris specimen.

sed mente fideli a vs. 76. improbante Huschk.—77 *Nam quæ* in nonnullis Stat. et Broukh. Ald. 2. et Basil. 1569. quod reposuit Broukh. *Ast* alter Broukh. Scal. rec. Scal. vet. Dat. Angl. 5. Venet. 2. Brix. Rom. et Venett. 1491. 1493. 1487. *Atque* cod. Lips. et Hamb. *At* Stat. Witt. Par. unus Broukh. ed. pr. maj. min. et Rheg. quod revocaverat Mur. abesse aliquot versus arbitratus, quibus castarum mulierum præmia exposita erant: Scal. tamen deesse aliquid negabat; cui assentitur Heyn. *potest victa* ed. pr. maj. et Rheg.—78 *Ducat* Berol. 1. *Ducat i. t. s. certa manu* Berol. 3. et Dat. *stamula* Vicent. *stamnia* Rheg. *stamina longa* Hamb.—79 *Seraque* malit Voss. *litia* ed. pr. maj. min.—80 *Textaque* Colot. *sub niveo* Colb. *dente putat* Ald. 2. et Gryph. *fila parat* Ald. 1. et Colin. *dente parat* Exc. Perr. Colot. Plant. et Gryph. 1573. *ducta parat* Venett. 1487. 1491. 1493. *ducta putat* cod. Lips. Par. Sfort. Broukh. 1. 2. 3. Witt. 1. 2. Colb. Exc. Lips. et Pocc. Gnelff. 2. 3. Laud. Scal. rec. Dat. unus Vat. Angll. 3. 4. 5. ed. pr. min. Venet. 2. Brix. Rheg. Vicent. et Broukh.—81 *Hanc oculo* Colb. pro diversa lect. *juvenesque* unus Broukh. *juvenumque catenis* cod. Lips.—82 Berol. 3. *senes.*—83 Hoc distichon non habet Colb. *frendens* cod. Lips. et a marg. *flentem:* Par. et ed. pr. maj. *olimpo.*—84 Par. Angl. 5. et Venett. 1487. 1491. 1493. *infœlix quod sit;* Gnelf. 1. *infelix quod sit;* in marg. Basil. 1569. ap. Heyn. *infelix cur sit;* in edd. Venett. 1500. et 1520. quoque *infelix:* habent etiam *quod* cod. Lips. nonnulli Stat. Broukh. 2. 3. Witt. 1. 2. Scal. rec. ed. pr. min. Aldd. Basil. 1569. Scal. et Gebh. *quæ* ed. pr. maj. et Vicent. *quam* Broukh. 1. Exc. Pocc. alii Stat. Vatt. 1. 2. Vat. Ursini et Brix. *quæ* Lips. *quod,* vel *quo,* Gnelf. 2. *quod s. a. canit* Hamb.—85 Commel. *alii m. canant.*—86 Cod. Lips. Berol. 1. edd. pr. maj. min. Aldd. Gryph. Mur. Stat. et Scal. *simus;* Bern. Ask. Voss. 3. Exc. Perr. Dat. Angl. 5. a m. sec. Palatt. unus Broukh. a m. pr. Gnelf. 4. Berol. 2. a m. pr. Zwicc. 2. Brix. Venett. et Rom. *stemus,* quod revocavit Broukh.

NOTÆ

insigne pudoris, Quæque tegis medios instita longa pedes.'

78 *Ducit inops tremula*] In maximis malis numerabant colo vitam misere tenuiterque tolerare: Juvenalis: 'Horrida quale facit residens in codice pellex.'

80 *Tractaque de niveo*] Tracta neutro genere, seu tractæ fœminino apud Varronem sunt carptus lanæ, quæ putabatur, sive carminabatur: putare enim nihil aliud est, quam lanam aptare, et carmine pectere. Titinnius: 'Date pensum lanam, qui non reddet tempori Putatam recte, facite ut mulctetur malo.'

ELEGIA VII.

HUNC cecinere diem Parcæ fatalia nentes
  Stamina, non ulli dissolüenda Deo:
Hunc fore, Aquitanas posset qui fundere gentes,
  Quem tremeret forti milite victus Atax.
Evenere; novos pubes Romana triumphos 5
  Vidit, et evinctos brachia capta duces.
At te victrices lauros, Messala, gerentem
  Portabat niveis currus eburnus equis.

Parcæ ducentes fila fatalia nulli Numini rescindenda prædixerunt hanc lucem futuram esse eam, quæ debellare posset Aquitanos populos, quam Aturus strenuo exercitu subactus pertimesceret. Illa contigerunt. Juventus Romana spectavit recentes triumphos, et ductores hostium *religatos brachia captiva. Te vero,* o *Messala, lauros triumphales gestantem vehebat currus eburneus splendidis equis. Non*

Eleg. VIII. e recens. Scal. Ed. pr. maj. hanc habet inscriptionem, *Gratulatur messale de victoria contra Aquitanos a se parta.*—1 *Hanc* Par. Zwic. 1. Venet. 2. Rheg. et Lips. ap. Heyn. *Tunc* Angl. 1.; alii *Nunc:* Voss. dedit *Hac c. die;* præiverunt autem Ayrm. et Heyn. tentantes, *Hoc c. die....Hoc fore, &c.*—3 *Nunc* Witt. 2. Hamb. Guelf. 3. et ed. pr. min. *Hanc* cod. Lips. *forte* pro *fore* Berol. 1. *quitanas* Par. *frangere* Berol. 3. et Cyll. in Comment. quod H. Voss. dedit e Guelf. 2. *spargere* Witt. 2. Colb. et Thuan. 'quod unde ortum sit, apparet: Venetæ habent *fundere,* et ceteri libri sine exceptione.' *Huschk.*—4 *Arax* Witt. 2. Corv. et Angll. 3. 4. *Arar* Broukh. 1. *Attas,* non *Atlas* ut narrat Broukh., Scal. recens; *Athax* Colb. *Atrax* Guelf. 1. *Atax* omnes fere libri, Beroll. Statiani, Witt. 1. Bronkh. 2. 3. Vat. 1. et Angll. 1. 2. quod, probatum Heynio, Bach, Voss. et Wund. revocarunt: *Atur* debetur ingenio Scal.—5 *Evenire* ed. pr. maj. *Et venere* Berol. 3. et Dat.—6 Witt. 2. et Angl. 5. *evictos;* Angll. 3. 4. *et euntes;* Corv. *euntes et;* Par. (e quo Wund. falso narrat *evictos,*) et Colot. exhibent *invictos;* Exc. Lips. *invictos.*—7 *Alte* Sfort. *laurus* Guelf. 2. a m. sec. quod reposuit H. Voss. *ferentem* Corv.—8 *Portabit* cod. Scal. Berol. 3. Sfort. Statii, Reg. Gebh. Colb. et Dat. cum edd.

NOTÆ

3 *Hunc fore, Aquitanas*] Hoc Carmine Poëta diem natalem Messalæ et ejus victorias celebrat: hoc autem bellum Aquitanicum quod commemorat, nullibi in Veterum monimentis proditum est. Aquitaniam Julius Cæsar Oceano, Pyrenæis, et Garumna flumine inclusserat: hanc postea Augustus amplificavit, et ad Ligerim usque protendit.

4 *Atax* [*Atur*] Alii legunt, *Atax,* sed puto legendum, *Atur,* nam *Aturus* fluvius est Aquitanorum, qui miscetur Oceano supra Aquas Tarbellicas, de quibus hic Poëta. Legitur tamen apud Melam *Atax* fluvius de Pyrenæis montibus in Mediterraneum mare præter Narbonem fluere, qui vulgo dicitur *Aude.*

Non sine me est tibi partus honos. Tarbella Pyrene
  Testis, et Oceani littora Santonici. 10
Testis Arar, Rhodanusque celer, magnusque Garumna,
  Carnuti et flavi cœrula lympha Liger.
An te, Cydne, canam, tacitis qui leniter undis
  Cœruleis placidus per vada serpis aquis?

absque me comparata est tibi gloria. Tarbella Pyrenea conscia est, et ora Oceani Santonici. Conscius est Arar, et Rhodanus citus, et Garumna amplus, et Liger, aqua cœrulea Carnuti fluminis; te etiam celebrabo, o Cydne, qui placide silentibus aquis æquoreus laberis tranquillis undis per vada: et quantus Taurus cælesti cacu-

pr. maj. min. Rheg. et Lips. quod habet Cyll. in Comment. *Portavit* conj. Guy. et Scal. in prima; *Portabat* cod. Lips. Beroll. 2. 4. Broukh. 1. 2. 3. Witt. 1. 2. Par. Brix. Venett. 1487. 1491. 1493. et Aldd. et sic Scal. constanter edidit: *nitidis* cod. Lips. nonnulli Stat. Palatt. Angll. 3. 4. 5. Broukh. 2. 3. Par. Witt. 1. 2. Scal. rec. edd. pr. maj. min. Venet. 2. Brix. Rheg. Venett. 1487. 1491. 1493. Ald. 1. et Scal. *niveis* Reg. Broukh. 1. Colot. Vat. Ursini, Ald. 2. et Mur. quod, Heinsio probatum, restituit Broukh.—9 Vat. 1. et H. Voss. omittunt *est:* Mur. legebat, *partus honos per bella: Pyrene Testis, &c.* Gryph. et Plant. habeut etiam *per bella;* Par. *honor tua bella Pirene;* cod. Lips. *onos tua bella priene;* ed. pr. min. *tua bella Pyrhene:* pro *tua bella,* quod item exhibent Statiani, Witt. 1. 2. Broukh. 1. 2. 3. Colb. Dat. Scal. rec. et omnes Beroll. et Angll. *Tarbella* excogitavit Scal. quod egregiam emend. vocat Huschk. et nunc firmaut Monac. et Voss. 1. 3.—10 *Sanctonici* duo Broukh. Angll. 3. 4. 5. Par. Rheg. et Venett. 1487. 1491. 1493. *Santonia* Dat.—11 *Atax* Beroll. 2. 3. Dat. nnus Broukh. et unus Guelf. *Arax* alius Guelf. Witt. 2. Colb. Angll. 3. 4. et Rom. *Arar* Guelf. 2. Broukh. 1. 2. Witt. 1. Par. edd. pr. maj. min. cum aliis; *erit* vel *Arar* Angl. 5. *Rodanusque* Par. —12 *Carmoti et flavi* Berol. 4. codd. Mur. Stat. Vat. Brix. Venett. 1487. 1491. 1493. et Aldd. *Carnoti et flavi* alii codd. Stat. Broukh. 1. 2. 3. Witt. 1. 2. Scal. rec. omnes Angll. Beroll. 1. 2. 3. Corv. Par. edd. pr. maj. min. Venet. 2. Rheg. et Vicent. *Flavi et Carnuti* Vat. 1. *Carnuti* exhibet etiam Guelf. 3. pro *flavi* Scal. reposuerat *fluvii,* improbantibus Heyn. et Huschk. *cerrula limpha* Par. *cerula lympha Lyger* ed. pr. maj.—13 *At te Cidne* Beroll. 1. 2. Par.

NOTÆ

9 *Tarbella Pyrene*] Tarbelli ab Occidente Pyrenæis jugis finiuntur. Primariam urbem habent Aquas Tarbellicas, vulgo *Acqs,* ad ripam Aturi fluminis, Gallice, *Adour.*

10 *Santonici*] Santones Populi sunt inter Aquitanos, quorum Metropolis civitas est Mediolanum, vulgo *Saintes.* Regio vero dicitur 'Santonia,' vulgo *la Saintonge.* Plinius eos 'Eleutheros,' sen 'Liberos' vocat. Spectant ad Oceanum Aquitanicum, qui etiam ab iis 'Santonicus' appellatur.

11 *Testis Arar*] Arar vel Araris flumen est Galliæ, quod per fines Æduorum et Sequanorum in Rhodanum fluit, qui eum suo flumine præcipitem reddit: vulgo dicitur, *la Saone.*

Rhodanusque celer] Rhodanus, *le Rhône,* Narbonensis est Galliæ flumen, quod ex Alpibus Rhœticis per lacum Lemannum præcipiti cursu in mare Mediterraneum delabitur.

Garumna] Vulgo *la Garonne,* fluvius Aquitaniæ, qui ex Pyrenæo monte delapsus perlustratis Tolosa et Burdigala mari se miscet Aquitanico, duarum fere leucarum ostio.

12 *Carnuti et flavi* [*fluvii*] Liger

Quantus et aërio contingens vertice nubes 15
Frigidus intonsos Taurus alat Cilicas?

mine tangens nubila gelidus Cilicas arat capillatos. Quid commemorem quomodo

et ed. pr. min. *At te cydne* Beroll. 3. 4. et ed. pr. maj. *Et te* Guelf. 3. a marg. Laud. et Angl. 2. *Quid te* Vat. Ursini; *An te* Guelf. 3. Colot. et Exc. Pocc. *Cidne* habent etiam Witt. 1. 2. et Broukh. 1. 2. *tacitus* Berol. 3. *tantis* Berol. 2. quidam tentavit *tacitis q. l. ulvis;* ed. pr. min. *leviter undis;* cod. Lips. *unguis.*—14 Bauer. Wund. et Bach. ex edd. pr. maj. min. cum aliis vett. et plur. codd. etiam Beroll. 1. 2. 3. et omnibus Angll. et Zwicc. dederunt *Cæruleus placidis;* Stat. emend. *Cæruleis placidus,* quod Broukh. primus recepit, et tres libri Voss. nunc confirmant: *Ceruleus tacitis* Berol. 4. *placidæ p. v. s. aquæ* dedit H. Voss. *Cæruleæ placidus per v. s. aquæ?* conj. Huschk. pro vada in Reg. *prata;* Heyn. conj. *freta.*—15 *Quantus ab* Beroll. 1. 2. *ætherio* in vulgg. *aërio* e Reg. et uno Voss. cum Bauer. reposuit etiam Bach: *contingis* Berol. 3. et unus Broukh. *contingere* Colot. *consurgens* Palat. 'His Voss. substituit *conscendens.* Fatendum est non satis accurate montem dici 'vertice ætherio 'contingere nubes;' nam 'ætherius vertex' nubes jam superavit. Verum multo certiorem medelam offerunt duo codd. pro *ætherio* exhibentes *aërio.* Hæc lectio Tibullo restituenda videtur; nam 'aërii montes' perpetuo dicuntur.' *Huschk.* Mox ed. Lips. *intonsas:* pro vulg. *arat,* (quod tuentur codd. Par. Stat. Mur. omnes Beroll. Broukh. 1. 2. 3. Witt. 1. 2. Colb. Angll. 2. 3. 4. 5. edd. pr. maj. min. Venet. 2. Brix. Rheg. Venett. 1487. 1491. 1493. cum aliis,) Exc. Perr. et Vat. 1. cum codd. Mur. et edd. Plant. Gryph. 1573. Dous. Passer. Morell. Voss. et Wund. *alat:* 'est tamen hoc ipso Tauro frigidius inprimis in poëta.' *Heyn.* Sed hæc fortasse non Tibulli culpa est. Fieri enim potuit, ut librarius sententiam corrumperet, duorum verborum *contingens* et *alat* inter se permutando modos. Nempe Tibullus ita scripsisse videtur, *Quantus et aërio contingat vertice nubes Frigidus intonsus Taurus alens Cilicas:* sic omne orationis frigus evanescit.' *Huschk.* Beck. tentabat *habet,* et Burm. *adit.* Par. et ed. pr. min. habent *Cylicas.*

NOTÆ

nobilissimus Galliæ fluvius Carnutum fines præterfluit, potius quam secat; dicitur autem 'Carnutus fluvius,' ut Tyberis 'Tuscus amnis' dictus est.

13 *An te, Cydne, canam*] Sperat se alium Messalæ triumphum Carmine celebraturum esse, tunc enim Messala in Isauria bellum gerebat. Cydnus vero Ciliciæ fluvius est, qui Tarsum prætervectus in mare influit. Ciliciæ autem proxima Isauria est, quæ sunt regiones Minoris Asiæ.

16 *Intonsos Taurus alat* [*arat*] *Cilicas*] Intonsos Cilicas vocat eos, qui Taurum eamque Ciliciæ partem, quæ Trachea dicebatur, incolebant: ut eorum regio montana erat, asperiores proinde erant, agrestiores. Est autem Hypallage, unumque pro alio subjicitur. *Taurus arat Cilicas,* pro *Cilices arant Taurum.* Nonnulli legunt, *alat,* pro, *arat,* adducti nempe Strabonis auctoritate, qui scribit montis Tauri fastigium adeo ferax esse, ut alere possit multa hominum millia. Advertant tamen hi, *alat* esse subjunctivum, qui modus hic non convenit. Taurus autem Asiæ mons est maximus, qui e Cilicia in extremas Indiarum oras, et in Oceanum Borealem, per varios terrarum tractus, in quibus varia sortitur nomina, protenditur. Dicitur porro frigidus ob altitudinem, et arborum et sylvarum densitatem.

Quid referam, ut volitet crebras intacta per urbes
  Alba Palæstino sancta columba Syro?
Utque maris vastum prospectet turribus æquor
  Prima ratem ventis credere docta Tyros? 20
Qualis et, arentes cum findit Sirius agros,
  Fertilis æstiva Nilus abundet aqua?

candida columba sacra Palæstino suo vagetur illæsa per oppida frequentia? et quomodo Tyrus prima erudita committere naves flaminibus e turribus prospiciat in mare spatiosum? et qualis fœcundus Nilus æstiva unda circumfluat, cum Canicula cam-

—17 Guelf. 1. *ut volucres:* Berol. 2. *crebras volitet:* Berol. 4. *per undas.*—18 Ed. pr. maj. *palestino:* Par. *Siro;* Scal. 1. e cod. *suo.*—19 *Atque* Broukh. 1. *prospectat* Scal. rec.—20 Witt. 1. *posse,* et pro v. l. *docta;* Witt. 2. *recta:* in plerisque Stat. *Tyros;* ed. pr. maj. *Tyrus;* ed. pr. min. *Tiros.*—21 Colot. *ardentes:* H. Voss. *quom:* cod. Lips. *confundit;* ed. pr. maj. *confindit Syrius;* Reg. *confundit;* in duobus Statianis *scindit.*—22 Par. *Nillus:* cod. Lips. Witt. 2. Dat. et Scal. rec. cum ed. pr. min. *abundat;* 'quod recipiendum videtur, quamvis præcesserint *volitet, prospectet.* Sæpe classici scriptores hoc modo variant orationem.' *Huschk.* Beroll. 3. et Witt. 1. *habun-*

NOTÆ

18 *Palæstino sancta columba*] Palæstinis sancta dicitur columba, quam non edunt. Lege enim cautum fuisse tradunt Scriptores apud Syros, quorum regio Palæstina est, ut columbas et pisces non ederent. Hyginus Fabula 197. 'Syri pisces et columbas ex Deorum numero habent, non edunt.' Palæstina pars Syriæ, quam Palæstini, seu Philistini in sacris Scripturis, populi incoluerunt, Arabiæ est, Phœniciæ, et mari Mediterraneo contermina: vulgo nunc dicta, *Terra Sancta.*

20 *Prima ratem ventis credere docta Tyros*] Artem navigandi alii Neptuno, alii Minervæ, alii Pyrrhono Lydo, alii Samothracibus, alii aliis tribuunt inventoribus. Pomponius Mela cum Eusebio Pamphili scribit Phœnicas, seu Tyrios maria primos adire institnisse, navesque excogitasse: quam sententiam amplectitur Tibullus. Tyrus vero urbs est Phœniciæ, olim insula prealto quatuor stadiorum freto a continenti divisa, sed Alexandri Magni quondam eam oppugnantis opera eidem continenti commissa. Vide Q. Curtium lib. IV. cap 2. et 3.

21 *Cum findit Sirius*] Sirius stella est in ore Canis sideris, quæ a Latinis 'Canicula' dicitur. Ad hanc stellam cum Sol accedit mense Julio duplicat æstus, et mortalium corpora languida reddit, terramque et agros ita exsiccat et exurit, ut *findi* et hiscere videantur. Virgil. 'Ergo ubi hiulca siti findit Canis æstifer arva.'

22 *Æstiva Nilus*] Nilus est fluvius Ægypti, cujus fons et origo olim erat ignota; novæ vero relationes Nilum in intima Æthiopiæ regione, maxime ad Austrum asserunt nasci; unde per varios circuitus, longosque multarum regionum tractus, per Ægyptum, quam æstate limo et arenis suis fœcundat, plurimis etiam et magnis in itinere receptis fluminibus, ingenti aquarum mole septem ostiis in mare Mediterraneum exoneratur. Æstiva aqua dicitur abundare, quia æstate in campos Ægyptios exundat. De his vide Senec. Quæst. Nat. So-

Nile pater, quanam possum te dicere causa,
Aut quibus in terris occuluisse caput?
Te propter nullos tellus tua postulat imbres, 25
Arida nec Pluvio supplicat herba Jovi.
Te canit, atque suum pubes miratur Osirim
Barbara, Memphiten plangere docta bovem.

pos aridos hiulcat? O Nile pater, qua ratione, aut qua in regione possum referre te abscondisse caput tuum? Terra tua propter te nullas pluvias petit, nec sicca gramina Jovi imbrifero vota faciunt. Juventus fera erudita lugere bovem Memphi-

dat; sic etiam in Berol. 1. sed lit. *e* superscr.—23 Angl. 2. Witt. 1. et Bern. *quanam te possim;* Berol. 3. *q. te possum;* plures ap. Stat. et Voss. Palatt. Par. Reg. Guelf. 1. 4. duo Broukh. Angl. 1. 2. 5. Berol. 2. uterque Zwicc. Exc. Pocc. et edd. H. Voss. Wund. et Bach habent *possim;* cod. Lips. Witt. 2. unus Broukh. Beroll. 1. 2. 4. pauci ap. Stat. ed. pr. min. Aldd. Mur. et Scal. *possum;* Rheg. *posim;* Vindob. *possem:* Berol. 1. *tibi dicere.*—25 Ed. pr. maj. et Lips. *tellus te:* Par. *ymbres;* ed. pr. maj. *hymbres.*—26 *Arrida* Par. *pluvias* Berol. 2. *supplicat* Witt. 2.—27 Witt. 1. unus Scal. et Ald. 2. *proles;* duo Stat. Vatt. duo Broukh. omnes Beroll. Par. Witt. 2. Venet. 2. Brix. Rheg. et Venett. 1487. 1491. 1493. *pubes;* codd. Heyn. et Ald. 1. *pubem:* Par. *Osyrim;* H. Voss. dedit *Osirin,* invitis codd. quod primus induxisse videtur Mur. *Osirim* exhibent edd. vett.—28 *Memphitem* cod. Lips. omnes Beroll. Par. Broukh. 1. 2. 3. Witt. 2. Dat. ed. pr. maj. Venet. 2. Vicent. et Rheg. *Memphiten* ex Aldd. revocavit Heyn. *plaudere* Exc. Pocc. Perr. et Lips. Angl. 1. Vatt. 1. 2. Brix. et Venett. 1491. 1493. sed *plungere* testantur omnes Stat.

NOTÆ

lin. Strab. novasque de Nilo relationes.

26 *Nec Pluvio Jovi*] Jovis Pluvii simulacrum Athenienses venerabantur, aramque ipsi positam in monte Hymetto: unde cum opus erat pluviam comprecabantur; proptereaque etiam 'Jupiter Hymettius' cognominatus, qui et 'Ombrius,' seu Græce Ὄμβριος, et Ὑέτιος, id est, *pluvialis* et *pluviosus.* In monte etiam Parnete in Attica Juppiter Ombrius colebatur. Vide Pausan. in Atticis, et Phornutum. Tertullianus sacra, quæ Pluvio Jovi fiebant, vocat Aquilicia in Apologet.

27 *Pubes mirutur Osirim*] Osirim seu Osirin et Nilum non solum eundem Deum, sed et idem nomen esse contendunt Plin. lib. v. cap. 9. 'Siris quoque Nilus nominatus est per aliquot millia.' Sirin olim Nilum vocabant Æthiopes; Syenes incolis Nilus dici cœpit. Osiris autem vox est composita ex articulo Græco ὁ, et *siris,* quod patet ex his nominibus Ægyptiacis, 'Busiris,' 'Petosiris,' 'Calasiris,' &c. Osiris autem dicitur docuisse primus Ægyptios arare et colere terram, uti vino, messes et fructus colligere; ipsumque postquam cum conjuge Iside diu in Ægypto regnasset, clam a fratre Stiphone fuisse oppressum tradunt; cumque bos, dum sepeliretur, cœpisset apparere, eum esse Osirim homines putaverunt, adoraveruntque ut Deum, et Apim vocaverunt, hoc est, bovem, lingua Ægyptiaca.

28 *Memphiten plangere docta bovem*] 'Apim' nominabant hunc bovem, quem certos vitæ annos excedere non licebat: hunc in lacum demersum Ægyptii, indicto justitio, veste

Primus aratra manu solerti fecit Osiris,
  Et teneram ferro solicitavit humum. 30
Primus inexpertæ commisit semina terræ,
  Pomaque non notis legit ab arboribus.
Hic docuit teneram palis adjungere vitem:
  Hic viridem dura cædere falce comam.
Illi jucundos primum matura sapores 35
  Expressa incultis uva dedit pedibus.
Ille liquor docuit voces inflectere cantu,
  Movit et ad certos nescia membra modos.
Bacchus et agricolæ magno confecta labore
  Pectora tristitiæ dissoluenda dedit. 40

ticum celebrat te, et suum Osirim suspicit. Osiris primus aratrum artificiosa manu fabricavit, et ferro mollem terram exercuit. Ille primus semina rudi humo credidit, et collegit poma ex arboribus nondum cognitis. Idem monstravit flexibilem vitem pedamentis alligare, idem docuit *rigida falce vernantes frondes amputare. Eidem racemus maturus primo sordidis pedibus exculcatus suaves liquores præbuit. Latex ille instituit inflectere voces cantu, et excitavit rudes pedes ad certos numeros. Bacchus etiam coloni corpora defatigata duro opere concessit mœrori recre-*

Beroll. Par. alii.—29 *Osyris* Par.—30 Santen. ad marg. ed. Broukh. conj. *Et veterem.*—31 Ed. pr. maj. *inexperte.*—32 Guelf. 2. *legit in.*—33 In nonnullis Stat. *ternam.*—34 ‘ Emendavit nescio quis, *curva c. falce;* quod recte rejiciens Broukh. ‘ duram ’ dici falcem ait propter ferri rigorem.’ Sed præstat sequi Voss. qui ‘ severam ’ vel ‘ immitem ’ interpretatur.’ *Huschk.* Par. *cedere.*—35 Par. Guelf. 3. Witt. 1. Broukh. 1. Dat. ed. pr. maj. min. cum Venet. 2. Rheg. et aliis vett. *jocundos:* cod. Lips. Reg. Beroll. 1. 3. Dresd. Ask. et Angl. 5. *sopores.*—36 Stat. conj. *inlutis,* i. e. illotis; Heins. *adductis.*—38 Angl. 2. *ad tritos.*—39 Heins. conj. *constricta.*—40 Mur. Passer. Guy. Heins. omnes malebant *lætitiæ,* quod etiam Stat. in uno Colotii libro, quanquam vano forte rumore, esse audierat; Burm. *tristitia,* quod exhibet Colot. legere mallet: nostram confirmant Par. omnes Angll. et Beroll. complures H. Voss. et inter-

NOTÆ

scissa, et laceratis crinibus, defunctum plangebant. Invento vero alio, mirifice lætabantur. Si omnes de Apide nugas nosse velis, adito Strab. lib. XVII. Plin. lib. VIII. cap. 46. Solin. cap. 35. Ammiani Julianum, Melam Pompon. Diodor. Sicul. lib. I. Macrob. lib. I. Saturnal. cap. 21. Lilium Girald. de Diis Gentium Syntagm. 6. Selden. de Diis Syris, Syntagmate 1., &c.

39 *Bacchus et agricolæ*] Osiris idem est apud Ægyptios, qui Bacchus apud Græcos, de cujus nominis varietate Ausonius ait: ‘ Ogygiæ me Bacchum vocant, Osirim Ægyptus putat, Mystæ Phaneten nominant, Dionyson Indi existimant, Romana sacrum Liberum, Arabica gens Adonium, Lucaniacus Pantheum.’

40 *Pectora tristitiæ dissoluenda*] Mirum est, quantum hic versus torqueat Interpretes. Nullos fere reperio, qui hunc possint concoquere. Alii legunt *lætitia,* alii *lætitiæ,* alii ita legi exoptant. Quod sane non displice-

Bacchus et afflictis requiem mortalibus affert,
Crura licet dura compede pulsa sonent.
Non tibi sunt tristes curæ nec luctus, Osiri,
Sed chorus, et cantus, et levis aptus amor;
Sed varii flores et frons redimita corymbis, 45
Fusa sed ad teneros lutea palla pedes:

anda. Bacchus quoque solatium affert conflictatis hominibus, tametsi eorum *crura resonent ferreis compedibus vexata.* O *Osiri, nec graves solicitudines, nec dolor tibi conveniens est, at saltationes, et cantilenæ, et Amor jocosus* te decet; *at diversi flores, et caput cinctum hedera; at vestis crocea ad molles pedes defluens, et Tyria indumenta, et fistula suavis modulatione, et arcula tenuis sacrorum arcanorum ca-*

que Zwicc. *dabit* Angl. 2.—41 Angl. 1. *aflictis:* Par. *offert.*—42 ‘Versus 39-42. ex alio Carmine illatos suspicor; nimis aliena est Bacchi commemoratio.’ *Heyn.* In Vat. uno Stat. Florent. Beroll. 2. 4. Par. Broukh. 1. 2. 3. Witt. 1. 2. Angl. 1. 2. 3. 4. et edd. vett. fere omnibus, *cuspide,* ortum e scriptura *cūpide; u* enim pro *o* scribere solebant; (Vide Koppii Tachygr. Vett. Tom. I. p. 269.) hinc in Rom. *cuzpede:* sed *compede* habent Angl. 5. Ask. Berol. 4. a marg. Monac. et ed. pr. min. quod revocatum ab Aldo, non derelictum postea nisi a Broukh. qui versum ita emendando corrupit, *cuspide inulta sonent;* invenerat ille in Witt. 2. Scal. rec. Angl. 3. et Colb. *multa* pro *pulsa,* unde formabat *inulta,* improbante Doct. Jortin, in Tracts Vol. II. p. 852. qui malebat *inusta;* Exc. Pocc. et Perr. nonnulli Stat. et Vatt. 1. 2. *pressa;* Angl. 5. *pulsa,* vel *victa;* Beroll. 1. 3. et Dat. *vincta,* ut conj. Medebach. in Obss. p. 70.; Laud. unus Broukh. Angl. 2. et Berol. 2. *sonant.*—43 Beroll. 1. 3. Corv. Dat. et Angll. 3. 4. *sint:* Par. Broukh. 1. Ald. Gryph. et Plant. *non luctus;* omnes Angll. Broukh. 2. 3. Witt. 1. 2. Dat. edd. pr. maj. min. Venet. 2. Brix. Rheg. et Venett. 1487. 1491. 1493. *nec;* Sfort. *vultus,* quod dederunt Broukh. et Vulp. improbante Jortin. *Osyri* ed. pr. min.—44 *Et thorus* Angl. 3. *Et torus* tres ap. Huschk. *locus* Vindob. *et quantus* pro *et cantus* ed. pr. min. *levis et* Guelf. 1. 4. Florent. Rom. Venett. 1487. 1491. 1493. Brix. et Ald. 1. quod Mur. Basil. 1569. Plant. Gryph. et Dous. mutarunt in *lenis et;* Berol. 4. habet quoque *lenis:* Berol. 1. 3. *actus amor;* cod. Lips. *artus.*—45 Idem cod. *vacui;* Berol. 1. 3. *variis:* cod. Lips. *corĭbis;* ed. pr. min. omisso apice *coribus;* Par. *chorimbis.*—46 *Fusa quoque* unus Palat. uterque Zwicc. ed. pr. maj.

NOTÆ

ret. Puto tamen hoc modo posse ordinari: *Bacchus etiam pectora agricolæ magno tristitiæ labore confecta dissoluenda dedit.* Juxta illud Senecæ in Hippolyto vs. 445. ‘Curas Bacchus exoneret graves.’

42 *Compede pulsa*] Alii legunt, *pressa.* Idem Tibullus lib. II. ‘Spes etiam valida solatur compede vinctum, Crura sonant ferro, sed canit inter opus.’

43 *Non tristes curæ*] Ovid. etiam de Arte Am. ‘Cura fugit multo diluiturque mero. Tunc veniunt risus, tunc pauper cornua tollit, Tunc dolor et curæ rugaque frontis abest.’

46 *Lutea palla*] ‘Palla,’ ait Servius, ‘proprie est vestis muliebris deducta usque ad vestigia;’ deinde ad Citharœdos et Saltatores translata est. Tam igitur palla, quam stola mulierum peculiares fuere, et matrum-familias causa comparatæ, ut iis viri non facile uti possent sine vituperatione, ut ait Ulpian. lib. XLIV.

Et Tyriæ vestes, et dulcis tibia cantu,
  Et levis occultis conscia cista sacris.
Huc ades et centum ludis Geniumque choreis
  Concelebra et multo tempora funde mero. 50
Illius e nitido stillent unguenta capillo,
  Et capite et collo mollia serta gerat.

pax. Huc adesto, et centum ludos, et Genium tripudiis frequenta, et perfunde caput multo vino, et aromata fluant ex illius comis splendidis, et gestet coronas teneras et vertice et collo suo. Ita hodie accedas, ut tibi honores thuris præbeam,

Venet. 2. Brix. Rheg. Vicent. et Lips. ap. Heyn. *pedem* ed. pr. maj.—47 Frut. primus conj. *dulci*, postea Dous. P. et Guy. et sic Goth. Vulp. 1. Voss. et Bach; *dulcia* in nonnullis codd. cum ed. pr. maj. Venet. 2. Rheg. et Lips. *dulcis t. flatu* legi jussit Heins. ' *cautus* enim præcesserat.'—48 ' Broukh. mallet *brevis;* sed *levis* esse debuit, cum vitilis seu viminea esset, et a virginibus, quas *κανηφόρους* vocabant, portaretur.' *Heyn.*—49 Statii emend. *ludis*, quam primus restituit Broukh. firmant Mon. Ask. et Voss. 3. Vestigia hujus lect. in *ludes*, corrupt. ex *ludeis*, cernuntur, quod e Guelf. 1. Venett. 1487. 1491. 1493. 1500. receperunt: Guyeti conj. *et sanctum ludo* H. Voss. in textum admisit: in omnibus aliis codd. et edd. vett. *ludos*, unde Heyn. et Markl. *et Genium ludo Geniumque:* Huschk. proposuit, *et Genium ludis centumque.*—50 *Concelebra: multo* Berol. 3. Dat. et ed. pr. min. *tende* Guy. *fonde* cod. Lips. —51 *Illius nitido* Reg. et Venett. 1487. 1491. 1493. 1500. 1520. probante Santen. *et nitido* cod. Lips. Beroll. 2. 3. 4. Par. Dat. Stat. Broukh. 1. 2. 3. omnes Angll. ed. pr. min. Ald. et Scal. *e nitido* Guelf. 1. 4. Exc. Pocc. Witt. 1. 2. Vat. 2. et Palat. cum Basil. Mur. Plant. Gryph. aliis; Heyn. verbo *Illius* offensus, corr. *Et Syria e nitido....geras:* cod. Lips. *onguento capilli.*—52 Heyn.

NOTÆ

47 *Tyriæ vestes*] Vestes purpureæ; in urbe enim Tyro optima purpura tingebatur. De quibus supra pluribus.

48 *Conscia cista sacris*] Occultabantur in cistis seu arculis Orgia Bacchi, et sacra Isidis et Osiridis, aliorumque Deorum arcana mysteria et secreta mystica. Apuleius: ' Ferebatur ab alio cista secretorum capax penitus, celans operta magnificæ religionis.' Unde Martialis ' Cistigeros ' sacrorum horum Custodes et Sacerdotes per contemptum vocat: ' Nupsisti Gellia Cistigero.'

49 *Et centum ludis*] Centum dixit pro multis. Ea autem certamina intelligit, de quibus Virgilius: ' Centum quadrijugos agitabo ad flumina currus.'

Geniumque choreis] Genium dicebant Antiqui naturalem Deum uniuscujusque loci, vel rei, aut hominis. De Genio hominis, sic Censoriuus: ' Genius ita nobis assiduus observator appositus est, ut ne puncto quidem temporis longius abscedat, sed nos ab utero matris acceptos ad extremum usque vitæ diem comitetur.' Genium autem celebrabant, ipsi sacrificando, et ludis, et choreis, et conviviis iudulgendo. Unde Ovid. Remed. Am. ' Aleaque, et multo tempora funde mero.'

51 *Illius e nitido*] Sic res sacra fiebat Genio, die præsertim natali, Genioque offerebantur flores, et serta, merum seu vinum, liba, unguenta seu aromata, thus, et aliquando etiam animalia, ut apud Horat. III. Od. 17. ' Cras Genium mero Placabis, et

Sic venias hodierne: tibi dem thuris honores,
  Liba et Mopsopio dulcia melle, feram.
At tibi succrescat proles, quæ facta parentis 55
  Augeat, et circa stet veneranda senem.
Nec taceat monumenta viæ, quem Tuscula tellus,
  Candida quem antiquo detinet Alba lare.

et offeram liba Mopsopio melle suavia. Tibi vero nascatur filius, qui res gestas patris amplificet, et officiosus circumsistat te senem. Neque sileant monimenta itineris, quæ Tuscula regio, et Alba candida veteri domicilio terminat. Ibi enim

malit, *E capite et collo.*—53 *Sic venies* Exc. Pocc. ed. pr. maj. Venet. 2. Rheg. et Vicent. *veniat* Guelf. 1. 4. Venett. 1487. 1491. 1493. et Rom. *venias* exhibent cod. Lips. Par. Witt. 1. 2. Broukh. 1. 2. 3. Guelf. 3. Corv. omnes Beroll. et Angll. ed. pr. min. Aldd. Mur. Stat. et Scal. *hodierna* Aldd. *odierne* cod. Lips. Pro vulg. *dum*, cod. Lips. Stat. Angll. 1. 3. omnes Beroll. Zwic. 2. plur. H. Voss. Witt. 1. 2. Guelff. 2. 3. Corv. Broukh. 1. 2. 3. Laud. et Par. cum ed. pr. min. Vicent. Venet. 2. et Heyn. 1. 2. habent *dem*, quod reposuerunt Scal. Broukh. Vulp. Voss. Bauer. et Wund.; *dein* Dat. *det* Colb. *dent* Angl. 4. *dum* Guelff. 1. 4. Rom. Lips. Venett. 1487. 1491. 1493. Ald. Colin. Gryph. Plant. et sic Heyn. 3. *honorem* Guelf. 2.—54 *Libaque Mopsopio* in Vat. Heins. et Voss. 2. quod reposuit Broukh. *Lilia* Berol. 2. et a marg. *Liba mesopia;* Berol. 3. *Libia et Mesopia;* Par. *Liba et Messopia;* ed. pr. min. *Liba et Messopio .... mella;* ed. Lips. *Libo, et;* Guelf. 2. *Libem et M. d. mella favo;* Berol. 4. *mespio*, et in marg. *mosopio d. mella feram*, et a m. sec. *favo;* Passer. *Mopsopiæ;* Par. Broukh. 2. 3. unus Palat. Beroll. 2. 3. Angll. 1. 3. 5. ed. pr. min. Venet. 2. Brix. et Rheg. habent etiam *mella;* unus Heins. *dulcia mellis avo;* unde ille, *tibi dum turis honores Libem et M. d. melle favo.*—56 *Audiat* unus Palat. *circha* Par. *contra* Angl. 3. *venerata* Sfort. Corv. Beroll. 1. 3. Witt. 2. Dat. et Scal. rec. quod, præeunte Stat. in textum intulerunt Broukh. et Vulp. abjecit Heyn. *veneranda* testantur cod. Lips. Par. Reg. omnes Guelf. Angll. Beroll. alii.—57 *Ne taceat* in plur. Stat. Beroll. 2. 3. Par. et Angl. 1. *Ne taceam* Scal. rec. *Non taceam* cod. Lips. Broukh. 1. Aldd. Mur. Basil. Plant. Gryph. et Gebh. *Nec taceant* cod. Scal. nonnulli Stat. Corv. et Angll. 3. 4. ut edidit Dous. at *Nec taceat* legitur in Palatt. Beroll. 1. 4. Broukh. 2. 3. Witt. 1. 2. Exc. Pocc. Laud. Vatt. 1. 2. Angll. 2. 5. aliis, cum edd. pr. maj. et min. Venet. 2. Brix. Rheg. et Vicent. *quæ* cod. Lips. Par. ed. pr. maj. et min. Aldd. Mur. Basil. Plant. Gryph. Gebh. Scal. et Dous. *quem* Venet. 2. Rheg. Vicent. *q̄* Venett. 1487. 1491. 1493. *que* in uno Broukh. *quē* ed. Lips.—58 *Candidaque* in vulgg. quod revocarunt H. Voss. et Wund. *Gaudia que* cd.

NOTÆ

porco bimestri.' Luculenter sacrificium Genii hic describit Tibullus, sed non minus eximie idem fecit lib. II. Eleg. 2. 'Ipse suos Genius adsit visurus honores, Cui decorent sanctas mollia serta comas. Illius puro distillent tempora nardo; Atque satur libo sit, madeatque mero.'

54 *Liba et Mopsopio*] Non immerito etiam liba Baccho sive Osiri offeruntur, a quo mel inventum esse referunt Ovid. Fast. III. 'Liba Deo fiunt, succis quia dulcibus ille Gaudet, et a Baccho mella reperta ferunt.' Et paulo post: 'Melle pater fruitur, liboque infusa calenti Jure repertori dulcia mella damus.' Libum autem genus est dulciarii cibi, ex farre, caseo, melle, et oleo, quod sacrificiis adhiberi solebat. Attica terra dicta

Namque opibus congesta tuis hic glarea dura
  Sternitur; hic apta jungitur arte silex. 60
Te canet agricola, e magna cum venerit urbe
  Serus, inoffensum retuleritque pedem.
At tu, Natalis, multos celebrande per annos,
  Candidior semper, candidiorque veni.

tuis sumtibus acervatum sabulum asperum insternitur, et lapides convenienti artificio connectuntur. Laudant te rustici, cum tardi e magna civitate venerint, et illæsos pedes reportaverint. Tu vero, o Natalis, colende mihi per multos annos, redi felicior, et continuo felicior.

Lips. *Candida quem* reposuit Broukh. et hanc lect. tuentur omnes Beroll. plur. H. Voss. Rheg. Venett. 1520. Vulp. et Bach. pro *Alba* in uno Stat. *arva.*—59 Abest a cod. Lips. *glarea.*—61 Idem cod. cum edd. pr. maj. min. Venet. 2. Rheg. et Vicent. *canit*, omissa, ut in omnibus fere codd. præpositione, quam habent Venett. 1487. 1491. 1493. Aldd. Mur. Basil. et Scal. e Vaticano tandem *canet* reposuit Broukh. ‘ Præpositio ab iis adjecta est, qui postremam in voce *agricola* syll. producendam esse opinabantur: aliter se res habet; in hac enim sede, sententia vi Cæsuræ determinata, brevem esse ferendam ipse Tibull. docet, I. 10. 13.’ *Bach.* ‘ Lectio ista metrum jugulat. Nunquam nec Tibullus nec Propertius usi sunt licentia, qua vel Comici raro utuntur, producendi brevem syllabam vocali terminatam quamvis in Cæsura sit.’ *Huschk.* Witt. 1. *quom.*—62 Edd. pr. maj. et min. *in offensum.*—63 Sfort. *celebrate;* unus Stat. *celebrata:* Briss. de Form. I. p. 60. memoriæ lapsu, an ex libris, *venerande* adducit.—64 *Splendidior* Monac. *redi* Sfort.

NOTÆ

est ‘ Mopsopia ’ a ‘ Mopsopo ’ rege: unde Mopsopium mel idem est quod Atticum seu Hymettium, quod maxime commendabatur.

57 *Nec taceat* [*taceant*] *monumenta viæ*] Scilicet liberi tui. Valerius Corvinus Messala viam aut stravit, aut restituit sumptibus suis ab Alba longa Tusculum usque; hujus viæ meminit etiam Martial. VIII. 3. ‘ Et cum rupta situ Messallæ saxa jacebunt.’ Alba autem et Tusculum oppida sunt Latii. Alba autem dicitur ‘ candida,’ et, ‘Alba,’ quia dicitur Æneas albam porcam cum triginta fœtibus ejusdem coloris ibi comperisse; a quo omine triginta post annos Ascanius urbem condidit, quam vocavit ‘ Albam,’ quam inde etiam Tibullus appellat ‘ candidam.’ Tusculum vero nunc vocatur *Frascati.*

61 *E magna cum venerit urbe*] Urbem Romam intelligit, quomodo ab eodem intelligitur lib. II. Eleg. 5. ‘ Hic magnæ jam locus urbis erit.’

63 *At tu, Natalis*] Natales dies maxime culti ab Antiquis. Fuerunt autem dies natales, et Deorum, et Principum, et urbium, et privatorum hominum, quorum omnium Natalium exempla exstant passim, atque etiam in sacris Literis.

64 *Candidior candidiorque*] Hoc est, ‘ magis magisque beatus, Jucundus et felix.’ Unde et Catullus: ‘ Fulsere vere candidi tibi Soles.’ Frequens est apud Veteres ejusmodi locutio. Apul. Miles. Fab. lib. VIII. ‘ Nonnunquam etiam cœna poculoque communi carior cariorque factus.’ Silius item Ital. lib. XV. ‘ Consul ovans major majorque videri.’

ELEGIA VIII.

Non ego celari possim, quid nutus amantis,
Quidve ferant miti lenia verba sono.
Nec mihi sunt sortes, nec conscia fibra Deorum:
Præcinit eventus nec mihi cantus avis:

Ego minime abscondi feram, quicquid amantium signa, aut quid indicent blandi sermones leni voce; neque mihi sunt sortes, nec exta Cœlitum conscia; nec alitis

Eleg. IX. e Scal. recensione. In ed. pr. maj. hæc præfixa leguntur, *Queritur de Pholoe:* ed. pr. min. habet hæc, *queritur de pholoe dilecta a Maratho.* —1 In cod. Lips. Statianis Broukh. 1. 2. 3. Witt. 1. 2. Par. Scal. rec. Dat. Vatt. 1. 2. Angll. 1. 2. 3. 4. ed. pr. maj. min. et Vicent. *celare possum;* in Exc. Pocc. Laud. Venet. 2. Rheg. Venet. 1487. 1491. 1493. Mur. Dous. Plant. et Gryph. *celari possum;* Ald. 1. *cælarim, possit;* Ald. 2. *cælari possum;* Vindob. Mon. unus. Voss. Zwic. 1. et Berol. 4. a m. sec. testantur etiam *celari;* Corv. Reg. alii, *possum;* Guelf. 1. ab al. m. *Nunc ego celari haud possum;* Scal. primus dedit *possim,* quem recentiores, H. Voss. excepto, secuti sunt: *vultus* pro *nutus* in Aldd. *amoris* Sfort. Berol. 1. Witt. 2. Scal. rec. Dat. Colb. Venet. 2. Rheg.—2 Par. *ferat:* Berol. 2. *mitti l. v. somno:* Reg. Exc. Perr. Witt. 2. duo Palatt. Angll. 1. 4. 5. Brix. et Venett. 1487. 1491. 1493. *levia;* unus Palat. *dulcia;* et sic Broukh. 1. sed pro v. l. in marg. *lenia.*—3 Goth. Voss. 4. et ed. pr. min. *turba;* ceteri omnes, tam editi quam scripti, *fibra.*—4 *Exprimit eventus* Vat. ap. Stat. duo Palatt. Angll. 1. et Cyll. in Comment. *Præcinit* Par. ed. pr. maj. et min. cum Venett. *Præcinet* ed. H. Voss. *Premit et* unus

NOTÆ

1 *Non ego celari*] Alii legunt, *celare:* aliqui vero Codices antiqui sic habent: *Non ego celarim, possit quid vultus amantis:* quod sane mihi non improbatur. Hac Elegia Tibullus hortatur Pholoën, ne tam dura esse velit in Marathum, quem Poëta valde amabat. *Celari* ponitur passive, ut 'edoceri:' et sensus est: Se omnes amatorios motus optime nosse, ex assiduo amoris usu.

Nutus amantis] Nutus, signum est oculorum, aut motus seu gestus capitis, qui sermonis est loco. Ovid. Art. Am. lib. I. 'Nil est opus digitis, per quos arcana loquaris; Nec tibi per nutus accipienda nota est.'

2 *Lenia verba*] Ornata, et vocis mollitudine grata, lenesque illi susurri, de quibus Horat. I. Od. 9. 'Nunc et campus, et areæ, Lenesque sub noctem susurri Composita repetantur hora.'

3 *Nec mihi sunt sortes*] De sortibus dictum pluribus Eleg. 3. Hanc fere sententiam Tibulli repetit totidem verbis Ovidius: 'Non ego, Phœbe, datas a te mihi mentiar artes, Nec nos aëriæ voce monemur avis.'

Fibra Deorum] Fibræ Servio sunt venæ quædam, et nervi qui decurrunt per jecur: vel, ut alii volunt, jecoris sunt extrema, seu extremitates. Hic autem tangit Poëta extispicium in litationibus fieri solitum.

4 *Præcinit eventus*] Alii legunt, *Exprimit:* retinemus *Præcinit,* quia Tibullus loquitur de Augurio, quo,

Ipsa Venus magico religatum brachia nodo 5
Perdocuit, multis non sine verberibus.
Desine dissimulare; Deus crudelius urit,
Quos videt invitos succubuisse sibi.
Quid tibi nunc molles prodest coluisse capillos?
Sæpeque mutatas disposuisse comas? 10
Quid fuco splendente genas ornasse? quid ungues
Artificis docta subsecuisse manu?

cantus prædicit mihi futura. Venus ipsa erudiit me *vinctum lacertos vinculo mago, nec absque multis plagis. Cessa fingere. Asperius incendit Deus, quos cernit nolentes sibi subditos esse. Quid jam juvat exornasse teneros crines, et crebro variatos capillos concinnasse? Quid* prodest *comas unguento nitente decorare? Quid* proficit *ungues perita manu artificis succidisse? Incassum nunc indumenta, in-*

Palat. unde Gebh. faciebat, *Promit et:* pro *cantus* in Reg. *carmen.*—5 In Broukh. *collo,* sed pro v. l. *nodo.*—6 *Prædocuit* Guelf. 3. Monach. et Angl. 5. *Perdocuit Marathum* Florent. ap. Stat. *vulneribus* idem cod. cum Berol. 1. 3. et Witt. 2. Falso Heinsius Ald. 2. ascripsit, quod repetitum ab Heynio, Rheg. habere *vulneribus;* habet enim *verberibus.*—7 Ed. Lips. *dissimilare:* Corv. *crudelius urget.*—8 Witt. 2. Laud. et Angl. 2. *invictos.*—9 *Q. tibi tum* Sfort. *prodest molles* Beroll. 2. 4. et Broukh. 2. 3.—10 *Sæpe et* Florent. *turbatas* in Exc. Perr. et Pocc. et uno Broukh. *deposuisse* Guelf. 3.—12 *Quid suco* cod. Lips. Witt. 1. 2. et Exc. Perr. *succo* Guelff. 2. unus Palat. Broukh. 1. et Scal. rec. et vet. quod recepit Heyn. *fucco* Broukh. 2. 3. *fuco* uterque Zwicc. Corv. Guelf. 1. 3. 4. Par. omnes Beroll. et Angll. plur. ap. H. Voss. edd. pr. maj. min. Venet. 2. Rheg. Brix. Venet. 1487. Ald. Mur. Cant. Par. 1723. Vulp. 1. Voss. Bauer. et Bach: *comas* cod. Lips. Reg. Witt. 1. 2. Broukh. 1. 2. 3. Exc. Lips. Par. omnes Angll. Corv. Guelff. 1. 3. 4. ed. pr. maj. min. et Aldd. *genas* unus Stat. Exc. Perr. et Berol. 4. a m. sec. *ornare* unus Stat. Corv. omnes Angll. et Beroll. Witt. 1. 2. Broukh. 1. 2. 3. Guelff. 1. 3. 4. Exc. Lips. et Perr. ed. pr. min. Aldd. Cant. Par. 1723. Vulp. 1. Voss. Bauer. Wund. et Bach. *genas ornasse* Exc. Pocc. Colot. Vatt. 1. 2. Vat. Ursini, Mur. et Plant. unde Scal. in Castigat. proposuit *succo s. genas onerasse;* Exc. Lips. *redimire;* Heins. conj. *genas relinire,* ‘ quod ne Latinum quidem est.’ *Huschk.* —12 Berol. 3. et Dat. *doctos:* unus Palat. et pauci alii *supposuisse;* Reg.

NOTÆ

quid aves gustu, cantu, garritu, volatu portenderent, quærebatur.

5 *Ipsa Venus magico*] Fingit se quasi discipulum a Magistra Venere edoctum, atque plagis affectum, ut disceret, vel ex nutibus cognosceret, quis adolescens, cujus puellæ ardeat amore.

9 *Quid tibi nunc molles*] Hic est sensus: Quid tibi prodest, o Marathe, tanto studio formam excoluisse, ut Pholoën tui amore incenderes? Contra enim accidit; non enim illa tui, sed tu ipsius amore correptus es; itaque nunc tibi, etiamsi inornata et incomta venerit, placet.

11 *Fuco splendente genas* [*comas*] Plures legunt, *genas,* nec male: jam enim dixit Poëta, *comas.* Fucus erit sandix, vel cerussa: sed plures legunt, *succo,* non *fuco.* Aut si loquatur de capillis, fucus sumitur pro unguento quo capillos suos perungebant, ut essent gratiosiores: quod etiam

Frustra jam vestes, frustra mutantur amictus,
Ansaque compressos colligit arcta pedes.
Ipsa placet, quamvis inculto venerit ore, 15
Nec nitidum tarda comserit arte caput.
Num te carminibus, num te pollentibus herbis
Devovit tacito tempore noctis anus?

cassum pallia commutantur, et corrigiæ angustæ pedes constrictos vinciunt. Arridet ipsa amica, licet neglecta facie accesserit, et non composuerit longo artificio splendidum verticem. An te vetula suis cantibus devovit? An te pallidis gramini-

succubuisse.—13 Berol. 3. et Dat. *nam:* Colb. *mutatur;* Broukh. 1. *portantur,* et pro v. l. *mutantur.*—14 *Arctaque constrictos cogit aluta pedes* unus Broukh. sic Ald. 1. ac deinde Colin. *compressos colligit arte* Exc. Lips. *comprensos* Reg. *colligat* in eodem, Broukh. 1. ed. pr. min. Ald. 2. Plant. et Scal. *alligat* unus Broukh. unus Palat. Berol. 2. Guelf. 1. 4. Rom. et Venett. 1487. 1491. 1493. *adligat* Stat. *collit* unus Broukh. *colligit* Sfort. unus Palat. Witt. 1. 2. Colb. Exc. Pocc. Laud. Corv. Vat. 2. Dat. Angll. 2. 3. 4. 5. ed. pr. maj. Venct. 2. Rheg. et Vicent. quod reposuit Broukh. sic etiam Guelf. 3. superscr. tamen *a* tanquam elegantius; *colliga* cod. Lips. *arte* Sfort. Beroll. 1. 3. 4. Corv. Angll. 2. 3. 4. 5. Witt. 1. 2. et Dat. *arta* unus Stat. *illa* unus Vat. *arcta* unus Broukh. ed. pr. maj. min. Venet. 2. Vicent. Rheg. et Venett. 1487. 1491. 1493. *sinus* pro *pedes* Reg.—15 *Illa* cod. Lips. omnes Beroll. nonnulli Stat. Witt. 1. 2. Broukh. 1. 2. 3. Colb. Dat. Exc. Pocc. Laud. Par. ed. pr. min. Venet. 2. Rheg. Vicent. Venett. 1491. 1493. Ald. 2. Mur. et Basil. cum vulgg. *Ipsa* Florent. ed. pr. maj. Lips. Ald. 1. et Colin. quod revocavit Scal.—16 Santen. ad marg. ed. Broukh. conj. *nimium:* in Berol. 2. *compressit,* et a marg. *compserit.*—17 *Non t. c. non* Witt. 1. Angl. 2. *pallentibus* cod. Lips. Palat. Witt. 1. 2. Broukh. 1. 2. 3. ed. pr. maj. min. et Venett. 1487. 1491. 1493. *pellentibus* Guelf. 4. et Brix. *palentibus* (non ut citatur ab Huschk. *patentibus*) in Par. *pollentibus* correxit Broukh. quod nunc firmant Vindob. Bern. Voss. 2. et Guelf. 1. a m. sec.—18 *Devovitat* Brix.—19 Sfort. et Colb. *segetes;*

NOTÆ

hodie faciunt non pauci. Horat. II. Od. 7. 'Coronatus nitentes Malobathro Syrio capillos.'

14 *Ansaque compressos colligit*] Dabant operam, qui elegantiæ studebant, ut calceamenta corrigiis aliquot, quas 'ansas' vocat, superiori pedis parti, quam arctissime obstringerent, quo videlicet aptior et venustior eniteret pedis forma, quod etiam docet Ovid. 'Pes erat exiguus, pedis est aptissima forma.'

15 *Ipsa placet, quamvis*] Eodem prorsus modo Horat. I. Od. 13. 'Uror, seu tibi candidos Turparunt humeros immodicæ mero Rixæ.'

16 *Nec nitidum tarda*] Hæc acute satis Tibullus: paulo nempe tardiores sunt mulieres in cultu corporis expoliendo. Unde Terent. 'Dum molliuntur, dum comuntur, annus est.'

17 *Num te carminibus Devovit*] Anus hic dicitur magica mulier, aut Saga; quomodo supra dixit Eleg. 5. 'Carmine cum magico præcinuisset anus.' Magæ enim seu veneficæ mulieres ministerio fungentes incantationis carmina quædam obmurmurabant, quibus maxime et herbis fascinum operari putabantur. 'Devovere' igitur 'carminibus,' idem est ac 'fascinare,' et 'incantare.' De his satis supra Eleg. 5. et 6.

Cantus vicinis fruges traducit ab agris,
  Cantus et iratæ detinet anguis iter. 20
Cantus et e curru Lunam deducere tentat;
  Et faceret, si non æra repulsa sonent.
Quid queror, heu, misero carmen nocuisse? quid herbas?
  Forma nihil magicis utitur auxiliis.
Sed corpus tetigisse nocet, sed longa dedisse 25
  Oscula, sed femori conseruisse femur.

bus execrata est silenti noctis tempore? Incantatio transfert segetes ex agris finitimis: fascinum etiam furiosæ serpentis cursum cohibet. Carmina Lunam ipsam *e* suo *curru deripere nituntur; et diriperent, nisi æra repercussa concreparent. Quid lamentor, heu! infelici incantamentum nocuisse? cur herbas? Pulchritudo magam opem non adhibet. Corpus attrectasse nocuum est, et longa præbuisse*

unus Palat. et Exc. Lips. *messes;* Witt. 1. 2. Broukh. 1. 2. 3. aliis, *fruges:* Broukh. 1. 2. 3. Stat. Palat. Beroll. 2. 4. Venet. 2. et Venett. 1487. 1491. 1493. *traducit;* Witt. 1. 2. Scal. Colb. Corv. unus Stat. Dat. Angll. 2. 3. 4. *deducit:* Witt. 1. et Guelf. 3. pro v. l. *ab arvis;* cod. Lips. *argis.*—20 Corv. *irati;* Lipsius et Dousa malebant *irati d. amnis,* sed sine libro.—21 Reg. *a curru;* unus Palat. *e cursu;* Brix. et Rom. *e cœlo;* Exc. Perr. Berol. 2. Angl. 1. Angl. 5. a m. sec. Guelf. 1. duo Voss. et Venet. 1520. *e cœlo deducere lumina;* Venett. 1487. 1500. *e cœlo lunam deducere;* lect. nostram præter alios tuentur plur. ap. H. Voss. Angll. 2. 3. 4. Beroll. 1. 3. 4. Par. et ed. pr. maj. et minor: *temptat* Witt. 1. et Broukh. 1.—22 *Et faciet* Reg. pro quo Heyn. *Et faciat:* cod. Passer. Exc. Perr. ex lib. Veronensi, et Venet. 1487. *recurva;* ed. pr. maj. et Reg. *sonet:* Huschk. legeret, *æra repulsa forent.*—23 *Quid querar* Witt. 2. Beroll. 1. 3. et Dat. *quæror* ed. pr. min. *precor* Witt. 1.—26 Ed. Lips. *te* pro *sed:* Stat. ex Carisio *femini* legebat, quasi sit, ' hoc femur,

NOTÆ

19 *Cantus vicinis fruges*] Lege duodecim tabularum vetitum etiam erat, ne quis fruges excantaret, id est, e loco in locum carminibus traduceret. Ovidius: ' Nec seges ex aliis alios transibit in agros.'

20 *Iratæ anguis*] Hic *anguis* in genere ponitur fœminino, licet Virgilius dixerit in masculino: ' Luridus in pratis cantando rumpitur anguis.'

21 *Lunam deducere*] Hoc est, devocare, quod Horatius dixit ' Lunam Cœlo deripere.' Magos enim et Magas Astra e Cœlo ' devocare' suis cantationibus putabant Veteres. Unde Virgil. in Bucol. ' Carmiua vel Cœlo possunt deducere Lunam.' Horat. Epod. 4. ' Quæ sidera excantata voce Thessala Lunamque Cœlo deripit.' Sed de his fuse supra satis.

22 *Et faceret, si non æra, &c.*] Existimabant Antiqui, quoties Luna defectum pateretur, incantatam esse, eamque crebro æris sonitu sublevari; unde æramenta, et crepitacula, quæ poterant omnia pulsabant, ut vim a Luna veneficiorum arcerent, et Lunæ laboranti succurrerent. Unde Juvenal. Sat. VI. ' Tot pariter pelves, ac tintinnabula dicas Pulsari. Jam nemo tubas, atque æra, fatiget: Una laboranti poterit succurrere Lunæ.' Quem morem æris crepitum ciendi ad Lunæ labores sublevandos, nec Christianos desiisse clarum est ex D. Maximo Taurinensi Episcopo Homil. ' De Defectu Lunæ.'

24 *Forma nihil magicis*] Pulchritu-

Nec tu difficilis puero tamen esse memento;
  Persequitur pœnis tristia facta Venus.
Munera ne poscas; det munera canus amator,
  Ut foveas molli frigida membra sinu. 30
Carior est auro juvenis, cui lævia fulgent
  Ora, nec amplexus aspera barba terit.
Huic tu candentes humero suppone lacertos,
  Et regum magnæ despiciantur opes.
At Venus inveniet puero succumbere furtim, 35
  Dum tumet, et teneros conserit usque sinus,

*basia. * * * Tu vero recordare non esse aspera adolescenti. Venus insectatur gravia facinora. Nec postules præmia; dona præbeat amans senex, ut corpus algidum tenero gremio calefaciat. Pretiosior est auro adolescens, cui vultus mollis nitet, nec hirsuta barba amplexus fricat. Isti tu candida brachia humeris sub-*

hujus feminis;' sed nullus liber exhibet *femini* pro *femori;* ed. pr. min. *fœmori c. fœmur.*—27 *Heu tu* Berol. 2. *memor esse* Colb.—28 *Prosequitur* Reg. Witt. 1. pro v. l. sic Angl. 2. edd. Lips. Venet. 2. Vicent. et Rheg. *Persequitur* Witt. 2. et Broukh. 1. 2. 3. *pseqtur penis* cod. Lips. hinc in Ald. 1. *persequitur pennis.*—29 *Munera neu* Guelf. 3. *nec* Witt. 2. Colb. et Stat. quod reposuerunt H. Voss. *ne* Angl. 3. 4. 5. Beroll. 1. 3. Witt. 1. aliquot H. Voss. Venet. 2. Ald. 2. et Mur.—30 *Ut foveas* ex uno Angl. reposuit Broukh. quod nunc testantur tres Voss. et Vindob. *foveat* in vulgg.—31 *Clarior* Vindob. *mollia* Sfort. Beroll. 1. 2. 3. Ask. Witt. 2. unus Broukh. Exc. Perr. Palatt. Dat. Rom. Brix. et Venett. 1491. 1493. *lenia* Witt. 1. et Angll. 2. 3. 4. *levia* duo Broukh. et ed. pr. maj.—32 H. Voss. dedit *amplexas,* et Bauer. conj. *amplexam:* Exc. Perr. duo Broukh. Ask. Sfort. unus Mur. Palat. Berol. 2. cum edd. Brix. Mur. Stat. Gebh. Rom. Venett. 1487. 1491. 1493. 1500. H. Voss. et Bach exhibent *hispida;* Witt. 1. 2. unus Broukh. et Angll. 3. 4. 5. *aspera.*—33 *Hujus candentes* Vat. ap. Stat. *cadentes* ed. pr. min.—35 Cod. Lips. Beroll. 1. 2. 3. Par. omnes Heyn. edd. pr. maj. min. cum aliis vett. *invenit;* pro quo primus Scal. edidit *inveniet,* quod nunc confirmant tres Voss. *succumbere* Witt. 2. Colb. Sfort. Florent. Ask. Scal. rec. Dat. et sic in Berol. 2. sed *succurrere* a marg. *concumbere* cod. Lips. Berol. 4. Par. Witt. 1. Broukh. 1. 2. et edd. vett. et sic pro v. l. in Colb. *concurre* Broukh. 3. et pro v. l. *concurrere.*—36 *Dum timet* codd. fere omnes, cum Beroll. Par. ed. pr. maj. min. et vulgg. unde Scal. *tumet,* quod, si H. Vossio credendum, Vind. Goth. et Hamb. testantur; *tenet* Sfort. probante Sant. pro *conserit* Stat. malebat *congerit;* Heyn. *conserere;* V. D. ap. Gebh. *Dum timet hei t. conseruisse;* hinc

NOTÆ

dinis est tanta vis, ut nullis aliis sit opus incantamentis, cum in sui amorem facile quemvis rapiat.

26 *Sed femori conseruisse femur*] Rem turpem verbis tegit non penitus inhonestis.

32 *Aspera barba*] Veteres libri habent, *hispida.* Aspera barba signum est τελείου ἀνδρὸς, atque etiam ferocitatis. Plaut. Cas. 'Ita quasi sentis labra mihi compungis barba.' Martial. 'Hirsutis queritur puncta puella labris.'

36 *Teneros conserit usque sinus*] Actum libidinis exprimit.

Et dare anhelanti pugnantibus humida linguis
  Oscula, et in collo figere dente notas.
Non lapis hanc gemmæque juvent, quæ frigore sola
  Dormiat; et nulli sit cupienda viro. 40
Heu sero revocatur amor, seroque juventas,
  Cum vetus infecit cana senecta caput.
Tum studium formæ; coma tum mutatur, ut annos
  Dissimulet, viridi cortice tincta nucis.

*mitte, et ingentes Principum divitiæ spernantur. * * * Non delectent lapilli et uniones illam, quæ hyeme sola cubabit, ac nulli homini appetenda sit. Heu! tardius Amor desideratur, et tardius florens ætas, quando senectus cana tinxit vetustum caput. Tunc cura est pulchritudinis, tunc variantur capilli, ut ætatem*

H. Voss. et Bach in textum intulerunt, *conseruisse sinus;* unus Voss. *conserit usque manus:* pro *usque* Brix. Rheg. et Venet. 2. *ipse;* ed. Lips. *ipsa:* in Rom. *simul* pro *sinus.*—37 Unus Heinsii liber, ut et Venet. 2. *anhelatim;* Par. *anhelanti;* Berol. 3. *henelanti;* unus ap. Broukh. cum ed. Lips. *anhelantim;* Rheg. *anhelātim:* Broukh. ex conj. Heins. reposuerat *uvida* pro *humida,* quod revocavit Vulp. Wakef. ad Lucr. emend. *Et dare anhelatim pugnantibus humida labris.*—38 Angl. 5. *fingere:* Rom. *notam.* ‘ Duo hæc disticha a v. 35. 38. parum cum argumento et sententia ceterorum cohærent, ut dubitarem an sedem sibi debitam teneant.’ *Heyn.*—39 *Hanc lapis hanc* Vind. *juvent* debetur Scal. cui assentiuntur quatuor Voss. et Vind. vulgo ubique legitur *juvant,* probante Santen. quod revocarunt Voss. Wund. et Bach: Slothou in Act. Soc. Traj. Tom. III. p. 148. emend. *Quam lapides g. juvent, hæc f. s. Dormiat, &c.* probante Huschk. modo pro *juvent,* quod ille retinuit, *juvant* reponas: *frigore* Dat.—40 *Dormiat nulli sic* ed. pr. min. *Dormiet* Scal. *capienda* Sfort. Beroll. 1. 3. unus Palat. aliique H. Vossii, quod Sant. amplexus est, et notavit Heins. ad marg. ed. Dous.—41 Par. Berol. 2. duo Broukh. ed. pr. min. et aliæ vett. *juventa;* Witt. 2. Beroll. 1. 3. 4. alter Broukh. Dat. et Angll. 3. 4. *juventus;* Statiani, Palat. Broukh. 1. Angll. 1. 2. Venet. 2. Rheg. *juventas,* quod reposuit Broukh.—42 *Quom* Witt. 2. pro *vetus* Heins. conj. *vietum:* unus Palat. Exc. Perr. Brix. Rom. Venett. 1487. 1491. 1493. cum aliis, *curva;* Hamb. *tarda.*—43 *Tunc s. f. est c. tunc mutat ut* Berol. 2. *est c. tunc* etiam in Beroll. 1. 3. 4. *Nunc s. f. c. nunc* Guelf. 2.: in plerisque Heyn. et omnibus edd. vett. adjectum *est,* quod Broukh. codicum Sfort. et Colb. auctoritate omisit, quia iterum redit v. 45. *Tum s. forma est: coma tunc* Par. *Tum s. forme ē coma mutatur* cod. Lips. *Tum studio forme est* Rheg. *coma cum mutatur* Guelff. 1. 4. et Rom. Pierson. ad Mœridem, p. 263. emend. *fucatur,* improbante Heyn.—44 *Dissimilet v. c. cincta* ed. pr. maj. Venet. 2. et Rheg.—

NOTÆ

37 *Et dare anhelanti*] Præ nimia agitatione, dum Veneris opus peragitur.

Pugnantibus linguis] Lasciviam exprimit, linguarumque mobilitatem, qua in coitu colluctantes pugnare sibi blanditiis et humidis osculis videntur. Hoc ‘ valgiter osculari ’ dixit Petronius. Alii dicunt hoc, ‘ columbari,’ vel ‘ columbatim osculari.’

38 *Notas*] Signa, maculas, morsiunculas.

41 *Heu sero revocatur amor*] Ita fere Horat. IV. Od. 13. ‘ Nec Coæ referunt jam tibi purpuræ, Nec clari lapides tempora, quæ semel Notis con-

Tollere tunc cura est albos a stirpe capillos, 45
Et faciem demta pelle referre novam.
At tu, dum primi floret tibi temporis ætas,
Utere; non tardo labitur illa pede.
Neu Marathum torque; puero quæ gloria victo?
In veteres esto dura, puella, senes. 50

celent infecti cortice juglandis; tunc studium est crines a radice evellere, et detracta cute vultum novum assimulare. Tu vero donec vernat tibi ætas primævi temporis, fruere: illa non pigro gradu effluit. Neque tu excrucia Marathum; quænam tibi *laus est domito puero? Esto aspera puella adversus senes vetulos;*

45 *Tollere nunc* aliquot Stat. Angl. 1. Broukh. 1. et Guelf. 2. *tunc* Par. Witt. 1. Broukh. 2. 3. ed. pr. maj. Vicent. Venett. 1491. 1493. et Lips. *Tollere non* Berol. 2. *tum* Witt. 2. et Angll. 3. 4. *Tollere tunc albos cura est* e libris aliquot reposuit Broukh. pro *albos* ed. pr. min. *canos.*—46 Hoeufft. Peric. p. 220. legit *sumta pelle.*—47 Dat. et Berol. 4. *primum.*—48 Ed. Lips. ap. Heyn. *nam* pro *non;* hinc ille conj. *nam tacito:* Berol. 2. *parvo*, et a marg. *tardo:* Witt. 1. *ipsa.*—49 *Seu M. torque* Stat. *Seu M. torques* Par. Witt. 1. 2. Laud. Berol. 3. Angll. 2. 3. 4. ed. pr. maj. Brix. et Venett. 1487. 1491. 1493. *Heu M. torques* Broukh. 2. 3. Colb. ed. pr. min. *Heu M. torquet* cod. Lips. Venet. 2. Vicent. et Rheg. *Neu M. torque* est ex emend. Stat. et sic in Berol. 2. a m. sec. *Neu M. torques* Berol. 1. Nullus cod. h. l. habet *Ne*, quod post Stat. reposuit Scal. *victo est* fere omnes habent; *est* primus omisit Broukh.—50 Angl. 2.

NOTÆ

dita fastis Inclusit volucris dies.'

Seroque juventas] Monet ætatem pulchritudinemque juvenilem sæpius sed sero desiderari.

43 *Studium formæ*] Recte notat Poëta mulieres, cum ad grandiorem ætatem inclinaverint, studere formæ, ut ad se amatores pelliciant, ut quod per ætatem decidit, id arte et blanditiis corrigant. Quod eleganter Horat. IV. Od. 13. ad Lycen his verbis expressit: 'Audivere, Lyce, Di mea vota, Di Audivere, Lyce: fis anus, et tamen Vis formosa videri,' &c.

44 *Cortice tincta nucis*] Asserunt unguentarii canitiem aboleri, nucumque juglandium cortice capillos infici; quod etiam testatur Plin. lib. XV. cap. 22. 'Earum,' inquit, 'cortice tinguntur lanæ, et ruffatur capillus primum prodeuntibus nucleis.'

46 *Demta pelle referre novam*] Fuco et pigmentis, quæ rugas celent, uti, nostrorum solummodo non est temporum: hinc enim manifestum est, veteres lupas, sicut et hujus ætatis lasciviores fœminas insaniisse; sed quicquid artis adhibeant, ut anilis pellis artificiosis liquoribus arefacta tollatur, non facile fieri potest, ut ipsarum facies omnino non computet annos.

47 *Dum primi floret tibi temporis ætas*] Sic Ovid. Art. Am. lib. III. in eandem sententiam loquitur: 'Dum licet, et veros etiam nunc editis annos, Ludite; eunt anni more fluentis aquæ. Nec quæ præteriit iterum revocabitur unda, Nec quæ præteriit hora redire potest. Utendum est ætate, cito pede labitur ætas; Nec bona tam sequitur, quam bona prima fuit.'

49 *Neu Marathum*] Marathi liberti meminit Suetonius in vita Augusti. Rivalis fuit Tibulli, cujus nempe amicam Pholoën amavit, ut supra dictum est.

Parce, precor, tenero: non illi sontica causa est;
Sed nimius luto corpora tinguit amor.
Vel miser absenti mœstas quam sæpe querelas
Conjicit, et lacrymis omnia plena madent.
Quid me spernit? ait: poterat custodia vinci; 55
Ipse dedit cupidis fallere posse Deus.

indulge, quæso, puero *delicato: non ipsi causa est sontica; at vehemens amor inficit ejus corpus lutea. Ah infelix! quam frequenter immittit absenti tristes questus, et fletibus cuncta fluunt imbuta. Cur me fastidis? inquit: excubiæ decipi poterant, Deus ipse concessit amantibus posse decipere. Amor occultus mihi*

sinus; et sic Witt. 1. sed pro v. l. *senes.*—51 Witt. 1. et Broukh. 1. *sontica;* sed pro v. l. in Witt. 1. et Angl. 4. *sentica,* quod etiam exhibent Guelf. 3. Witt. 2. Angl. 3. unus Broukh. et Beroll. 1. 3. *scutica* unus Stat. Broukh. 2. Angl. 1. et Berol. 2. *rustica* alius Stat. Augll. 2. 4. et Laud. et sic Reg. sed a marg. *sontica;* Vat. *sartica:* pro *causa* in nonnullis codd. *cura:* Voss. 2. et Berol. 2. omittunt *est.*—52 Berol. 4. *nimium:* Par. et Beroll. 1. 3. 4. *luteo;* ed. pr. maj. *lutheo;* Berol. 2. et ed. pr. min. *lucteo corpora tingit;* Vicent. *luteo corpora tingit timor;* Mur. (ed. 1559.) primus edidit *luto,* quam scripturam confirmant codd. Lips. Ask. Voss. 2. et Berol. 4. a marg. *corpore* Reg. Beroll. 1. 3. et Guelf. 1. et Guelf. 2. a m. pr. 'In Palat. uno Broukh. tribus Voss. *tangit;* ille (sc. Broukh.) recepit, mea quidem sententia male; 'tangere' et 'tingere' ita vulgo distinguuntur, ut illud de aspersione, hoc de coloris inductione dicatur.' *Huschk.* ed. pr. maj. *tingit tmor.*—53 *Ut* Colb. Beroll. 1. 3. et Dat. *Va* unus Vat. et Colot. *Veh* Mur. (quod rectius scribitur *Væ,*) et Plant. Scal. et reliquæ retinent; Heyn. cum Heins. malit *Ah:* Reg. Corv. omnes Guelff. Stat. et Angll. Witt. 1. 2. Broukh. 1. 2. 3. Beroll. 2. 4. Par. edd. pr. maj. min. Venet. 2. Rheg. Vicent. Rom. Lips. Venett. 1487. 1491. 1493. 1500. Aldd. et ceteræ ad Muretum usque omnes nostram testantur: pro *mœstas quam* Ask. et Berol. 1. *miserasque;* Berol. 4. *cum,* et a m. sec. *quam.*—54 *Concinit* unus Passer. Broukh. 3. Colot. Berol. 4. et Berol. 2. a marg. *Conicit* Par. Witt. 1. Broukh. 1. 2. Palat. ed. pr. maj. Vicent. aliæ; *Conjicit* Berol. 1. 2. 3. Brix. et Venett.; pro *et* Heyn. malit *ut.*—55 *Qui* Berol. 1. *Quidve me* Berol. 3. *Cur* Witt. 2. Dat. et Ask. *spernis* Witt. 1. 2. Broukh. 2. 3. Par. omnes Beroll. Angll. 2. 3. 4. 5. edd. pr. maj. min. Venet. 2. cum aliis; *spernit* ex suo primo, uno Stat. et Angl. 1. primus dedit Broukh. quod etiam confirmant cod. Lips. Ask. et Voss. pro *vinci* Voss. 5. Vat. Ursini, Ald. 2. Mur. Basil. Plant. Gryph. *falli;* sed hoc sequenti versu occurrit: *vinci* exhibent omnes Stat. Beroll. Witt. Broukh. et Heyn. cod. Lips. Angll. 3. 4. 5. Par. edd. pr. maj. min. cum aliis.—56 Berol. 3. *eu-*

NOTÆ

51 *Sontica causa*] Causa sontica dicitur a 'morbo sontico,' quem morbum Veteres appellarunt eum, qui ita gravis esset, ut solitas functiones impediret, quem qui pateretur, justam excusationem habere putabatur, quominus in judicium vocatus se sistere cogeretur. Festus ait: 'Morbum sonticum existimari, quod perpetuo noceat.'

52 *Luto* [*luteo*] Alii legunt, *luto,* alii *luteo,* quasi a *luto,* hoc est, *cœno,* quasi coloris *luti,* quo significatur pallor ferrugineus et sanguinolentus, qui maxime convenit amatoribus: unde Horat. III. Od. 'pallor amantium,' amore enim nimio incensi pallescere dicuntur.

Nota Venus furtiva mihi est; ut lenis agatur
  Spiritus, ut nec dent oscula rapta sonum.
Et possim media quamvis obrepere nocte,
  Et strepitu nullo clam reserare fores. 60
Quid prosunt artes, miserum si spernit amantem,
  Et fugit ex ipso sæva puella toro?
Vel cum promittit, subito sed perfida fallit,
  Est mihi nox multis evigilanda modis.
Dum mihi venturam fingo, quodcumque movetur, 65
  Illius credo tunc sonuisse pedem.
Desistas lacrymare, puer: non frangitur illa,
  Et tua jam fletu lumina fessa tument.

perspectus est; qua ratione tenuis anhelitus ducatur, quomodo basia arrepta non edant sonitum. Valeo quoque nocte etiam intempesta obrepere, et furtim aperire januam sine ullo murmure. Quid juvat solertia, si quidem amatorem despicit puella, et crudelis aufugit ex ipso lecto? Aat quando repente pollicetur, at infida decipit, nox mihi peragenda est variis modis. Quando imaginor eam ad me accessuram esse, quicquid movetur existimo tum illius pedes strepuisse. Desinas plorare, o puer: ipsa minime flectitur; jamque oculi tui turgent planctu. O Pholoë,

pidas: Berol. 2. *deos.*—57 Laud. Angl. 2. et Beroll. 1. 2. 3. *levis.*—58 Reg. *et nec:* Angl. 5. *ne dent.*—59 Cod. Lips. Reg. omnes Guelff. Beroll. 1. 2. 3. Par. ed. pr. min. et Venett. 1487. 1491. 1493. *possum;* Witt. 1. Berol. 4. Angll. 2. 3. 4. ed. pr. maj. Venet. 2. Brix. Rheg. et Vicent. *possim,* quod restituit Broukh. *abrepere* Reg. et Guelff. pro quo malit Heyn. *adrepere.*—60 *Et sonitu* Florent.—61 *Quid possunt* cod. Lips. Reg. Beroll. 1. 3. 4. Witt. 2. duo Broukh. Colb. Angll. 1. 3. ed. pr. maj. Venet. 2. Rheg. Vicent. Brix. et Ald. 1. *prosant* Angll. 2. 4. 5. Par. Berol. 2. duo Stat. plur. H. Voss. Witt. 1. unus Broukh. Exc. Pocc. Laud. Broukh. 1. pro v. l. ed. pr. min. et Ald. 2. *ꝓsunt* (i. e. *prosunt*) Venett. 1491. 1493. *spernis* ed. pr. min. *premit* Reg.—63 Berol. 3. et Witt. 1. 2. *quom.*—64 *Et* edidit Bach, quod proposuit Heyn. et jam in ed. Passer. expressum est; *Hei* maluit H. Voss. *malis* Vat. Stat. omnes Angll. et Beroll. Witt. 1. 2. Broukh. 1. 2. 3. Exc. Perr. et Pocc. Laud. Colb. Colot. Par. edd. pr. maj. min. Venet. 2. Brix. Rheg. Vicent. Venett. 1491. 1493. Mur. et Plant. quod receperunt Voss. Bauer. Wund. et Bach. *Et m. n. m. est vigilanda malis* conj. Heyn. *modis* cod. Lips. Vat. Heinsii, Aldd. Basil. Scal. Broukh. Vulp. et Heyn.—65 Reg. pro *fingo* habebat *fugio.*—66 H. Voss. pro *tunc,* quod omnes codd. testantur, reposuit *tum:* cod. Lips. Par. Augll. 1. 2. 5. omnes Guelff. Corv. Reg. Witt. 1. Broukh. 1. 2. 3. edd. pr. maj. min. Venet. 2. Brix. Rheg. Vicent. Rom. Lips. Venett. 1487. 1491. 1493. 1500. Aldd. Gryph. Mur. et Stat. *pedes;* pro quo Scal. e suo cod. recepit *pedem,* cui accedunt Dat. duo Voss. Ask. omnes Beroll. Angll. 3. 4. et Goth. 'Post vs. 66. quatuor versus ex Lib. II. El. 3. vs. 75-78. huc revocaverat Scal. miro ausu, quem ut cuiquam probaret, vix expectare poterat.'

NOTÆ

54 *Lacrymis omnia plena madent*] Ea sors est et levitas amantium, ut vel repulsi plorent, vel rivales odio habeant.

56 *Fallere posse Deus*] Cupido nempe Deus amantium.

Oderunt, Pholoë, moneo, fastidia Divi;
  Nec prodest sanctis thura dedisse focis. 70
Hic Marathus quondam miseros ludebat amantes,
  Nescius ultorem post caput esse Deum.
Sæpe etiam lacrymas fertur risisse dolentis,
  Et cupidum ficta detinuisse mora.
Nunc omnes odit fastus, nunc displicet illi 75
  Quæcumque apposita est janua dura sera.
At te pœna manet, ni desinis esse superba.
  Quam cupies votis hunc revocare diem!

moneo te, *Dii aversantur fastum, nec sacris aris juvat obtulisse thura. Marathus iste aliquando irridebat infelices amatores, ignarus pone caput adesse Deum vindicem. Dicitur quoque frequenter mœrentis ploratus irrisisse, et simulata expectatione amatorem retardasse. Jam odio habet omne fastidium, jam illi invisa est omnis janua aspera objecta sera. Tibi vero impendet supplicium, nisi cesses,* o Pholoë, *esse arrogans.* Ah *quam desiderabis reducere votis lucem istam!*

Heyn.—68 Angl. 2. et Laud. *tepent.*—69 *Pholce* Par. *foloë* Berol. 2. *moreo fastidia divis* ed. Lips. ap. Heyn. *fastigia* Vicent.—70 Ed. pr. min. *factis* pro *sanctis.*—71 Witt. 2. *miseras:* unus Scheff. *amores;* et sic cum Voss. et Bauer. edidit Bach; Exc. Pocc. *amatos.*—72 Ed. pr. min. *suum* pro *deum.*—73 Cod. Lips. *Et jam nunc l. f. r. dolentes:* unus Broukh. Guelff. 1. 4. Angl. 5. Rom. Brix. Venett. 1491. 1493. Ald. 2. Mur. Basil. Plant. Gryph. et Gebh. *lacrymis,* vel *lachrymis;* Witt. 1. 2. Broukh. 2. 3. Stat. Dat. Angl. 4. Rheg. et Venet. 2. *lacrimas:* Angl. 4. *dolentes.*—75 Witt. 1. Broukh. 1. edd. pr. maj. min. et Venet. 2. *omnis:* Dat. et Berol. 3. *ulli.*—76 'Non erat, quod Broukh. Heinsio suadente, contra libb. *apposita* ederet: illud (*opposita*) optimis quibusque codd. et edd. vett. munitum cum Vossio revocavi.' *Bach.* Cod. Lips. et edd. vett. *opposita est;* Voss. rejecit *est.* 'Vix attinet monere, nullum librum nec scriptum nec editum omisisse *est,* quod quo tandem modo omitti possit in hoc versu? Guyetus in extremam versus regionem religavit.' *Huschk. firma* pro *dura* exhibent Reg. Stat. Witt. 1. Vat. 1. et Vat. Ursini.—77 Santen. in notis scriptis cum Burm. ad Propert. II. 4. 3. malebat *Et;* 'melius autem *At* transitui ad novam rem faciendo inservit.' *Bach. nisi* Witt. 2. Venett. 1491. 1493. et Aldd. *ni* reposuit Broukh. accedentibus cod. Lips. Statianis, quinque Palatt. Witt. 1. Broukh. 1. 2. 3. Colot. omnes Angll. edd. pr. maj. min. Venet. 2. Rheg. et Vicent.—78 *Quod* Colb. *Quot* unus Broukh. *hunc* dedit H. Voss. nullo codd. addicente: *remeare* Witt. 2.

NOTÆ

69 *Oderunt, Pholoë*] Horatius ipse testatur hanc eandem Pholoën pudicam fuisse, nec ulli amatori temere consentire voluisse. Ita I. Od. 33. 'Cyrus in asperam Declinat Pholoën; sed prius Appulis Jungentur capreæ lupis, Quam turpi Pholoë peccet adultero.'

Fastidia] Pro fastu posuit; superbia enim et fastus omnibus, quæ formosæ sunt, non desunt. Tale est illud Maronis: 'Atque superba pati fastidia,' &c.

77 *Pœna manet*] Summa mulieris est pœna, ut senex et vetula negligatur. Ovid. Eleg. lib. III. 'Exclusa

ELEGIA IX.

QUID mihi, si fueras teneros læsurus amores,
  Fœdera per Divos, clam violanda, dabas?
Ah miser, etsi quis primo perjuria celat,
  Sera tamen tacitis Pœna venit pedibus.
Parcite, cœlestes; æquum est, impune licere 5
  Numina formosis lædere vestra semel.
Lucra petens habili tauros adjungit aratro,
  Et durum terræ rusticus urget opus.

Si fueras afflicturus infelices amantes, quare mihi fidem præbebas per Deos mox frangendam? Ah infelix! quamvis aliquis initio perfidium occultet, lentum nihilominus supplicium silenti passu accedit. O Dii, ignoscite. An convenit impune permitti bellis semel offendere vestram majestatem? Arator quærens compendiu alligat boves aratro instructo, et premit asperum laborem agrorum.

Eleg. x. e Scal. recensione. Hæc Elegia in ed. pr. maj. caret inscriptione; sed novum Carmen ordiri ex vacuo, quod interpositum est, spatio apparet; minor habet inscriptionem hancce, *Queritur delecti pueri fidem corruptam pretio, multa in eum devovens mala.*—1 Cod. Lips. Par. ed. pr. min. Rheg. Ald. 2. Mur. Basil. Plant. Gryph. Gebh. *miseros l. amores;* aliquot Stat. Witt. 1. 2. Broukh. 1. 2. Laud. Exc. Pocc. et Venet. 2. habent etiam *amores;* unus Stat. Exc. Perr. Venett. 1487. Ald. et Stat. *amantes;* H. Voss. reposuit *teneros l. amores*, quod et Guelff. 1. 4. quinque ap. H. Voss. ed. pr. maj. Vicent. Brix. Rom. et Venett. 1491. 1493. confirmant; Corv. habet, *si teneros fueras:* Heins. conj. *lusurus amantes.*—2 *Oscula per* Hamb. *jam* pro *clam* cod. Lips. quod ex suo libro reposuit Scal. *non violunda* Zwicc. 1. et ed. Lips. ap. Heyn.—3 *Hac* Colb. *Ha* Berol. 3. Palat. Witt. 1. duo Broukh. et Angll. 2. 5. *A* Lutatius ad Stat. Theb. v. 689. *Ah misero* conj. Heins. *et si* disjuncte in edd. vett. ut dedit H. Voss. *A miseret, si* in codd. Heynii.—6 'Etiam hic *ludere* reposuerunt.' *Broukh.*—7 *Lucru petens habiles* conj. Frenzelius.—8 *Lucra petitur asper freta* Berol. 3. *petituras* Witt. 1. 2. Angll. 1. 2. 3. 5.

NOTÆ

inque vices fastus patiare superbos,
Et quæ fecisti facta queraris anus.'
Idem Art. Am. lib. III. 'Tempus erit, quo tu, quæ nunc excludis amantes, Frigida deserta nocte jacebis humi.'

1 *Quid mihi*] Conqueritur Tibullus, quod quidam puer sibi ruperit fidem; eique, qui illum muneribus abduxerat, male precatur.

2 *Fœdera per Divos*] Dare fœdera per Divos, est Divorum nomen et testimonium interponere.

4 *Tacitis Pœna venit pedibus*] Ira divina, quæ tarditatem supplicii gravitate compensat, dicitur habere laneos pedes, sed ferreas manus. Ad mentem fere Tibulli Horat. III. Od. 2. 'Raro antecedentem scelestum Deseruit pede Pœna claudo.'

6 *Numina lædere*] Sententiam invertit, quam supra protulit: 'Ne jurare time: Veneris perjuria venti Irrita per terras et freta summa ferunt.'

8 *Durum terræ opus*] Operosam et

Lucra petituras freta per parentia ventis
  Ducunt instabiles sidera certa rates. 10
Muneribus meus est captus puer; at Deus illa
  In cinerem et liquidas munera vertat aquas.
Jam mihi persolvet pœnas, pulvisque decorem
  Detrahet et ventis horrida facta coma.
Uretur facies, urentur sole capilli, 15
  Deteret invalidos et via longa pedes.

Astra certa regunt naves incertas, commoda quæsituras per maria ventis obsequentia. Puer meus delinitus est donis; sed Deus commutet dona in pulverem, et in aquam fluidam. Modo mihi supplicium lues, et pulvis pulchritudinem tuam tollet, et capilli tui *fletibus facti squalidi* deformabuntur: *vultus* tuus *torrebitur, et coma* tua *æstu flagrabit, et longum iter pedes* tuos *debiles*

unus Brouckh. duo Scal. duo Vatt. Heinsii, Par. ed. pr. min. Rheg. Venett. 1491. 1493. Ald. 2. Mur. et Scal. *petiturus* unus Angl. Brouckh. 1. ed. Lips. et Ald. 1. *petituros* Corv. Berol. 4. unus Brouckh. Vicent. et Basil. *perituros* Exc. Perr. et Venet. 2. *perituras* in aliis Venett. *per freta patentia* ed. Lips. Brix. Venett. et Ald. 1. *parentia per freta* Florent. Angl. 4. ed. pr. maj. Rheg. Venet. 2. Lips. Colin. *per freta parentia* Brouckh. 1. *per vela patentia* Angl. 3.—10 *Ducant* Angl. 4.—11 *Muneribus captus meus est puer* Reg. *ac Deus* Witt. 2. *ille* Colb. *illi* Vat. Ursini.—12 Turnebus Advers. XVI. 4. legit, *et rapidas:* Guelff. 1. 4. Brix. Rom. et Venett. 1487. 1491. 1493. *vertet.*— 13 Cod. Lips. Witt. 1. Brouckh. Angl. 2. Guelf. 3. Monac. Ald. 1. et Scal. *persolves*, quod receperunt Voss. Bauer. Wund. et Bach, favente Heyn. et Hand. in Obss. ad Catull. p. 31. Nostram testantur Par. omnes Stat. Heyn. et Beroll. Witt. 2. Brouckh. 1. 2. 3. Colb. Exc. Pocc. Angl. 1. 3. 4. 5.

NOTÆ

laboriosam significat agricolationem, in qua semper est aliquid agendum. Primo enim oportet arare terram, quod vocant, proscindere, deinde iterum, quod vocant, effringere; quoniam prima aratione glebæ grandes excitantur, quas, cum iterum arant, effringunt: deinde lirandum est, seu occandum: quæ multa sunt in agricultione.

10 *Sidera certa*] Hoc est, fixa, et cursum suum dirigentia. Alia sidera aliis gentibus fuere in navigando observata, aliis alia. Cynosura, id est, Ursa minor, fuit fidissima Tyriis et Sidoniis. Helice, seu Ursa major, Graiis. Ovid. Fast. III. 107. 'Esse duas Arctos, quarum Cynosura petatur Sidoniis, Helicen Graia carina notet?' Val. Flaccus Arg. I. 'Neve in Tyriis Cynosura carinis Certior, aut Graiis Helice servanda magistris.' Romani vero Septemtrionem observarunt, ut notat Manilius in Astronomicis.

12 *In cinerem*] Optabant Veteres in pulverem et aquam commutari ea, quæ cupiebant aboleri, prorsusque deleri. Plant. 'At ego Deos quæso, ut quicquid in illo nidulo est, Si aurum, si argentum est, omme id ut fiat cinis.' Propert. lib. II. Eleg. 16. 'Hæc videam rapidas in vanum ferre procellas, Quæ tibi terra velim, quæ tibi fiat aqua.'

15 *Urentur sole capilli*] Nimio quip-

Admonui quoties, Auro ne pollue formam;
  Sæpe solent auro multa subesse mala!
Divitiis captus si quis violavit amorem;
  Asperaque est illi difficilisque Venus. 20
Ure meum potius flamma caput, et pete ferro
  Corpus, et intorto verbere terga seca.
Nec tibi celandi spes sit peccare paranti.
  Est Deus, occultos qui vetat esse dolos.

comminuet. Quoties monui? Ne corrumpe pulchritudinem auro. Frequenter innumera incommoda latere sub auro consueverunt. Si quis inductus pecunia sacrum Amorem læsit, Venus illi infesta est et acerba. Inflamma potius igne verticem meum, et confode corpus meum gladio, et proscinde dorsum meum inflictis scuticis. Nec tibi delinquere volenti fiducia sit occultandi. Est Deus, qui prohibet fraudes

edd. pr. maj. min. Venet. 2. Vicent. Rheg. et Venett. 1487. 1491. 1493.—14 *Detrahet* Berol. 3. et a marg. *Deteret.*—16 *Detrahet* Beroll. 1. 3. et a marg. *Deteret.*—17 Witt. 1. 2. Broukh. 1. 2. 3. omnes Beroll. et Venet. 2. *quotiens:* Corv. *ne pollue fidem.*—19 *O viciis* in Par. *O vitiis* Angll. 1. 4. —20 *Aspera est* Berol. 2. *illis* Witt. 1. et sic Berol. 4. sed a m. sec. *illi.* —22 Guy. *Pectus:* Angl. 4. *verbere membra.*—23 Cod. Lips. Par. Witt. 1. 2. Broukh. 1. 2. Statiani, Angll. 1. 2. 3. Broukh. 3. 4. nonnulli ap. H. Voss. Guarn. Guelff. 1. 2. 4. Corv. edd. pr. maj. min. Venet. 2. Brix. Vicent. Rheg. Lips. Rom. et Venett. 1487. 1491. 1493. *celandi fas;* unus Broukh. *celanti fax;* Colb. *celanti fors;* Beroll. 1. 2. *cælanti fas;* omnes Palatt. Hamb. Goth. et Bern. *celandi;* Scal. ex codd. suis rec. et vet. *celandi spes* reposuit; sic Voss. 1. 2. 3. Hamb. Zwicc. 1. 2. cum edd. Broukh. Vulp. Heyn. Bauer. et Wund. *celari fas sit* dedit H. Voss. e Guelf. 3. Monac. et suo quarto: Heyn. ni rythmus prohibuisset, legerit, *Celandi nec spes tibi sit.*—24 *Sit deus* cod. Lips. Witt. 2. Broukh. 1. 2. 3. Colb. Stat. omnes Beroll. Par. Guelff. 1. 2. 4. aliquot Palatt. edd. pr. maj. min. Venet. 2. Rheg. Vicent. Venett. 1487. 1491. 1493. Mur. Basil. Dous. Plant. Gryph. *Scit* Witt. et unus Palat. *Est* unus Stat. et duo Scal. probante Heyn. *vetet* cod. Lips. Witt. 1. 2. Broukh. 1. 2. 3. Colb. Statiani, Ask. Monac. omnes Beroll. Guelff. 1. 2. 4. Angll. 1. 3. 4. 5. ed. pr. min. Venet. 2. Rheg. Mur. Basil. Dous. Plant. et Gryph. probante Heynio: *vetat* Palatt. Angll. 2. Par. Hamb. Voss. 4. Guelf. 3. ed. pr. maj. Vicent. Brix.

NOTÆ

pe sole deformantur capilli; unde Hercules apud Propert. lib. IV. Eleg. 9. 'Terrent, et Libyco sole perusta coma.'

16 *Deteret*] Lædendo imminuet, et detrahet.

18 *Auro multa subesse mala*] Certo certius est propter aurum multa mortalibus evenisse mala. Inde enim bella, rapinæ, neces, &c. Unde illud Virgil. Æn. III. 'Quid non mortalia pectora cogis, Auri sacra fames?' Ovid. Met. I. 'Effodiuntur opes, irritamenta malorum. Jamque nocens ferrum, ferroque nocentius aurum Prodierat: prodit bellum, quod pugnat utroque.'

19 *Divitiis captus*] Venerem irasci minatur his, qui divitias amori præponderant. Inde etiam indignatur Propert. lib. II. 'Ergo muneribus quivis mercatur amicam? Jupiter! indigna merce puella perit.'

Ipse Deus tacito permisit lena ministro 25
  Ederet ut multo libera verba mero.
Ipse Deus somno domitos emittere vocem
  Jussit, et invitos facta tegenda loqui.
Hæc ego dicebam: nunc me flevisse loquentem,
  Nunc pudet ad teneros procubuisse pedes. 30
Tunc mihi jurabas, nullo te divitis auri
  Pondere, non gemmis vendere velle fidem;

remanere absconditas. Deus ipse concessit potestatem arcano famulo, ut largo vino voces solutas efferret. Deus iste voluit sopore victos proferre verba, atque etiam nolentes declarare facinora occultanda. Ego ista proloquebar. Jam piget me hæc dicentem plorasse. Jam ad molles pedes tuos *procidisse pudet. Tum mihi pejerabas te nullo opulenti auri pondere, nec margaritis venumdare velle fidem;*

Venett. 1487. 1491. 1493. et Ald. 1. *ipse dolos* Colb.—25 Cod. Lips. Colb. Berol. 2. Angl. 1. Broukh. 2. 3. *leve;* Broukh. 1. Beroll. 3. 4. Vat. Ursini, Par. Guelf. 3. ed. pr. min. Brix. Vicent. et Venet. 1487. *lene;* Corv. Reg. duo Scal. Witt. 2. Land. Angll. 3. 4. 5. ed. pr. maj. Venet. 2. Rheg. et Rom. *leva;* sic Berol. 1. sed a marg. *lene;* Witt. 1. et unus Palat. *læva,* quod reposuit H. Voss. improbante Huschk. *sæva* in altero Gebh. et uno Mureti, qui inde fecit *sæpe,* quod etiam apparet in Vat. 1. *lena* exhibent unus Stat. Exc. Lips. Vindob. Monac. Goth. Zwicc. 2. quam lect. Statio probatam, primus in contextum intulit Heynius: *vela* conj. Scaligeri servarunt Broukh. et Vulp. *lora* tenebat Santenius; *frena* conj. Huschk. pro *ministro* unus Stat. habet *magistro.* —26 *Et decet ut* cod. Lips. et Broukh. 1. *Adderet ut* alius Broukh. et Berol. 4. *Ederet et* Angll. 3. 4. Reg. et Corv.—28 Witt. 1. *invictos;* Witt. 2. et Colb. *immites;* et sic Berol. 1. sed a marg. *invitos.*—29 *Hæc mihi* Land. et Angl. 2. *nec me* Dat. et Berol. 3. *me dixisse* Broukh. 1.—30 *Non pudet* Voss. 4. Goth. uterque Zwicc. ed. pr. maj. Rheg. Venet. 2. Vicent. et Lips. *Nunc* Vat. Ursini.—31 *Tum* Ald. Gryph. et Plant. *Tu* Beroll. 1. 3. duo H. Voss. Zwicc. 1. 2. ed. pr. maj. min. Venet. 2. Rheg. Brix. Vicent. et Venet. 1487. quod reposuerunt Voss. et Bach. *Tunc* cod. Lips. Witt. 1. 2. Broukh. 1. 2. 3. Beroll. 2. 4. Vat. Ursini, Angl. 1. 2. 3. 4. *nullo tibi* cod. Lips. Beroll. 1. 2. 3. Guelf. 2. Par. Stat. Witt. 1. 2. Broukh. 1. 2. 3. Dat. Angll. 1. 2. edd. pr. maj. min. Venet. 2. Brix. Rheg. et Venett. 1487. 1491. 1493. *nullo te* Vat. Ursini, *nullo te,* vel *nullius* Angl. 5. *nullius* etiam habent Reg. Angll. 3. 4. et Guelf. 3.—32 Rheg. *geminis frangere;* ed. pr. maj. Lips. et Vicent. *gemis frangere;* Exc. Pocc. et Vatt. 1. 2. habent etiam *frangere;* Venett. 1487. 1491. 1493. *perdere.* Nostram testantur Cod. Lips. omnes Beroll. et ed. pr. min. cum aliis.—

NOTÆ

25 *Permisit lena* [*Permisit vela*] Ita legit Scaliger, hoc est; permisit voluntati, arbitrio, ac libidini: quod proverbialiter significat, 'permittere vela.' Alii legunt, *permisit lena ministro,* hoc est, ut lena, cui minister plurimum vini fudisset, tacenti interim plurima aperiret fido amoris ministro.

26 *Ederet libera verba*] Notum illud Proverbium: 'In vino veritas.' Temulentorum enim et ebriorum illud est vitium, ut omnia etiam animi arcana in publicum effundant et effutiant. Horat. Art. Poët. 'Et torquere mero, quem perspexisse laborent An sit amicitia dignus.'

28 *Invitos facta tegenda loqui*] No-

Non, tibi si pretium Campania terra daretur,
  Non, tibi si Bacchi cura, Falernus ager.
Illis eriperes verbis mihi, sidera cœlo 35
  Lucere, et puras fulminis esse vias.
Quin etiam flebas: at, non ego fallere doctus,
  Tergebam humentes credulus usque genas.
Quid faceres, nisi et ipse fores in amore puellæ?
  Sit, precor, exemplo sit levis illa tuo! 40

nec etiamsi tibi merces traderetur regio Campania, neque si tibi Falerna terra, Bacchi amor, tribueretur. His dictis eriperes mihi astra ætheris splendere, et cursus fluvii nitidos esse. Insuper lacrymabaris hæc affirmans. *Ego vero minime eruditus decipere, credulus semper abstergebam madidas genas. Quid ageres nisi etiam* tu *ipse esses in amore puellæ? At opto, ut ipsa tuo exemplo* vicissim *incon-*

33 *Campania tota* Exc. Perr. Corv. Berol. 4. a m. sec. Guelf. 2. et Monac. —35 Par. *erriperet;* Berol. 4. Reg. Broukh. 1. et Witt. 1. *eriperet;* Beroll. 1. 2. Par. et edd. pr. maj. et min. cum aliis, *cæli;* Monac. *cælo;* sed *cælo* ex uno Vat. cui accedit Goth. restituit Broukh.—36 *Ducere* Monac.; Broukh. edidit *et puras fluminis ire:* certe *ire* legitur in Vat. Statii; *fluminis* cod. Lips. Guelf. 1. (Guelff. 2. 3. pro v. l.) Beroll. 2. 4. Par. Venett. 1487. 1491. 1493. Aldd. et Scal. et sic Berol. 1. a marg. *flumis* in ed. pr. min. *fluminis* testantur Witt. 1. Exc. Perr. et Pocc. Reg. Guelf. 2. Laud. Colb. Colot. Dat. Angl. 2. Berol. 3. ed. pr. maj. Venet. 2. Rheg. Vicent. Rom. et Lips.—39 *Quid facerem* cod. Scal. Vat. duo Palatt. Laud. Reg. Corv. Guelf. 1. Voss. 1. 4. Angl. 2. ed. pr. maj. Venet. 2. Rheg. Brix. Lips. Rom. Venett. 1487. 1491. 1493. Ald. 2. Basil. et Gebh. quod reposuit H. Voss. *Quid faciam* Witt. 1. 2. Broukh. 2. Angl. 1. Ald. 1. et Colin. *Quid facias* cod. Lips. Broukh. 1. et Dousa; *Quid dicam,*

NOTÆ

tum est plures dormientes interdum multa effutire, quæ vigilantes nunquam aperirent.

33 *Campania terra*] Regio est Italiæ fertilissima, in qua summum est Liberi Patris et Cereris certamen, ut a Plinio venuste dictum est; sic dicta, quod campestris sit. Vid. Strab. lib. v. Vere Italiæ Paradisus est, adeo ibi incredibilis rerum est fertilitas et abundantia.

34 *Bacchi cura*] Hoc est, amor. Sic Virgilius: 'Tua cura Lycoris.'

Falernus ager] Campaniæ tractus, qui vitiferos colles habet, generosissimo, quod ibi nascitur, vino nobiles, cui vino secunda nobilitas tribuebatur ab Antiquis. Dicitur a 'Falerno' Agricola, qui primus ibi vites fertur coluisse.

35 *Illis eriperes verbis*] Sensus est; His dictis mihi persuaderes, et quasi invitum cogeres, ut tibi crederem, si diceres astra cœli non lucere. Eodem fere modo Cornelius Celsus lib. vi. 'Pæne ineptiæ sunt curare varos et lenticulas et ephelidas, sed eripi tamen fœminis cura cultus non potest.'

36 *Fulminis* [*Fluminis*] *esse vias*] Alii legunt, *Fluminis ire vias,* quod non displicet. Alii legunt, *Fulminis esse vias,* quod non renuo, si per *puras,* claras intelliges.

39 *Quid faceres*] Alii legunt, *Quid facias;* alii, *Quid faciam,* alii, *Quid facerem:* alii, *Quid dicam, quod ut ipse fores, &c.* Sed quocumque modo legatur, difficilis omnino sententia.

O quoties, verbis ne quisquam conscius esset,
  Ipse comes multa lumina nocte tuli?
Sæpe insperanti venit tibi munere nostro,
  Et latuit clausas post adoperta fores.
Tum miser interii, stulte confisus amari: 45
  Nam poteram ad laqueos cautior esse tuos.
Quin etiam attonita laudes tibi mente canebam:
  At me nunc nostri, Pieridumque pudet.

stans sit. O quam sæpe ego *ipse gestavi facem tibi assectator producta nocte, ne ullus testis esset dictis! Frequenter beneficio meo adstitit tibi inopinanti* puella, *at abscondita post januam obseratam delituit. Tunc perii infelix, stolide credens me diligi: non valebam esse diligentior ad insidias tuas. Præterea etiam celebrabam tibi præconia tua stupenti animo. Jam vero piget me mei, et Musarum. Utinam*

quod, ut ipse unus Vat. Palatt. 3. 4. et Commel. Nostram tuentur Scal. cod. a m. sec. Broukh. 3. plures Stat. Palat. 6. Vatt. 1. 2. Par. Angl. 3. 4. Beroll. 2. 3. (Berol. 4. a m. sec.) uterque Zwicc. Guarn. Bern. Voss. 3. 5. Monac. ed. pr. min. Mur. Scal. Plant. et Grypb.—40 *Sed precor e sit* Thuan. Witt. 1. 2. Colb. Colot. Vat. Heinsii, Vat. Ursini, Angll. 2. 3. 4. 5. Beroll. 1. 3. Venet. 2. Vicent. Rbeg. Brix. Lips. Rom. Venett. 1487. 1491. 1493. probante Huschk. *Sic p. e. sit* Commel. et ed. pr. maj. *Sit p. e. sed* cod. Lips. Broukh. 1. 2. 3. Reg. ed. pr. min. Aldd. et Scal. *Sed p. e. sed* Guelf. 3. *Sit p. e. sic* Par. *sit lenis* Berol. 1. et ed. pr. maj. *sit levis* testantur Beroll. 2. 4. (non Berol. 1. ut nuntiat Voss.) Voss. 5. Vindob. Bern. et uterqne Zwicc.—41 *O quotiens* Witt. 1. 2. Broukh. 1. 2. 3. omnes Beroll. et Venet. 2. *quociens* Par. *O quoties nobis* Guy. et Stat.—43 Angll. 3. *tibi venit;* Berol. 1. *ubi* suprascr. *tibi.*—44 *Sed latuit* cod. Lips. omnes Beroll. et Guelff. Par. Corv. Reg. edd. pr. maj. min. Venet. 2. Rheg. Brix. Vicent. Lips. Rom. cum aliis; *Est latuit* Exc. Pocc. *Et latuit* ex codd. Stat. Exc. Perr. et quatuor Heins. reposuit Broukh. Vulpio lubente; et sic Guelf. 2. pro v. l. *clausos* Berol. 1.—45 *Tunc* Angll. 2. 3. 4. *Tum* ed. H. Voss. in contextu; sed hoc typothetæ acceptum referas, non editori, qui in notis se *Tam* reposuisse gloriatur, idque invitis omnibus libris, improbante Huschk. *Tu* in Vincent. omisso apice, ut v. 31. *confixus* cod. Lips. et Dat. *amori* Angl. 4. et Corv. *amanti* Zwicc. *amare* Reg.—46 *Non* Angl. 2. ed. pr. min. Colin. quod edidit post Scaligerum Broukh. apposito ad finem versus interrogationis signo: *Nam* Witt. 1. 2. Broukh. 1. 2. 3. Statiani, Reg. Corv. omnes Beroll. et Guelff. Colb. Vat. 2. Par. ed. pr. maj. Venet. 2. Venett. 1487. 1491. 1493. Aldd. et Gryph. quam particulam intolerabilem esse ait H. Voss. eique substituit *Ah!* verbum *esse* ultro in *isse* transformans; quod improbant Bach. et Huschk.—48 *Et me* Witt. 1. 2. Broukh. 1. 2. 3. Colb. omnes Angll. Beroll. et Guelff. Corv. Reg. Par. edd. pr. maj. min. Venet. 2. Brix. Rheg. Rom. Lips. Venett. 1487. 1491. 1493. et Aldd. *At me* (non *Ut me*, ut Heynius nuntiat,) Mur. primus edidit, quod exhibent Ask. Vindob. et Plant. *Ut me* recepit

NOTÆ

41 *O quoties*] Objicit pericula quæ adiit, dum puerum ad amicam erat comitatus, atque commemorat, quæ præstitit amantibus obsequia.

44 *Et* [*Sed*] *latuit*] Alii legunt, *Et latuit*, quod non displicet; ideo vero *latuit* ne a me cognosceretur.

47 *Attonita*] Nimia scilicet cantandi cupiditate, tuique impotentiori amore.

Illa velim rapida Vulcanus carmina flamma
  Torreat, et liquida deleat amnis aqua. 50
Tu procul hinc absis, cui formam vendere cura est,
  Et pretium plena grande referre manu.
At te, qui puerum donis corrumpere es ausus,
  Rideat assiduis uxor inulta dolis;
Et, cum furtivo juvenem lassaverit usu, 55
  Tecum interposita languida veste cubet.
Semper sint externa tuo vestigia lecto,
  Et pateat cupidis semper aperta domus.

Vulcanus illos versus igne vehementi comburat, et fluvius obliteret fluenti aqua. Longe a nobis sit, cui studium est pulchritudinem prostituere, et magnam mercedem referta manu reportare. Te vero, o qui aggressus es muneribus puerum pervertere, conjux impunita deludat continuis fraudibus; et postquam fatigaverit juvenem amore clandestino, tecum languens decumbat amictu interjecto. Perpetuo existant vestigia aliena in *cubili tuo, atque ædes* tuæ *jugiter sint apertæ amantibus. Nec soror im-*

H. Voss.—49 Broukh. 2. et Berol. 2. *rabida.*—51 *Tunc* cod. Lips. *Sic procul hinc absis* Voss. 4. 5. *Sit procul a nobis, formam cui* Exc. Scal. et Voss. 3. quod arripuit Broukh. 'Est hæc manifesta interpolatio, expressa etiam a Broukhusio.' *Huschk.* *Tu procul hinc absis* testantur omnes Stat. Mur. Beroll. Angll. et Guelff. Witt. 1. 2. Broukh. 1. 2. 3. omnes Heins. et Heyn. Colb. Reg. Par. edd. pr. maj. min. Venet. 2. Brix. Rheg. Vicent. cum aliis; quam lect. revocavit Vulp. *cui formam* Witt. 1. 2. Broukh. 1. 2. 3. Par. Beroll. edd. pr. maj. min. Venet. 2. Rheg. Brix. Vicent. Venett. 1487. 1491. 1493. Dous. Plant. et Gryph. *formam cui* receperunt Voss. Wund. et Bach; quod etiam habent Voss. 1. 3. 5. *curæ est* Ald. 2. et Basil. 1569. *curæ*, absque verbo *est*, Broukh. 2. 3. *cura est* cod. Lips. Witt. 1. 2. 3. Dat. Broukh. 1. Angll. 3. 4. omnes Beroll. et Guelf. cum edd. vett. 'Fatendum est, totum Distichon nec sententia nec loco, quem obtinet, satis se probare; resecto contra egregie producunt omnia. Assutum arbitror ex margine.' *Heyn.*—53 *At tu* Witt. 2. Colb. Berol. 3. Dat. Brix. et Venett. 1487. 1491. 1493. *qui donis puerum* Broukh. 2. et unus Stat.—54 *Rideas* ed. pr. min.—55 *Et quom* Witt. 1. *laxaverit* cod. Lips. Witt. 2. Beroll. 1. 3. unus Stat. Dat. Scal. rec. Corv. ed. pr. min. et Rom.—57 *Sint externa tuo semper* Guelf. 1. Brix. Venett. 1487.

NOTÆ

49 *Rapida Vulcanus*] Erat pœna malorum carminum aut in ignem mitti, ut apud Catullum Annales Volusii Vulcano voventur; aut in aquam demergi, ut apud Suetonium in Caligula cap. 20. ubi ii, qui ad aram Lugdunensem maxime displicuissent, scripta sua spongia linguave delere jubebantur, nisi ferulis objurgari, aut in proximum flumen mergi malnissent.

53 *At te, qui*] Dira precatur pueri corruptori.

54 *Dolis*] Furtivis amoribus, atque etiam adulterinis concubitibus.

56 *Interposita veste*] Ut uxor aspernata virum inter se et ipsum quasi irata vestes interponat, ne se tangat.

57 *Externa vestigia*] Hoc est, indicia manifesta adulterii. Propert. lib. II. Eleg. 29. 'Apparent non ulla toro vestigia presso, Signa voluptatis; nec jacuisse duos.'

Nec lasciva soror dicatur plura bibisse
  Pocula, vel plures emeruisse viros. 60
Illam sæpe ferunt convivia ducere Baccho,
  Dum rota Luciferi provocet orta diem.
Illa nulla queat melius consumere noctem,
  Aut operum varias disposuisse vices.
At tua perdidicit; nec tu, stultissime, sentis, 65
  Cum tibi non solita corpus ab arte movet.

pudica referatur hausisse plures cyathos, quam plures amatores exhausisse. Aiunt ipsam frequenter Baccho protrahere compotationes, donec exortus Luciferi currus excitet lucem. Nulla possit commodius illa noctem traducere, et ordinasse diversas exercitationum alternationes. Sed uxor *tua docta est; nec tu percipis,* omnium *stolidissime, quando pro te consueta ratione non movet lacertos. An tu existimas*

1491. 1493. Aldd. et Scal. sed *Semper sint externa tuo* cod. Lips. Par. Corv. Witt. 1. 2. Broukh. 1. 2. 3. Colb. Laud. Dat. Vat. Ursini, ed. pr. min. Vicent. Mur. Dous. et Gryph. *Semper sint extrema tuo* ed. pr. maj. Venet. 2. et Rheg. *extrema* etiam in ed. Lips. *Sint hesterna tuo semper vestigia* ed. Rom. *læto* pro *lecto* ed. pr. min.—59 *Ne* cod. Lips. *Nec* in aliis.—60 Duo Stat. quatuor Palatt. Exc. Pocc. Guelff. 1. 4. Reg. Corv. Vatt. 1. 2. Angl. 5. Witt. 1. ed. pr. maj. Venet. 2. Brix. Rheg. Rom. Lips. Venett. 1487. 1491. 1493. Mur. Plant. et Gryph. *quam plures;* Scal. rec. *nec plures,* quod receperat Broukh. *vel* abest a cod. Lips. quod habent novem ap. H. Voss. omnes Beroll. Angll. 1. 2. 3. 4. Witt. 2. Broukh. 1. 2. 3. Exc. Lips. Guelff. 2. 3. Par. ed. pr. min. et Aldd. et revocavit Vulpius: *hæc meruisse* Mur. Plant. et Gryph. —61 *Illa ferunt semper* Reg. *ferant* unus Stat. Exc. Pocc. ed. pr. maj. Venet. 2. Brix. Rheg. Vicent. et Lips.—62 Ed. Rom. *Luciferum provocat.*—63 *Illa queat nullam* unus Stat. ed. pr. min. Vicent. Brix. Rom. Lips. et Venett. 1487. 1491. 1493. *Illa querat nullam* ed. pr. maj. Venet. 2. et Rheg. *Illa nullam queat* unus Broukh. Nostram, quam reposuit Scal. testantur cod. Lips. Par. Reg. Guelf. 2. omnes Beroll. Exc. Perr. Scal. rec. Statiani, duo Palatt. Witt. 1. 2. Broukh. 1. 2. Dat. et Angll. 1. 3. 4. 5. *consumere vocem* Berol. 2. *nocte* Reg.—64 *Atque* reduxerat Scal. ex Aldd. Colin. et una Gryph. idque tuetur Wund. sed Broukh. *Aut* revocavit ex Witt. 1. 2. tribus suis. Colb. Vat. 1. Dat. ed. pr. maj. min. Venet. 2. Rheg. Brix. Rom. Vicent. Lips. Venett. 1487. 1491. 1493. Mur. Plant. Gryph. et Dous. quod nunc confirmant cod. Lips. Corv. Reg. Par. Beroll. alii: *vias* pro *vices* Vat. Ursini.—65 *Aut tua* Reg. pro quo Heyn. malit *Et,* vel *Hæc.*—66 *Quom* Witt. 1. Dat. et Berol. 3. *thait* pro *movet* Dat. et Berol. 3. *monet* Angl. 1. *trahit* Ask. et sic

NOTÆ

58 *Cupidis*] Amatoribus intrare volentibus, tuæque uxoris pudicitiæ insidiantibus.

59 *Nec lasciva soror*] Non uxorem modo istius corruptoris optat esse impudicam, sed etiam sororem; et ut quæstum meretricium faciat, et vulgati sit corporis, imprecatur, et ut tot concubitus ac vices patret, quot pocula vacuaverit.

60 *Emeruisse viros*] Id est, exhausisse viros. 'Emerere' convenit recte meretricibus, quæ a 'merendo' dictæ sunt. 'Emerere' autem 'viros' eodem sensu videtur sumi, quo illud, 'Quæ tot nocte viros peregit una.'

62 *Dum rota Luciferi*] Poëta Lucifero currum attribuit, cum apud alios

Tunc putas illam pro te disponere crines,
  Aut tenues denso pectere dente comas?
Ista hæc persuadet facies, auroque lacertos
  Vinciat, et Tyrio prodeat apta sinu. 70
Non tibi, sed juveni cuidam vult bella videri,
  Devoveat pro quo remque domumque tuam.
Nec facit hoc vitio, sed corpora fœda prodagra
  Et senis amplexus culta puella fugit.
Huic tamen accubuit noster puer; hunc ego credam 75
  Cum trucibus Venerem jungere posse feris.

ipsam tui causa comas componere, aut comere subtiles capillos crebro pectine? An id tibi fidem facit vultus ille, quod cingat auro brachia, et composita procedat in veste purpurea. Pulchra cupit apparere, non tibi, sed cuidam adolescenti, cujus causa devoveat et bona et domum tuam. Non id agit pravitate sua; at ipsa delicata fœmina vitat corpus podagra fœtidum, et vetuli putidi *complexum. Nihilominus isti meus puer succubuit. Ego jam putem ipsum posse conciliare amorem cum*

Berol. 1. sed a marg. *movet.*—67 Duo Stat. Colb. Exc. Pocc. Guelf. 2. ed pr. min. Rom. Brix. et Venett. 1487. 1491. 1493. *putes;* Witt. 1. 2. Broukh. 1. 2. 3. Par. ed. pr. maj. cum aliis, *putas.* Ceterum libri scripti editique omnes habent *disponere crines,* præter unum Par. qui habet *disponere corpus.* 'Memorabilis lectio, fortasse vera: similiter Græci dicunt πλάττειν σῶμα. Si vera est, omnis tollitur dubitatio de particula *Aut* v. sequenti.' *Huschk.*—68 *Et tenues* Florent. quod reposuerunt Broukh. Voss. Wund. et Bach. *At* ed. Gebh. 1621. *Aut* codd. et edd. vett. *pectine dente* Venett. 1487. 1491. 1493. *pectine nocte* Witt. 2. *nectere dente* Berol. 2. et unus Broukh. *pectore* unus Voss. Goth. ed. pr. maj. Rheg. et Ald. 2.—69 *Illita persuadet* ex codd. legit Fea ad Hor. I. Epist. 7. 10. *Istum* Par. *Illa* ed. pr. min. Venett. 1487. 1491. 1493. et Ald. 1. *Ista huic persuadet* Wakef. ad Lucr. II. 487. Huschk. malit, *Isti hæc persuadet facies;* nempe supplendum 'ut:' Heyn. *aurone lacertos.*—70 *Quum vincit tyrio prodit et apta sinu* in Guelf. 2. pro v. l.—72 Lipsius *teque* corrigere volebat pro *remque,* faventibus Dous. et Broukh.—73 *Non* ex Venett. 1491. 1493. et Ald. 1. invexerat Scal. quod habent etiam Beroll. 1. 3. sed Broukh. *Nec* revocavit, quod tuentur cod. Lips. Witt. 1. Broukh. 1. 2. Laud. unus Heins. Exc. Pocc. Beroll. 2. 4. Par. ed. pr. maj. Venet. 2. Ald. 2. cum aliis; *Hec* Broukh. 3. *hæc vitio* Berol. 4. *hoc lucro* cod. Lips.—75 *Hunc tamen* Par. Witt. 1. 2. et unus Broukh. *Nunc tamen* Reg. *Hinc tamen occubuit* Mur. *hinc*

NOTÆ

equo tantum vehi referatur, fusco quidem vespere, candido autem mane, quando est φώσφορος. Ovid. in Fastis: 'Hesperus et fusco roscidus ibat equo.'

65 *At tua perdidicit*] Tua nempe uxor egregie docta est adulteria.

68 *Denso dente*] Pectinem per circumlocutionem significat, qui scilicet per denticulos minutissimos et frequentissimos est insectus.

70 *Tyrio prodeat apta sinu*] Quoniam in urbe Tyro laudatissima tingebatur purpura, factum est, ut 'Tyrium' dicatur pro 'purpureo.' Apta, id est, ornata, et concinnata, et composita.

72 *Devoveat*] Hoc est, devovendo consumat, vel cum deprecatione execretur resque tuas, gentemque tuam.

73 *Corpora fœda podagra*] Podagricorum corpora fœtent propter un-

Blanditiasne meas aliis tu vendere es ausus?
  Tune aliis demens oscula ferre mea?
Tunc flebis, cum me vinctum puer alter habebit,
  Et geret in gremio regna superba tuo. 80
At tua tum me pœna juvet, Venerique merenti
  Fixa notet casus aurea palma meos:
HANC TIBI FALLACI RESOLUTUS AMORE TIBULLUS
  DEDICAT: ET GRATA SIS, DEA, MENTE, ROGAT.

truculentis belluis. Tune confisus es aliis prostituere blandimenta mea? Tune, o insane, dare aliis suavia mea ausus es? *Tunc plorabis, quando me sibi devinctum tenebit puer alius, et in tuo sinu exercebit imperium fastuosum. Tunc supplicium tuum delectet me, et aureum scutum Veneri meritæ appensum signet casus meos* hoc cum titulo: *Tibullus perfido pueri amore liberatus hoc consecrat tibi, o Dea, et te precatur,* ut sibi *sis animo propitio.*

ego Rom.—77 *Deliciasne* Hamb. *alii tu* Par. ut conj. Dousa, et expressum est in Græv. et Basil.—79 *Tum* Reg. cum edd. Vicent. Venett. 1487. 1491. 1493. et Rom. quod recepit H. Voss. *Tu* ed. pr. maj. Lips. et Rheg. *Tunc* habent codd. Lips. et Par. *quom me* Witt. 1. idque reposuit H. Voss. *victum* cod. Lips.—80 *Et reget* cod. Lips. cum duobus ap. Heyn. *regno regna* cod. Lips. Sfort. Reg. Par. Witt. 1. 2. Broukh. 1. 2. Colb. Beroll. 1. 3. 4. ed. pr. min. et Cyll. in Comment. *regno bella* Berol. 2. unus Broukh. duo Stat. regno habent etiam Vatt. 1. 2. Dat. Exc. Perr. et Vat. Ursini; pro *regna* Guy. Heins. et Broukh. faciebant *sceptra.* Nostram testantur Corv. ed. pr. maj. Venet. 2. Brix. Rheg. Rom. Lips. Vicent. et Venett. 1487. 1491. 1493. cum vulgg. *superba suo* Berol. 1. et suprascr. *tuo.*—81 Cod. Lips. Reg. Corv. Par. omnes Guelff. Stat. et Beroll. Witt. 1. unus Broukh. Laud. Angll. 1. 2. 3. 4. Dat. edd. pr. maj. min. Venet. 2. Brix. Rheg. Vicent. Lips. Rom. et Venett. 1487. 1491. 1493. *dum me;* Witt. 2. et Scal. rec. *me dum;* emendatum est in Aldd. *tum me:* Corv. *juvat:* unus Stat. *Veneri ipsa merenti;* Berol. 1. *venerique* et suprascr. ipe.—82 Berol. 4. *aurea parma* a m. sec. Scal. emend. *lamina:* Colot. *picta tabella.*—83 Par. *falaci;* Berol. 3. *fallacis.*

NOTÆ

guenta, quæ tanquam remedia podagrico dolori adhibentur, tum propter senium. De podagrico rivali Catullus ait: 'Ulciscitur ambos, Illam affligit odore, ipse perit podagra.'

80 *Et geret in gremio regna superba*] Hoc est, dominabitur. Dominæ enim vocantur amicæ, earumque obsequium amatores vocant regnum, seu imperium, quasi ipsis sint subditi jure servitutis. Horat. IV. Od. 'Non sum qualis eram bonæ Sub regno Cynaræ: desine, dulcium Mater sæva Cupidinum, Circa lustra decem flectere mollibus Jam durum imperiis.'

82 *Notet casus aurea palma*] 'Palmam,' et 'Parmam,' 'Parmularios' et 'Palmularios' idem esse contendunt viri doctissimi; ut autem 'parmas' Gladiatores et milites figere solebant, sic et amatores. Unde Ovid. Trist. IV. 8. 22. 'Miles ut emeritis non est satis utilis armis, Ponit ad antiquos, quæ tulit arma Lares.' De amatore vero Horat. III. Od. 26. 'Nunc arma defunctumque bello Barbiton hic paries habebit.' Parmula igitur Tibulli Veneri de ipso bene meritæ appensa ex voto tanquam tabella εὐχαριστικὴ, pericula et casus, quos evaserit, significabit.

ELEGIA X.

Quis fuit, horrendos primus qui protulit enses?
  Quam ferus, et vere ferreus, ille fuit!
Tunc cædes hominum generi, tunc prælia nata:
  Tunc brevior diræ mortis aperta via est.
At nihil ille miser meruit: nos ad mala nostra 5
  Vertimus, in sævas quod dedit ille feras.
Divitis hoc vitium est auri; nec bella fuerunt,
  Faginus astabat cum scyphus ante dapes.

Quis fuit, qui primus omnium *edidit execrandos gladios? Quam crudelis fuit iste, et certe ferreus,* et immanis. *Tum* primum *mortalium genti exorta sunt occisiones, et pugnæ; tum patuit sævæ necis iter contractius. Sed infelix ille nullam meritus est pœnam; nos* enim *traducimus in ruinam nostram* præsidium, *quod* nobis *ille præbuit adversus truces bestias. Illud est vitium auri pretiosi. Neque* enim *fuerunt prælia, quando pocula fagina ad epulas collocata erant; nec erant pro-*

Eleg. XI. e Scal. recensione. Ed. pr. maj. hanc habet inscriptionem, *Detestatur bella laudans ætatem primam.* Panlo aliter ed. pr. min. *Detestatur bella laudans ætate primam et pacem.* Pocchus in suis codd. secundi Libri principium ab hac Elegia constitui viderat, referriqne hæc ad Nemesis amorem. Etiam Heynius in ed. Vicent. a V. D. scriptum hoc vidit, *Albii Tibulli poëtæ ill. de amoribus Nemesis liber* II. *Elegia prima:* et sic est in Guelf. 2. Exc. Perr. habent, *Principium* II. *libri de Amoribus Nemesis.*—1 *Qui fuit* Corv. Berol. 3. *pertulit* Angll. 2. 4. *protudit* Heins.—3 *Tum* cod. Lips. Reg. Witt. 1. 2. Statiani, Broukh. 1. Berol. 1. 3. et ed. pr. min. *Tunc* Broukh. 2. 3. Par. alii: *tum prælia* cod. Lips. Par. Angl. 4. Dat. Beroll. 1. 3. (non Berol. 2. ut narrat Bach) Corv. Guarn. *tunc prælia* Broukh. 2. 3. ed. pr. min. cum aliis.—4 *Tum* cod. Lips. Reg. Corv. omnes Angll. Beroll. 1. 2. 3. Guarn. et Par. *Tunc* in aliis, cum edd. pr. maj. min. et ceteris vett. *duræ* unus Stat. verbum *est* omisit H. Voss.—5 *Ha miser ille nihil* Hamb. *Forsan et ille nihil* Scal. rec. et vet. *An nihil* Broukh. 1. 2. Witt. 2. Exc. Pocc. Guelf. 3. Vat. Heins. Angl. 5. Reg. Par. et ed. pr. min. *An nihil,* vel *nil,* Angl. 1. Nullus cod. exhibet *Ah* quod in textum intulit H. Voss.—6 Ed. pr. maj. *in sævos:* Berol. 2. *illa feras.*—7 Par. *hoc vicium.*—8 *Fagineus stabat* Laud. Vat. Ursini,

NOTÆ

1 *Quis fuit horrendos*] Hæc Elegia ejusdem est argumenti cum fine primæ Elegiæ hujus libri. Nam detestatur bella invitatus a Messala ad expeditionem in Orientem.

2 *Quam ferus*] Ferus est, qui vitæ durioris est, et crudelioris animi. Ferreus vero, qui immitis et intractabilis, a ferro, quod nihil in se præter duritiam habet.

7 *Divitis hoc vitium auri*] Hic etiam eleganter, ut in Elegia superiori malorum omnium vere causam auro imputandam censet, ut et Ovid. Met. I. 'Jamque nocens ferrum, ferroque nocentius aurum,' &c.

8 *Faginus astabat*] Jam de poculis supra egimus Eleg. 1. ad hos versus:

Non arces, non vallus erat; somnumque petebat
  Securus varias dux gregis inter oves. 10
Tunc mihi vita foret, vulgi nec tristia nossem
  Arma, nec audissem corde micante tubam!
Nunc ad bella trahor, et jam quis forsitan hostis
  Hæsura in nostro tela gerit latere.
Sed patrii servate Lares; aluistis et idem, 15
  Cursarem vestros cum tener ante pedes.

pugnacula, nec munimenta; et pastor pecoris quietus somnum carpebat inter suas oves. Utinam *mihi ætas tum esset, neque scivissem detestabilia tela, nec audivissem classicum pectore palpitante. Jam rapior ad arma, jamque fortasse aliquis adversarius gestat spicula in meo latere figenda. Verum, o Penates paterni, defendite* me: vos *etiam ipsi* me *educastis, quo tempore tenellus cursitarem ante pedes*

Corv. Guelf. 3. et Angll. 2. 3. 4. *quom* Witt. 1. et sic ed. H. Voss. *dum* ed. pr. min. *sciphus* Par. *pedes* pro *dapes* Colb.—9 *Non acies* malebant Stat. et Guy. improbante Heyn. *Non rubies non ira fuit* conj. Ant. de Rooy in Conject. Crit. p. 94.—10 *Securus saturas* Heinsii emend. in textum intulit Broukh. *Securas aries* malebat Heyn. cum Richtero Specim. Obss. p. 44. idem Heynius conj. *Securus tutas:* sed *varias* unanimiter scripti et impressi habent. 'Optime vulg. se habet, modo ne 'versicolores,' sed 'diversas colore' albas, nigras, &c. interpreteris cum Vulp. H. Voss. aliis.' *Bach.*—11 Hic locus Heynio corruptus esse visus est, qui proposuit, *Tunc m. v. foret! Valgi; nec, &c.* probante Santenio; Heinsii emend. *Tunc m. v. f. dulcis, nec,* reposuit Broukh. et sic in Voss. 3. 5. H. de Bosch. Obss. ad Anth. 1810. p. 431. *frugi* malit. Voss. locum incorruptum existimans, dedit, *Tum m. v. foret! Vulgi nec, &c.* sed Huschk. idem Heynio sentiens, emend. *vel ubi nec;* h. e. 'vel ibi nunc esset, ubi nec nossem arma, nec,' &c. Omnes codd. et edd. ante Voss. exhibent *Tum:* Reg. Voss. 2. et ed. Mur. *non* pro *nec;* Vicent. *nec tristia mihi nossem,* omisso loco suo pronomine: *noscem* Par. et ed. pr. min.—12 Eadem ed. *audirem,* probante Huschk. *tremente* Witt. 1. 2. Laud. Colb. Angl. 2. Berol. 1. 3. 4. Ald. 2. Mur. Basil. 1569. Plant. Gryph. et quas præterea recenset Klindworth. *micante* exhibent Lips. Par. omnes Stat. et Palat. Exc. Lips. Commel. Broukh. 1. 2. 3. Angl. 5. Berol. 2. ed. pr. maj. min. Venet. 2. Rheg. Lips. Brix. Vicent. et Colin. *comam* pro *tubam* unus habet Zwic. extat etiam in ed. pr. maj. Venet. 2. Rheg. et Lips. at ed. pr. min. Vicent. aliæ *tubam.*—13 Dat. et Beroll. 1. 3. *et nunc;* Par. *etiam;* Heins. ad marg. ed. Raph. *jam jam.*—14 Par. *tella.*—15 *Dii patrii* Angl. 5. *iidem* ed.

NOTÆ

'Fictilia antiquus primum sibi fecit agrestis Pocula, de facili composuitque luto.'

9 *Non arces, non vallus erat*] Legendum forsan, *non acies:* vallus proprie significat palum, quo vitis alligatur. Cæsar tamen, ut hoc loco Tibullus, usurpat non semel pro castrorum munimento, quod ideo 'vallum' dicitur, quod ex vallis, hoc est, palis, sæpe fieret.

11 *Tunc mihi vita foret*] Hoc est, Utinam tunc temporis viverem.

12 *Corde micante tubam*] Corde præ metu palpitante seu trepidante. Tuba etiam seu classicum est virorum fortium et bellicosorum incentivum: ignavorum vero terror et metus.

15 *Sed patrii servate Lares*] De Laribus, et quod essent *Di Patrii,* fuse

Neu pudeat prisco vos esse e stipite factos;
  Sic veteris sedes incoluistis avi.
Tunc melius tenuere fidem, cum paupere cultu
  Stabat in exigua ligneus æde Deus. 20
Hic placatus erat, seu quis libaverat uvam,
  Seu dederat sanctæ spicea serta comæ.
Atque aliquis voti compos liba ipse ferebat,
  Postque comes purum filia parva favum.
At nobis ærata, Lares, depellite tela! 25
  Hostia erit plena rustica porcus hara:

vestros. Nec erubescatis fabricatos vos esse e trunco antiquo; ita insedistis antiquam Majorum domum. Tum religiosius fidem servaverunt, quando Deus ligneus veneratione simplici in parva domo positus erat. Ille erat propitiatus, sive quis racemum obtulerat, sive quis attribuerat sacris ejus *crinibus coronas spiceus. Et cum quis optatis potitus iis offerebat ipsa liba, tum comes filia tenera favum præbebat sincerum. Sed* vos, *o Lares, arcete a nobis spicula ærea; et vobis cadet victima sus*

pr. maj. Vicent. Rheg. Aldd. Mur. et Scal. *idem* habent codd. Lips. Par. Reg. Sfort. Beroll. 1. 2. 3. ed. pr. min. et Venet. 1487. 1491. 1493. 1500.—16 *Cursabam* Par. *Cursabam v. quom* H. Voss. *quom* habet etiam Witt. 1. *qcum* Vicent. In nostra lect. omnes alii libri consentiunt.—17 *Heu* Brix. *Nec* Reg. sed *Neu* testantur codd. Lips. et Par. omnes Beroll. Witt. 1. 2. Broukh. 1. 2. 3. ed. pr. maj. min. Venet. 2. cum aliis: *ex stipite* cod. Lips. Hamb. et ed. Vicent. *a stipite* Beroll. 1. 3.—18 *Sic veteres sedes* omnes Stat. quatuor Palat. Broukh. 2. 3. Dat. Par. Witt. 1. 2. Beroll. 1. 2. 4. Laud. Guelf. 1. 2. 4. Reg. Corv. Exc. Pocc. ed. pr. maj. min. Bartol. Venet. 2. Brix. Rheg. Venett. 1487. 1491. 1493. et Mur. *Sic veteres veteres* Berol. 3. *veteres ædes* Sfort. tres Palat. Scal. rec. omnes Angll. Vat. Ursini, Ald. 1. et Scal. *veteris ædes* Guelf. 3. *veteres edes* Broukh. 1. *Scio veteres edes* cod. Lips. Receptam lect. confirmant Vat. Ursini, Colot. Ask. Hamb. quatuor Voss. Ald. 2. Basil. 1569. Plant. Gryph. Dous. Gebh. &c.—19 *Tum m. t. f. quom* dedit H. Voss. *Tu* Cyll. in Comment. *Sic* Vat. Statii; *Tunc* cod. Lips. Par. alii, cum ed. pr. maj. min. et Venett. 1491. 1493. *quom* Berol. 3.—21 In nonnullis ap. Broukh. *pacatis;* Beroll. 1. 3. *libatus;* Berol. 1. a marg. *placatus:* Par. *uva.*—23 Berol. 2. et unus Broukh. *compos voti;* Berol. 4. *voti compos votu ipsa;* cod. Lips. Par. Beroll. 1. 2. 3. unus Vat. ed. pr. maj. min. et Scal. quoque *ipsa;* sed nostram, a Mur. Dous. et Broukh. revocatam, tuentur Guelf. 2. Zwicc. 1. 2. novem ap. H. Voss. et Berol. 4. a m. sec.—24 Ed. pr. maj. *fila.*—26 *Hostia-*

NOTÆ

supra. Ad hunc fere modum Virgilius Æn. II. 'Di Patrii servate domum, servate nepotem.' Idem Æn. III. 'Di talem servate casum, Et servate pios.' Ante omnia enim a Diis Veteres salutem et incolumitatem petebant.

17 *Prisco e stipite*] Ex lignorum truncis vetustis Deos faciebant Antiqui.

19 *Tunc melius tenuere fidem*] Idipsum monet Juvenal. Sat. II. 'Hanc rebus Latiis curam præstare solebat Fictilis, et nullo violatus Jupiter auro.' Sic et Propert. lib. IV. 'Fictilibus crevere Deis hæc maxima regna.'

25 *Lares*] Dii domestici familiæ,

Hanc pura cum veste sequar, myrtoque canistra
Vincta geram, myrto vinctus et ipse caput.

mystica e pleno stabulo. Ego *illum prosequar cum veste munda, et feram caluthos myrto religutos: ipse etiam religatus tempora myrto. Ita sim vobis grutus. Alius*

que e cod. Lips. Reg. Corv. omnes Guelff. Beroll. Statiani, Broukh. et Witt. Par. ed. pr. maj. Bartol. Venet. 2. Vicent. Rheg. et Venett. 1487. 1491. 1493. *Hostiaque* in Voss. 4. ed. pr. min. Ald. 1. aliis; *Hostia erit* Exc. Lips. Pocc. et Perr. Vatt. 1. 2. Colot. Voss. 3. 5. Ask. Vindob. et Bern. quod primus proposuit Broukh. Muretus Adv. 25. scribit, 'post hunc versum videtur aliquid deesse.' Statio ἀνακόλουθον videtur; sed nulla erat lacuna in omnibus libris. 'Nihil est integrius hoc loco, quem tamen docti viri mancum clamant.' *Scal.* Perperam et invidiose in Muretum. 'Istud *Hostiaque e plenu* cum ἀνακόλουθον crederent, aliquid excidisse multi putarunt; quanquam in libris scriptis nullus est hiatus. Itaque Jo. Jovianus Pontanus hoc modo explevit:

At nobis ærata, Lares, depellite tela:
Neu petat hostili missa sagitta manu.
Neu gladio celer instet eques: prosint mihi ad aras,
Quæque tuli supplex munera, quæque feram.
Thure pio caleantque foci, pinguisque trahatur
Hostia de plena mystica porcus hara.

Audax facinus, atque inlaudatum.' *Broukh.* 'Invenit tamen hos versus leviter immutatos (v. 3. *prosit mihi et aris:* v. 6. rustica) in ipso contextu Guelf. 2. Heynius. Unde cujus ætatis hic similesque sint codd. existimari potest.' *Huschk.* Pro *plena* in Broukh. 1. *plana:* Guelf. 1. 3. 4. Corv. Reg. Exc. Lips. et Pocc. Witt. 1. Angl. 2. Vatt. 1. 2. Berol. 4. a m. sec. Venet. 2. Vicent. Rheg. Rom. Lips. Venett. 1491. 1493. et Mur. *mystica*, probantibus Turneb. Donat. ad Liv. 1. 24. Drack. ad Liv. 1. 25. et Fabric. ad Virg. Geo. 1. 166. *mustica* in ed. pr. maj. sed *rustica* habent codd. Lips. et Par. omnes Stat. Beroll. et Broukh. Witt. 2. Colb. (Exc. Perr. quæ habent interpolationem Pontani, ascripto ejus nomine,) Guelf. 2. a m. sec. Voss. 4. ed. pr. min. et Aldd. *ara* Par. Berol. 3. et Witt. 1. 2. *aqua* Colb.—27 *Hunc* primus invexerat Aldus, propagatum deinceps a Mur. Scal. Dous. Plant. et Gryph. 1573. *Hanc* servant cod. Lips. Par. Reg. Corv. omnes Stat. Scall. Broukh. Witt. Palatt. Angll. Guelff. et Beroll. Exc. Lips. Colb. Dat. Vat. 1. alii, cum edd. pr. maj. min. Bartol. Venet. 2. Brix. Vicent. Rheg. Rom. Lips. Venett. 1487.

NOTÆ

domus, etiamque urbium ac viarum; quibus, ut ait Festus, immolabant Romani hostias, quod ab eis hostes arceri putarent. Hostia quæ Laribus familiarius offerebatur, porcus erat, quod maxime fiebat in Compitalitiis. Propertius: 'Parva saginati lustrabant Compita porci.'

26 *Hostia rustica* [*mystica*] Sensus est: Hostia mystica vobis cadet de pleno stabulo. Alii legunt, *rusticu*, sed male. Satis enim notum est Cereri porcum cadere solitum, quam etiam victimam Genio Laribusque immolari consuevisse testatur Horat. III. Od. 17. Sacra autem maxime Cereris dicebantur 'mysteria:' unde recte hostia Cereri præsertim mactata dicitur *mystica*. Sed ego præterea ob aliam causam hostiam dici mysticam puto, quia nempe diligenter observabatur, ut hostia immolanda, et maxime porcus, præpinguis esset, et nulla sui parte manca aut mutila. 'Porcos' igitur 'mysticos,' aut 'mystericos' vocabant, qui pinguissimi et

Sic placeam vobis: alius sit fortis in armis,
  Sternat et adversos Marte favente duces; 30
Ut mihi potanti possit sua dicere facta
  Miles, et in mensa pingere castra mero.
Quis furor est atram bellis arcessere Mortem?
  Imminet, et tacito clam venit illa pede.

strenuus sit in bello, et ductores contrarios, prospero Marte, profliget, ut miles commemorare mihi queat bibenti facinora sua, et vino in mensa castra scribere. Quæ dementia est prœliis accelerare funestum necem? Ipsa instat, et furtim accedit

1491. 1493. 1500. Basil. 1569. et Gebh. *mirtoque* Par.—28 *Uda* Sfort. *mirto* Par. *mixto victus* cod. Lips. *merito vinctus* ed. pr. min. et Bartol.—30 Par. *adverso*.—31 Stat. unus Palat. Broukh. 1. et Angl. 1. *pacanti;* alius Palat. *pachanti;* cod. Lips. *bacchanti*, sicut corrigebat Gebh. cf. Propert. III. 17. 2. Bartol. *potenti;* sed *potanti* exhibent Witt. 1. 2. Broukh. 1. 2. 3. omnes Beroll. alii, cum edd. pr. maj. min. Venet. 2. etc.—32 Par. et Bartol. *et immensa;* Colb. et Berol. 2. *et immenso*.—33 Langerman. pro *atram* conj. *aliam:* Par. Beroll. 2. 4. et ed. pr. maj. *accersere* (non *accessere*, ut narrat Huschk.) et sic aliæ vett. *accessere* Berol. 3.—34 Berol. 1. *dum*, et in marg. *clam:* H. Voss. dedit *ipsa* ex uno Broukh. et sic Berol. 2. ' sed nihil mutandum vide-

NOTÆ

integerrimi, quod et in aliis generibus hostiarum observabant: unde Plautus 'porcos pingues' vocat 'sacros et sinceros.' Atque etiam apud Aristophanem quidam Megarensis, qui filias suas pro porcis vendere cuperet, jubet, ut saccum ingressæ, ita grunniant, ut porci mysterici esse videantur. Κ' ἤπειτεν ἐς τὸν σάκκον ὧδ' ἐσβαίνετε Ὅπως δὲ γρυλλιξεῖτε καὶ κοΐξετε, Χ' ἡσεῖτε φωνὰν χοιρίων μυστηρικῶν. Sciendum porro sacrificia seu mysteria Deorum incœpisse a mactatione porci, primamque hostiam, quæ fuerit immolata fuisse porcum: unde recte porcus dicitur *Hostia mystica*. Ovid. lib. Met. XV. 'Et prima putatur Hostia sus meruisse mori,' &c. Hostia autem apud Festum sacrificium proprie est, quod Laribus immolabant, ut hostes arcerent. Quod mire cum Tibullo nostro convenit.

27 *Pura cum veste*] Ut Veteres in sacris puras manus, ita et puras vestes, pura vasa, puram hostiam, et purum vinum desiderabant. Pura autem vestis appellatur in sacris, quæ neque funesta esset, neque maculam haberet ex homine mortuo. Hinc Tibull. lib. II. Eleg. 1. 'Casta placent superis, pura cum veste venite.' Virgilius: 'Puraque in veste Sacerdos.'

28 *Myrto vinctus*] Myrtus arbor est Veneri amantium Deæ sacra: unde caput amatores myrto sæpius redimire dicuntur, ut se Veneris castra sequi significent.

30 *Marte favente*] Secundo et prospero prælio. Victoribus enim semper Mars favet.

32 *Pingere castra mero*] Solent milites e bello reversi ubique sua facta, præsertim inter calices et pocula, crepare; ita ut etiam sæpius quibusdam signis res, quas narrant, exprimant, aut etiam vino describant et pingant. Unde Ovid. in Heroid. 'Pingit et exiguo Pergama celsa mero.'

Non seges est infra, non vinea culta; sed audax 35
Cerberus, et Stygiæ navita turpis aquæ.
Illic percussisque genis ustoque capillo
Errat ad obscuros pallida turba lacus.
Quam potius laudandus hic est, quem prole parata
Occupat in parva pigra senecta casa. 40
Ipse suas sectatur oves, at filius agnos;
Et calidam fesso comparat uxor aquam.

latente gradu. Subter terram nulla messis est, *nulla vitis arata, at atrox Cerberus, et portitor cymbæ undæ Stygiæ. Ibi pallentes cœtus, et genis pertusis, et crine retorrido, vagantur juxta lacus caliginosos. Quam convenientius prædicandus iste est, quem suscepta sobole tarda senectus exercet in exiguo tugurio. Ille oves suas, natus vero agnos prosequitur; et conjux ipsi defatigato tepidam aquam apparat. Ita*

tur.' *Huschk.*—36 Omnes fere codd. *puppis* pro *turpis*, quod exhibent unus Vat. Exc. Colot. Monac. Voss. 4. et Guelf. 3. 'Longe præstat tamen cum Burm. II. legere *tristis;* propter illud Virgil. de eodem Charonte Æn. VI. 315. 'Navita sed tristis nunc hos, nunc accipit illos.' quod pluribus adstructum videbis in commentariis Viri Eruditissimi, (quo nemo nunc feliciorem Poëtis sanandis manum adhibet,) ad Propert. IV. 7. 55.' *Sant.* 'Broukh. antea malebat *putris*, quod ipsi postea Burmanno placuit. Par. *pupis;* ed. pr. maj. *puppis;* Exc. Lips. *navita pullus:* præstat *turpis.* Juvenal. III. 265. 'Jam sedet in ripa, tetrumque novicius horret Porthmea.' *Huschk.* Ed. pr. min. *stiagæ navita pupis.*—37 Codd. longe plurimi et edd. vett. cunctæ habent *percussisque;* Scal. rec. et vet. *percissisque*, unde idem Scal. in ed. pr. et duabus seqq. (1577. 1582.) *percisisque;* at ex isdem codd. legit in edd. 1600. et 1607. *perscissisque;* Palat. 2. *perculsisque*, quod cum H. Voss. et Bauero dedit Bach; Livin. conj. *pertusisque;* et sic in cod. Lips. qui exhibet *pertusisque gemens*, 'Valckenarius ad Catulli Eleg. Callimach. p. 106. '*exesas genas* proprie dixit Tibullus I. 10. 37.' Atqui hoc non Tibullus dixit, sed Nic. Heinsius substituit corrigendo, *exesisque genis*, quod in contextum invexerunt Broukhusius, Heynius, alii. Sic Critici pro Scriptoribus laudantur.' *Huschk.* 'Longius abeunt Markland. qui ad Stat. V. Sylv. 3. 104. *semustis*, et Lenz. qui *exustis* conjecit. Goerenz. *peresis*, quod metro adversatur.' *Bach.* Klindworthius *exesis* interpr. de genis eorum, qui lenta morte absumti ad maciem redacti sunt, laud. Stat. II. Sylv. 1. 154. Sil. II. 466. Broukh. in notis marg. appos. Sen. Ag. 764. Luc. II. 73. Æn. VI. 495. *vastoque capillo* Berol. 1. Angl. 2. ed. pr. min. et Bartol. *ruptoque* unus Stat.—38 Berol. 2. *turba latus.*—39 *Quin pacius* Par. *Quin potius* Exc. Lips. *et hic* ed. pr. min. *enim est prole* Vat. 2. *et hic est prole* cod. Lips.—40 *Occulit* Vicent.—41 Reg. *sectatus oves;*

NOTÆ

35 *Non seges est infra*] In Inferis, seu apud Inferos, quorum sedem infra terram Poëtæ reponunt.

36 *Cerberus, et Stygiæ, &c.*] Apud Inferos fingitur a Poëtis esse canis triceps, quem Cerberum vocant, qui est Inferorum Custos et Janitor. Fingitur quoque quidam ibi senex esse, Charon dictus, qui defunctorum animas per tria inferorum flumina, Acherontem, Stygem, et Cocytum, ad aliam ripam transvehit.

42 *Calidam fesso camparat uxor aquam*] Fessi Veteres ex itinere solebant aqua calida se fovere et lavare. Plaut. 'Abi intro, ac jube huic aquam

Sic ego sim, liceatque caput candescere canis,
  Temporis et prisci facta referre senem.
Interea Pax arva colat. Pax candida primum 45
  Duxit araturos sub juga curva boves.
Pax aluit vites, et succos condidit uvæ,
  Funderet ut nato testa paterna merum.
Pace bidens vomerque vigent: at tristia duri
  Militis in tenebris occupat arma situs. 50
Rusticus e lucoque vehit, male sobrius ipse,
  Uxorem plaustro progeniemque domum.

ego sim, et sinatur vertex meus *canis albescere, et vetulum* liceat *me commemorare res gestas prioris ætatis. Interim pax agros exerceat: felix pax primo sub jugum pandum boves misit terram sulcaturos. Pax educavit vites, et liquores racemorum reposuit; ut patria dolia filiis vinum præberent. Tempore pacis* vigente *bisulca vomeresque exercentur; sed rubigo in obscuritate tenet bellatoris inhumani tela squalida. Agricola etiam ebrius ex ipso nemore plaustro reducit in ædes con-*

Corv. Colb. Angll. 3. 4. *et filius;* Berol. 4. Witt. 2. et Angl. 5. *ut filius;* Guelf. 2. *aut filius;* unus Broukh. *ac filius;* Par. Witt. 1. Berol. 2. Broukh. 1. et Broukh. 2. pro v. l. *at filius.*—42 Dat. *conparat.*—43 Berol. 3. *Sic ego sit;* Reg. *sum:* Guelf. 2. *canescere,* et pro v. l. *candescere;* ed. pr. min. et Bartol. *albescere ramis.*—45 Berol. 1. *colit.*—46 *Duxit aratores* Exc. Lips. et Pocc. duo Voss. duo Vatt. faventibus Dousa et Broukh. quod receperunt Wund. in prima, Bauer. et Bach vulgatam retinuerunt Vulp. et Heyn. *juga panda* cod. Par. unus Broukh. Florent. Berol. 2. unus Sant. et Exc. Lips. quod ex ed. Bartol. cum Vulpio reposuit Bach.—48 Colb. *natis.*—49 Exc. Scal. *nitet;* Guy. *nitent,* quod reposuit Broukh. probante Heyn. improbante Huschk. *Pace nitens vomer viderit* Par. et Guarn. *ac tristia* Witt. 1. 2. Beroll. 1. 3. et Angll. 3. 4. *et tristia* Colb. 'In sententiarum quæ sequuntur, nexu est quod desideres. Vidit hoc vir doctus qui transponere malebat disticha 51. 52. ante 49. 50. Ne tamen sic quidem omnis molestia tollitur.' *Heyn.*—50 Reg. *in triviis;* Guelf. 2. *occupet.*—51 Par. Reg. cum aliis scriptis, edd. pr. maj. min. Bartol. Lips. Vicent. Rheg. et Aldd. *e lutoque;* cod. Lips. *elucoque* ut conj. Scaligerus; Venett. 1487. 1491. 1493. (errant enim Klindworth. et Heyn.)

NOTÆ

calefieri.' Et in Bacchid. 'Aqua calet, eamus hinc intro, ut laves.'

44 *Facta referre senem*] Senes semper præteritos laudant annos, præsentes despiciunt. De sene Horat. Art. Poët. 'Laudator temporis acti.'

48 *Testa paterna*] Vas est vinarium, quod vocatur dolium, quod aliquando fuit testaceum. Paterna vero testa dicitur, in quam pater novum infudisset vinum, ut a filiis vetus hauriretur.

49 *Pace bidens vomerque vigent*] De pacis commodis exultat Vell. Paterc. lib. II. cap. 89. Porro bidens genus est instrumenti rusticani, duobus hinc inde dentibus prominentibus munitum. Mirabiliter nostro Tibullo concinit Ovid. Fast. IV. 'Sæcula nunc, durusque bidens, et vomer aduncus, Ruris opes vigeant, inquinet arma situs.'

51 *Rusticus e luco*] Rusticus ebrius e luco ipso, in quo rem sacram fecit, familiam domum reducit.

Sed Veneris tunc bella calent; scissosque capillos
  Fœmina perfractas conqueriturque fores.
Flet teneras subtusa genas; sed victor et ipse 55
  Flet, sibi dementes tam valuisse manus.
At lascivus Amor rixæ mala verba ministrat,
  Inter et iratum lentus utrumque sedet.
Ah lapis est ferrumque, suam quicumque puellam
  Verberat; e cœlo deripit ille Deos. 60

*jugem et prolem. Tunc vero vigent amoris prælia, et puellæ queruntur comas laceratas, et januas disruptas: ejulant*que *molles vultus* lacrymis *suffusæ; at etiam ipse victor dolet insanas manus suas tantum potuisse. Sed procax amor jurgiis suggerit maledicta, et ipse inter ambos* amantes *indignatos placidus quiescit. Ah! saxum est et chalybs, quisquis amicam suam percutit; iste Deos e cœlo devocat. Sufficiat*

Mur. Basil. Dous. Scal. cum aliis, *e lucoque;* Carrio ad Val. Flac. III. 293. et Barth. ad Stat. Theb. IX. 587. malebant, *e luco revehit;* unde Voss. *et luco revehit:* Exc. Lips. et unus Vat. *sobrius uno;* Angl. 5. *ipse,* vel *ipso;* ed. pr. min. Bartol. Vicent. Rheg. Venett. 1491. 1493. Aldd. Mur. Basil. Dous. et Scal. *ipso;* unus Broukh. Vat. Ursini, et ed. pr. maj. *ipse,* quod reposuit Broukh.—52 Vicent. *domus.*—53 Angl. 2. *nunc* pro *tunc;* Witt. 1. Angll. 3. 4. et aliquot ap. H. Voss. *tum,* quod receperunt H. Voss. et Bach: *cadent* pro *calent* Berol. 3. pro *scissosque* Palat. 2. *fusosque;* ed. Lips. *fessos;* Corv. *scissisque capillis.*—54 Idem cod. habet, *perfractas esse fores queritur;* Gebh. conj. *præfractas;* Statiani habebant, *confractas;* Witt. 1. 2. Broukh. 1. 2. 3. Par. edd. pr. maj. min. Brix. Rheg. et Venett. 1491. 1493. *perfractas.*—55 *Flet tenebris suffusa* ed. pr. min. et Bartol. in quam lect. conjecturâ incidit Joan. Columbus, secutus vestigia mendosæ scripturæ in libro Scheff. *tenebras suffusa;* habent etiam *suffusa,* vel *subfusa* Witt. 1. Monac. unus Voss. duo Palatt. Guelf. 3. pro v. l. Vicent. et Lips. *teneras subtusa* ed. pr. maj.—56 Florent. Berol. 4. et unus Broukh. *convaluisse;* Sfort. *evaluisse.*—58 Angl. 2. Berol. 3. Land. et Palatt. 3. 4. *lætus;* sed Gebh. ipse in ed. 1621. dedit *lentus;* cod. Lips. *iratus letus;* ed. pr. maj. *lentus utrunque sedes.*—59 *At* Sfort. *Ha lapis est* unus Broukh. et Berol. 4. *Ha lapis ferrumque* Berol. 2. *fretumque* ed. pr. min.—60 H. Voss. *et cœlo,* aspirantibus Reg. Witt. 2. Colb. Angll. 1. 3. 4. Sfort. Vat. Beroll. 2. 4. et quatuor ap. ipsum, in textum admisit; *et* etiam habent cod. Lips. et ed. pr. min. *dirripit* Beroll. 2. 3. et edd. pr. maj. et min. *diripit* cod. Lips. Par. Reg. unus Broukh. et plures Stat. *diripit* in *deripit* primus mutavit Scal. *ipse* Berol. 4.—61 Idem cod. *teneram.* Palat. 6. Passer. lib. Guelff. 1. 3. Monac. et Ve-

NOTÆ

55 *Subtusa* [*suffusa*] *genas*] Habens genas madidas lacrymis suffusis. Virgil. Æn. I. 'Tristior, et lacrymis oculos suffusa nitentes.'

58 *Inter et iratum lentus*] Alii legunt, *lætus.* Amor enim lasciviens rixis inter amantes excitatis delectari dicitur, atque interim securus inter ipsos etiam rixantes sedet, ut inde majorem ardorem excitet. Unde Terentius: 'Amantium iræ, amoris integratio est.' Menander etiam brevem omnino esse amantium iram docet: 'Οργὴ φιλούντων ὀλίγον ἰσχύει χρόνον.

59 *Lapis est, ferrumque*] Id est, inflexibilis, inhumanus, immitis, et affectibus humanis carens, ut lapis et ferrum.

Sit satis, e membris tenuem rescindere vestem;
Sit satis, ornatas dissoluisse comas:
Sit lacrymas movisse satis! Quater ille beatus,
Cui tenera irato flere puella potest.
Sed manibus qui sævus erit, scutumque sudemque 65
Is gerat, et miti sit procul a Venere.
At nobis, Pax alma, veni, spicamque teneto;
Perfluat et pomis candidus ante sinus.

de corpore mollia vestimenta divellere, sufficiat disturbasse compositos capillos. Sufficiat fletum excitasse. Iste quater fortunatus est, quo excandescente puella delicata lacrymari potest. At qui manu asper erit, clypeum et vallum ferat, et longe absit a Venere placida. Tu vero, o pax veneranda, ades nobis, *et spicarum sertum gestato, et candidum tuum gremium ante fructibus redundet.*

nett. 1487. 1491. 1493. 1500. *præscindere*, probantibus Gebh. Broukh. et Heyn. *perscindere* Par. Witt. 1. 2. Broukh. 1. 2. 3. omnes Beroll. edd. pr. maj. min. Venet. 2. cum aliis; *persindere* cod. Lips. *rescindere* reposuit Broukh. ex emend. Heinsii, quod nunc testantur Voss. 1. 3. et Vindob.—62 Cod. Scal. quatuor Stat. Palat. 6. omnes Beroll. Broukh. 2. 3. Witt. 2. Laud. Vat. 1. Vat. Ursini, Dat. et Angll. 3. 4. *ornatus d. comæ;* alii Stat. Palat. 1. Witt. 1. et Guelf. 3. pro v. l. *ornatus d. comis;* sed codd. Lips. Reg. Corv. Guelff. 1. 4. Broukh. 1. quatuor Palatt. et ambo Zwicc. cum edd. pr. maj. min. Bartol. Venet. 2. Brix. Rheg. Vicent. Lips. Rom. Venett. 1487. 1491. 1493. aliis, *ornatas d. comas.*—64 *Quo* cod. Lips. Par. Corv. Guelf. 1. omnes Beroll. ed. pr. maj. et Rom. quod revocarunt Bauer. Wund. Klindw. et Bach. *Quod* Reg. et ed. Lips. ap. Heyn. *Quoi* emendavit Dousa, idque servant quatuor Voss. Ask. Vindob. et Monac. cum edd. Broukh. Vulp. et Heyn. *Cui* malit Huschk.—66 *Is ferat* Angll. 3. 4.—68 *Prefluat* Par. *Præfluat* Vat. Statii,

NOTÆ

63 *Quater ille beatus*] Numeros ternarium et quaternarium Pythagorici perfectos esse censebant, ex quorum disciplina Virgilius: 'O terque quaterque beati:' hoc est, plene et perfecte beati. At quaternarium numerum adeo perfectum esse credebant, ut ipsum inter arcana venerarentur, et ex eo jurisjurandi religionem sibi fecerint.

64 *Flere puella potest*] Cum puella effundit lacrymas ob amatorem iratum, ardentis est amoris signum; hocque facit, ut eum sibi reconciliet.

65 *Scutumque sudemque*] Sudes genus est teli rustici, hoc est, bacillus igni præustus. 'Vallus et sudes,' ait Servius, 'idem est.' Livius de bello Punico: 'Tertio die sudibus inter se in modum justæ pugnæ concurrunt.'

67 *Pax alma, veni, spicamque teneto*] Pacis simulacrum ab Antiquis effingebatur manu gerens spicas; ideo dicitur alma, quod est epitheton pacis proprium. Pacis enim tempore florent agriculturæ, et agri exercentur: unde illi spicas, poma, et reliqua hujusmodi offerebantur. Interdum etiam oliva, interdum lauro, quinetiam rosa coronata depingebatur; pacem etiam cum Cerere conjungere solebant. Ovid. Fast. IV. 'Pace Ceres læta est, et vos orate coloni Perpetuam pacem, pacificumque ducem.'

68 *Perfluat* [*Præfluat*] *et pomis*] Alii

unus Broukh. Reg. Guelf. 3. et Angll. 1. 2. 3. cui favet Mitsch. ad Hor. IV. 7. 10. *Profluat* Guelf. 2. Exc. Perr. Vatt. 1. 2. Florent. alii ap. Stat. et marg. ed. Gryph. 1534. ap. Bach. quod soli ediderunt Voss. Bauer. et Bach. *pfluat* cod. quod, secundum contractionis notam, vel *Perfluat*, vel *Profluat* legi possit: '*Perpluat* ex Heinsii emend. receperunt Broukh. et Vulp. neque ego itaque mutare sustinui.' *Heyn.* '*Perpluat* nemo, ut equidem puto, in posterum revocabit, quanquam in Voss. 4. 5. et Bern. extat.' *Bach.* *Perfluat* revocarunt Wund. et Klindw. ex Witt. 1. 2. Corv. Guelff. 1. 4. Broukh. 1. omnibus Beroll. aliis, cum ed. pr. maj. Venet. 2. Vicent. Brix. Rheg. Lips. Rom. Venett. 1491. 1493. &c. usque ad ed. secundam Scal. qui hanc lect. e libris editis primus ejecit, substituens in ed. 1600. *præfluat*, unde manavit in alias. In Par. ad finem hujus Elegiæ adjecta sunt hæc, *Albii Tibulli poëtæ illustris liber primus explicit.*

NOTÆ

legunt, *profluat*. Pomis abundet, poma fundat. In veteribus Numismatis fere semper cum cornucopia Pacis effigies. Sinus pacis dicitur candidus, quod læta sit, felix, et jucunda.

ALBII TIBULLI

ELEGIARUM

LIBER SECUNDUS.

ELEGIA I.

QUISQUIS ades, faveas; fruges lustramus et agros,
Ritus ut a prisco traditus extat avo.

Quicumque interest, taceat; expiamus segetes et agros, sicut mos proditus nobis

In Par. præfixa sunt hæc, *Incipit liber secundus.* Ed. pr. maj. inscriptionem Libri et Elegiæ conjungit ita, *De agri lustratione Liber secundus:* at ed. pr. min. omisso Elegiæ indice novi libri inceptionem indicat sic, *Alb. Tib. Po. Liber secundus incipit fœliciter.* In Guelf. 2. hæc inscripta est, *Elegia* II. (Vide ad Eleg. x. Libri primi,) in Guelf. 3. 4. *De agri lustratione.* 'In codd. vett. notante viro docto ad marginem Ed. Vicent. initium libri secundi ducitur ab Elegia libri primi decima. Ceteri codd. vulgarem ordinem servant, præter Lips. qui librum primum continuat usque ad Elegiam Libri secundi tertiam, quartam exhibens cum hoc elogio, *Albii tibuli liber secundus incipit-de Nemesi.*' Huschk.—1 *Quisquis adest valeat* omnes Palatt. Stat. Bronkh. Witt. Guelff. et Beroll. Reg. Corv. Par. edd. pr. maj. min. Bartol. et omnes aliæ ante Scal. qui primus ex Angll. quinque edidit *faveat;* in Colb. *valet:* lect. nostram ex conj.

NOTÆ

1 *Quisquis ades, faveas* [*adest, faveat*] Alii codices habent, *Quisquis ades, faveas.* Hoc est: Quisquis ades, attende cum silentio, vel dic bona verba. 'Favere' enim significat, 'fari bona verba,' vel 'tacere;' eratque Sacerdotum verbum in sacris, quo silentium imperabatur, ut sacra rite peragerentur, nulla voce mala obstrepente, vel, ut bona verba dicerentur. Sacra autem cœtumque celebrari a faventibus volunt omnes Antiqui. Virgil. Æn. v. 'Ore favete Omnes.' Tibullus infra: 'Quisquis ades, lingua vir mulierque fave.' Ovid. in Ibin: 'Nulla mora est in me, peragam rata vota Sacerdos; Quisquis ades, sacris ore favete meis.' 'Favere' autem linguis sæpius significat 'tacere;' quia silentium maxime necessarium est in sacris. Seneca de Vita Beata, cap. 26. 'Hoc verbum,'

Bacche, veni, dulcisque tuis e cornibus uva
  Pendeat, et spicis tempora cinge, Ceres.
Luce sacra requiescat humus, requiescat arator; 5
  Et grave suspenso vomere cesset opus.
Solvite vincla jugis; nunc ad præsepia debent
  Plena coronato stare boves capite.

est ab antiquis majoribus nostris. Ades, o Bacche, et maturus racemus pendeat e cornibus tuis: tuque, o *Ceres, corona caput* tuum *spicis. Die festa ferietur terra, cessent agricolæ, et deserto aratro durus labor intermittatur. Demittite collis boum servitia. Jam ad oppleta præsepia boves debent consistere redimitis capitibus.*

Dousæ F. primus recepit Broukh.—2 *Ritu* ed. pr. min.—4 Pro *Ceres* in Brix. *senem.*—5 *Luce tua* cod. Matii ap. Broukh. *humi* ed. pr. min.—6 Angl. 2. *cessat.*—8 Exc. Scal. *vertice stare boves*, et sic ex membranis recitat Neap.

NOTÆ

inquit, 'favete linguis, non, ut plerique existimant, a favore trahitur; sed imperatur silentium, ut rite peragi possit sacrum, nulla voce mala obstrepente.' Vocabulum autem, *Quisquis*, utrumque sexum continere vel mediocriter docti non ignorant. Livius: 'Mulier quisquis es, te volumus.' Pacuvius: 'Quisquis tu es mulier, quæ me insueto nuncupasti nomine.'

Fruges lustramus] Ambarvale significat sacrificium, quo hostia circum arva maturis frugibus ducebatur, omnesque post clamantes sequebantur, ex quibus unus quernea corona ornatus cum solenni saltatione composito Carmine Cereris laudes decantabat. Virgil. Georg. I. 'Cuncta tibi Cererem pubes agrestis adoret; Cui tu lacte favos, et miti dilue Baccho, Terque novas circum felix eat hostia fruges; Omnis quam chorus et socii comitentur ovantes, et Cererem clamore vocent in tecta; neque ante Falcem maturis quisquam supponat aristis, Quam Cereri torta redimitus tempora quercu, Det motus incompositos, et carmina dicat.' Hæc porro sacra 'Suovetaurilia' etiam vocabantur, quod suem, ovem, et taurum, immolarent: victimas vero 'ambarvales' dicebantur, ab *ambiendis arvis*. Agros lustrandi ritum describit Cato de Re Rust. cap. 14.

3 *E cornibus uva Pendeat*] Baccho cornua tribuunt Antiqui, quod ipsum primum boves junxisse putarint; vel quod idem sit quod Osiris; vel quod fuerit filius Ammonis, qui arietino capite cum cornibus fuisse fingitur; vel ut Porphyrio scribit ad illud Horatii, 'Aureo cornu decorum,' II. Od. 'Cornua Libero patri, et nonnullis aliis assignantur, quoniam scilicet vinolentia protervitatem et contumaciam addere solet.' Festus vero ait: 'Cornua Liberi Patris simulacro adjiciuntur, quem inventorem vini dicunt, eo quod homines nimio vino truces fiunt.'

5 *Luce sacra*] Die festa Dii sunt colendi, et ab opere cessandum. Lucem porro pro die sæpissime usurpant tum Latini tum Græci Poëtæ.

6 *Suspenso vomere*] Aratro deposito et appenso parieti aut trabi.

7 *Ad præsepia debent*] Ambarvales Sacerdotes Ambarvalibus sacrificiis coronare solebant spicis et frugiferis ramusculis boves in stabulis ad præsepia pabulantes, quibus in villica-

Omnia sint operata Deo; non audeat ulla
  Lanificam pensis imposuisse manum. 10
Vos quoque abesse procul jubeo, discedite ab aris,
  Quîs tulit hesterna gaudia nocte Venus.
Casta placent Superis; pura cum veste venite,
  Et manibus puris sumite fontis aquam.
Cernite, fulgentes ut eat sacer agnus ad aras, 15
  Vinctaque post olea candida turba comas.

Cuncta Numini rem divinam *fecerint. Nulla fœmina ausit lanarios digitos staminibus appulisse. Vos etiam, quibus Venus peperit voluptatem hesterna nocte, recedite ab altaribus, vos longe removeri præcipio. Pura Cœlitibus grata sunt; accedite cum munda veste, et accipite lympham scaturiginis mundis manibus. Spectate quomodo agnus dedicatus procedat ad altaria splendentia, et multitudo candidata*

ad Ovid. I. Fast. 663. sed nostram servant structuram omnes alii codd.—9 Beroll. 1. 3. Par. et Guarn. *sunt.*—10 Reg. *apposuisse.*—11 Statiani, Witt. 1. Broukh. 1. 2. 3. Laud. Exc. Lips. Vat. 2. Beroll. 2. 4. Angll. 3. 4. 5. Reg. Corv. Par. Guelff. 2. 3. 4. et Guelf. 1. a m. sec. edd. pr. maj. min. Venet. 2. Rheg. Vicent. Lips. et Ald. 2. *discedat;* Berol. 1. *discedere,* cum syll. *at* suprascr. *discedite* a Mur. et Broukh. revocatum testantur Witt. 1. Exc. Perr. unus Angl. uterque Zwicc. Voss. 1. 2. 5. Berol. 3. Brix. Bartol. Venett. 1487. 1491. 1493. et Ald. 1.—12 *Cui* Par. Reg. Corv. Witt. 1. 2. Broukh. 1. 2. 3. Colb. Exc. Lips. Angll. 3. 4. 5. Guelff. 1. 2. 3. 4. Beroll. 1. 2. 4. ed. pr. maj. Bartol. Venet. 2. Brix. Rheg. Vicent. Lips. Venett. 1487. 1491. 1493. et Aldd. 1. 2. *Qui* Dat. *Queis* vel *Quis* primum emendari cœpit in ed. Mur. quod nunc firmant Voss. 1. 2. 5. et Zwicc. 1. 2. *externa* Guelff. 1. 3. 4.

NOTÆ

tione usi essent; sic etiam Consualibus ait Plutarchus Romanos equis et asinis coronatis quietem largiri solitos esse.

9 *Sint operata Deo*] Operari verbum est in rebus divinis usurpari solitum, quod significat, sacrificare, aut rem divinam facere. Horat. III. Od. 14. 'Unico gaudens mulier marito Prodeat justis operata Divis.' Julius Obsequens de Prodigiis: 'Pestilentia fameque ita laboratum, ut ex Sibyllinis populus circa compita sacellaque operaturus sederit.'

10 *Pensis imposuisse manum*] Olim præmittebantur a Flaminibus, ut ait Festus, qui denuntiarent opificibus ut manus abstinerent ab opere.

12 *Quîs tulit hesterna*] Hesterna Venere pollutos a sacris arcebant: unde Lampridius in Alexandro: 'Primum si facultas esset, id est, si non cum uxore concubuisset, matutinis horis in larario suo rem divinam faciebat.' Egregie itaque Ovid. Amor. lib. III. Eleg. 6. 'A tenera quisquam sic surgit mane puella, Protinus ut castos possit adire Deos?'

13 *Pura cum veste*] Scribit Festus, Sacerdotes ad sacrificium habuisse vestimenta pura, id est, non obsita, non fulgurata, non funesta, non maculam habentia.

14 *Et manibus puris*] Vivo flumine aut aqua munda sese sacrificaturi Sacerdotes abluebant, eosque, quibus manus essent pollutæ sordibus, aut illuvie, aut cæde et sanguine, solenni præfatione a sacris arcebant. Livius lib. XLI. 'Cum omnis præfatio sacrorum eos, quibus non sint puræ manus, sacris arceat.'

Di patrii, purgamus agros, purgamus agrestes,
  Vos mala de nostris pellite limitibus.
Neu seges eludat messem fallacibus herbis,
  Neu timeat celeres tardior agna lupos. 20
Tunc nitidus plenis confisus rusticus agris
  Ingeret ardenti grandia ligna foco;
Turbaque vernarum, saturi bona signa coloni,
  Ludet et ex virgis exstruet ante casas.

posterius coronatis oliva capitibus sequatur. O *Divi Patrii, lustramus rura, expiamus rusticos, vos avertite mala a nostris finibus.* Facite *aut ne fruges vanis herbis frustrentur messem, aut ne ovis tardior reformidet veloces lupos. Tunc agricolæ nitentes areis impletis freti inferent camino accenso magnos* arborum *truncos, et multitudo domesticorum agricultoris opulenti lasciviet ad imagines propitias, et*

Angll. 3. 4. 5. cod. Lips. Par. alii, cum edd. Bartol. Lips. Rom. et Aldd.—15 Berol. 2. *ignis* a m. sec. *aram* Berol. 1.—16 *Victaque* Berol. 4. ed. Venet. 1493. nempe omissa est in illis lineola supra literam ĩ.—18 Par. *vestris:* Cod. Passer. unus Stat. et Guelf. 2. *tollite,* quod reposuit H. Vossius; *liminibus* unus Stat. unus Palat. cod. Passer. Reg. Guelff. 1. 4. Berol. 2. Brix. et Rom. *fictilibus* unus Palat. *lemitibus* ed. pr. minor: nostram servant Witt. 1. 2. Par. Corv. Broukh. 1. 2. Beroll. 1. 3. 4. alii, cum ed. pr. maj. Venet. 2. Rheg. et Venett. 1487. 1491. 1493.—19 Unus Palat. *educat messem;* ed. pr. min. *claudat:* Colb. *messes.*—20 *Heu* in nonnullis, ut Hamb. Brix. Rheg. et ed. pr. maj. *cœlites* pro *celeres* ed. pr. min. *segnior* Beroll. 1. 3. Witt. 2. Sfort. Exc. Perr. Dat. Scal. rec. et Angll. 2. 4. quod cum Scal. Broukh. Par. 1723. Vulp. et Voss. recepit Bach: *tardior ogna* ed. pr. min.—21 *Tum* Dat. quod reposuit Voss. *nitidos* ed. pr. maj. *confusus* Berol. 4. *confixus* Angl. 4. *areis* pro *agris,* emend. suam in contextum intulit Scal. eumque secutus est Dousa; hoc idem invenit Huschk. in Exc. Perr. antiqua manu; Heins. et Guy. malint *horreis,* quod horridum videtur Heynio: sed *agris* testantur codd. Lips. Par. Statiani, omnes Palatt. Beroll. Angll. Witt. Brouhk. et Guelff. cum aliis. —22 In Scal. 1. ap. editorem antiqua manu *ꝯgerat,* quod *Congerat* legendum est; *Ingerat* cod. Lips. Guelf. 1. 2. 4. Beroll. 1. 3. 4. quinque Palatt. Witt. 2. Angl. 5. ed. pr. maj. Venet. 2. Brix. Rheg. Vicent. Venett. 1487. 1491. 1493. aliæ; *Ingeret* revocavit Mur. ex ed. pr. min. Lips. et Rom. quod exhibent etiam Par. Berol. 2. omnes Stat. Broukh. 1. 2. 3. Vat. 1. et Angl. 2.—23 Beroll. 2. 4. ed. pr. min. Rom. et Venett. 1487. 1491. 1493. *satyri;* Par. *sacri;* Beroll. 1. 3. et cod. Lips. *satiri.*—24 *Laudet* Witt. 1. Vat. 1. et Angl. 3.

NOTÆ

15 *Sacer agnus*] Victimas etiam volebant puras, mundas, et sine macula, quæ 'sacræ' seu potius 'sacres' vocabantur. Plautus: 'Quanti sunt porci sacres.'

17 *Purgamus agros*] Ambarvali nempe sacrificio, quo rustici, frugesque, et agri lustrabantur.

19 *Neu seges eludat messem*] Alludit ad orationem, quam habuerunt olim in purgatione illa lustrali, quam commemorat Cato loco supra laudato. 'Utique,' inquit, 'tu fruges, frumenta, vineta, virgultaque grandire, beneque evenire sinas, pastores pascuaque salva servassis.'

22 *Grandia ligna*] Ad magnos truncos et arbores, aut ad copiam respicit. Ut Horat. I. Od. 'Ligna super foco large reponens.'

23 *Turbaque vernarum*] Pueri omnes, liberi simul et servi ludebant

Eventura precor. Viden' ut felicibus extis 25
Significet placidos nuntia fibra Deos?

iis ædificabit tuguriola ex viminibus. Quod opto, eveniet; an cernis quomodo præsaga viscera faustis intestinis indicent Divos esse *propitios? Promitte mihi jam*

Ludet, et ex v. construet H. Voss. *e virgis exstruet* cod. Lips. probante Huschk. *ex virgis construat* Bern. *arte* pro *ante* Witt. 1. Broukh. 1. Guelf. 1. 2. cod. Lips. ed. pr. maj. min. Barthol. Venet. 2. aliæ ante Scaligerum, qui *ante* e codd. primus recepit.—25 *Et ventura vides ut* Berol. 2. et a marg. *viden' ut:* in cod. Lips. hic versus, positus ante vs. 24. ita legitur, *Et ventura p̄cor molem ut.* Ed. pr. min. *fœlic;* Exc. Lips. *cœlestibus:* Beroll. 1. 3. *herbis* pro *extis.*—26 'Miror in nullo libro reperiri *Significat:* veteres enim post *viden' ut*

NOTÆ

ante focum et Lares, ut ipse testatur Tibullus Elegia superiore: 'Sed Patrii servate Lares, aluistis et idem, Cursarem vestros cum tener ante pedes.' Ut et Eleg. 2. hujus libri ad Genium: 'Ludat, et ante tuos turba novella pedes.' Horat. Epod. 2. 'Positosque vernas, ditis examen domus, Circum renidentes Lares.'

Bona signa] Faventia, bene ominantia, et ubertatem significantia.

24 *Exstruet ante casas*] Ante simulacra Deorum exstruebant casas, quod erat puerilis ludi genus. Horat. 'Ædificare casas, plostello adjungere muros.'

25 *Eventura precor*] Quod precor eveniet. Ovid. ex Ponto lib. II. Eleg. 1. 'Quod precor eveniet, sunt quædam oracula Vatum: Nam Deus optanti prospera signa dedit.'

Felicibus extis] In sacrificiis maxime observabant viscera victimarum et intestina. Neque pars erat ulla tam exigua quam Aruspices, et Extispices non explorarent diligentissime. Maxime vero circa hepar curiosi erant, quod in eo vaticiniorum sedem propriam putabant; licet et aliorum viscerum partes non minori sedulitate contemplarentur, an omnia essent congrua et convenirent, an essent sine abscessibus præter naturam. Ideo etiam explorabantur sedulo victimæ antequam ad aras ducerentur. Si jecur esset bene affectum, beneque compositum, nativoque sanguinis colore ruberet, si nulla esset labe pollutum, ejusque fibræ recte essent complicatæ et convolutæ, felicitatis signa certissima præbebant. Si quid autem esset incongruum, alienati Numinis erat indicium. Si corruptum appareret, aut esset nimis exile, neque sedem suam retinuisset inter exta, funestum erat signum. Sin autem esset grande, spissum, glabrum, nec rugatum, vel si ab aquila prætervolante abriperetur, Deorum favorem promittebat. Si lien suo esset situs loco, sine pustulis, rugis, aut alieno colore, felicia omnia dabat omina. Sed si ad dextrum latus sese inclinaret, vel deorsum impenderet, vel aliquid præter naturam haberet, infaustum erat. Si pulmones essent in partes divisi, vel coloris lividi, aut notis et maculis pleni, callis et rugis inordinatis contracti, exitiale aliquid portendebant. Si denique exta excidissent e manibus sacrificantis, si fœdius essent conspersa cruore, si livida maculisque marcidis fœdata, si intestina rupta, fœtida, putria, tristis erant ominis. Fibræ proprie sunt jecoris extrema, ut ait Festus. Fibram porro ponit hic Tibullus pro interaneis, ex quibus Deorum mens cog-

Nunc mihi fumosos veteris proferte Falernos
  Consulis, et Chio solvite vincla cado.
Vina diem celebrent; non festa luce madere
  Est rubor, errantes et male ferre pedes. 30
Sed, bene Messalam, sua quisque ad pocula dicat:
  Nomen et absentis singula verba sonent.
Gentis Aquitanæ celeber Messala triumphis,
  Et magna intonsis gloria victor avis,

æstuosum Falernum antiqui Consulis, et eximite ligamina dolio Chio. Vina diem festum *colant; est pudor non inebriari die solenni, nec vagos passus prave dirigere. At unusquisque prospere vocet ad cyathos suos Messalam; et singulæ voces referant nomen* ejus licet *absentis.* O *Messala, insignis victoriis Aquitanæ nationis, et triumphator ingens decus incomtis majoribus, huc ades, et mihi fave, nunc cum*

indicativum ponere solent.' *Huschk.*—27 Cod. Lips. *Nunc mihi vetes proferte falernos,* i. e. *veteres,* omissa voce *fumosos;* ed. pr. min. *famosos veteres proferre phalernos;* Rheg. etiam *proferre;* in rarissima illa Scal. ed. secunda a. 1577. penes Editorem, (Bach aliique ed. a. 1582. primam vocant,) *Nunc mihi nunc fumos;* Stat. emend. *fumosum v. p. Falernum;* alii, *nunc fumo v. p. Falernum:* Bartol. et Aldd. *veteres;* Mur. *veterisque.* Codd. et aliæ edd. vett. in vulgata consentiunt.—31 *Sed, bene Mesalæ* Scal. *vocet ad sua pocula quisque* Corv. *ducat* Berol. 3.—32 *Omen et absenti* V. D. in Artt. Soc. Traj. Tom. I. p. 194.—33 Cod. Lips. Par. et Berol. 2. *equitanæ;* ed. pr. min. *aquitaneæ;* Berol. 1. *æquitanæ.*—34 *Tu magna* emend. H. Voss. *victor ades gloria* Berol. 3.

NOTÆ

noscebatur. Lucan. lib. I. 'Atque iram Superum ruptis quæsivit in extis.'

27 *Fumosos Falernos*] In pretio fuerunt apud Veteres vina veterana. Vina porro ut ætatem ferrent in testis picatis et gypsatis asservabantur. Cellæ autem vinariæ et ad hypocausti seu vaporarii fumum proximæ erant. Testas vero et amphoras demittebant, cum vina fumum imbibissent. Fumosum dicitur Falernum, hoc est, generosum, spumosum, quod Servius aqua domari dicit vix posse. Unde Persius: 'Indomitum quod despumare Falernum Sufficiat.'

28 *Consulis*] Annos a Consulibus denominabant et numerabant Romani. Unde vini in cellario reconditi vetustas ex nomine Consulis noscebatur. Horat. III. Od. 28. 'Parcis diripere horreo Cessantem Bibuli Consulis amphoram.' Hoc est, amphoram in cellario diu residentem, atque Consulatu Bibuli, seu Consule Bibulo, reconditam.

Chio cado] Hoc est, solvite vincula seu operimenta lagenæ seu amphoræ plenæ vino Chio, quod constat esse optimum. Chios autem Insula est maris Ægæi, nunc dicta *Scio.*

29 *Madere*] Ebrium esse: unde 'madidos,' aut 'uvidos' vocabant ebrios.

31 *Sed, bene Messalam*] Mos erat Græcorum et Romanorum in conviviis suis, ut cum merum cyathis libarent, primo Deos, deinde amicos suos nominatim salutarent, et toties merum biberent, quoties et Deos, et caros suos nominarent.

33 *Gentis Aquitanæ*] Diximus libro superiore Messalam Aquitanos Galliæ populos rebellantes superasse, et in

Huc ades, aspiraque mihi, dum carmine nostro 35
Redditur agricolis gratia cœlitibus.
Rura cano, rurisque Deos: his vita magistris
Desuevit querna pellere glande famem.
Illi compositis primum docuere tigillis
Exiguam viridi fronde operire domum. 40
Illi etiam tauros primum docuisse feruntur
Servitium, et plaustro supposuisse rotam.

meis versibus referuntur grates Diis rusticis. Agros celebro, et Divos agrorum. His ducibus vita hominum desiit esuriem depellere roburnea fruge. Ipsi primo instituerunt ordinatis tignis tegere parvas casas foliis virentibus. Ipsi quoque dicuntur primo erudiisse boves jugum ferre, et rotas currui subjecisse. Tum sylves-

victor ades habent etiam cod. Lips. Par. Beroll. 1. 2. 4. Angll. 1. 3. 4. 5. multi alii ap. Broukh. Guelff. Corv. Reg. edd. pr. maj. min. Bartol. Venet. 2. Lips. Rom. aliæ; Angl. 2. *victor abes;* Scal. cod. *abis*, unde ille eruit nostram, quam nunc confirmant Monac. Goth. Exc. Perr.—35 *Nunc ades* cod. Lips. duo Stat. Angl. 1. Colb. ed. pr. maj. Venet. 2. Rheg. et Lips. *Huc ades* Par. et edd. Venett. 1491. 1493. *Hunc* ed. pr. min.—36 *Reditur* eadem editio: *gloria* unus Stat. et Berol. 2.—37 Corv. solus *queis;* probante Heynio, idque in textum receperunt Voss. et Bach: *hijs* cod. Lips.—38 *Des venit* ed. pr. min. i. e. si recte legisset editor, *Desuevit*, quod servant omnes Beroll. et Guelff. Corv. Reg. Par. Witt. 2. Broukh. 2. 3. Exc. Pocc. Statiani, Dat. Vat. 2. Witt. 1. pro v. l. ed. pr. maj. Bartol. Venet. 2. Rom. Lips. Ald. 2. aliæ; *Destituit* Witt. 1. Broukh. 1. *Destituat* duo Palat. cod. et Lips. sic etiam Ald. 1. non item *Destituit*, ut narrat Heynius; *Defuerit* Colb. *quernam* Dat. *fame* (lineola supra ē omissa) ed. pr. min.—39 Witt. 2. *primi.*—40 Unus Palat. Exc. Lips. Pocc. et Perr. Voss. 2. Vatt. 1. 2. Venet. 2. et Rheg. *casam*, quod in textum intulerat Broukh. ut jam Dousa P. et Gebh. maluerant; *domum* servant cod. Lips. Par. Reg. Corv. omnes Guelff. et Beroll. edd. pr. maj. min. Bartol. Brix. Vicent. Rom. Venett. 1487. 1491. 1493. Aldd. et recentiores.—41 Reg. Par. omnes Beroll. Guarn. Witt. 2. Colb. Vat. 2. Exc.

NOTÆ

ordinem redegisse.

34 *Intonsis avis*] Antiquiores Romani intonsos crines gerebant, utpote qui priscis illis temporibus graviores et severiores essent, nec tantam de cultu corporis curam haberent, bono publico semper intenti. Unde Horat. Catonem vocat 'intonsum,' quasi gravem et severum, II. Od. 15. 'Non ita Romuli Præscriptum et intonsi Catonis Auspiciis, veterumque norma.' Tonsores autem aiunt in Italiam primum venisse ex Sicilia anno Urbis conditæ 454. eosque adduxisse P. Ticinium Menam testatur Varro. Primus omnium quotidie radi instituit Africanus; secundus, Augustus.

36 *Agricolis cœlitibus*] *Cœlitibus* dixit, pro iis, quibus datum est epulis Divorum accumbere, et Superorum consiliis interesse, ut sunt Satyri, Fauni, Pomona, Vertumnus, et alii. Si enim sunt Cœlicolæ et Cœlites, quomodo agricolæ? nisi forte quia sunt agricolarum tutores et præsides. Illi autem Cœlites agricolæ sunt Deorum turba minor, qui et Seniores vocantur.

38 *Querna glande*] Cum primi mortalium glande quernea vescerentur,

Tunc victus abiere feri, tunc consita pomus,
  Tunc bibit irriguas fertilis hortus aquas.
Aurea tunc pressos pedibus dedit uva liquores, 45
  Mixtaque securo est sobria lympha mero.
Rura ferunt messes, calidi cum sideris æstu
  Deponit flavas annua terra comas.
Rure levis verno flores apis ingerit alveo,
  Compleat ut dulci sedula melle favos. 50

tria alimenta recesserunt, tum malus plantata est, tunc ferax hortus imbibit aquas irrigantes. Tunc racemus maturus præbuit latices plantis calcatos, et aqua temperans confusa est vino innoxio. Agri fruges producunt, quando humus anniversaria ardentis astri fervore demittit flaventes crines. In agris virentibus apes celeres flores inferunt alvearibus, ut operosæ illæ animantes *distendant cellulas*

Pocc. ed. pr. maj. Venet. 2. Vicent. Rheg. Venett. 1491. 1493. et Ald. 2. cum sua secta, *primi;* Commel. Witt. 1. Broukh. 1. 2. 3. Palatt. 1. 3. 4. 5. 6. cum aliis, et Ald. 1. *primum domuisse;* Bartol. *primum docuisse,* quod exhibet etiam ed. pr. min. *ferentur* Berol. 3.—42 *Servitio* conj. Gebh. quod receperunt H. Voss. et Bach: *plaustris* Reg.—43 *Tum* Voss. contra codd. fidem: *tunc insita* Exc. Lips. et Angl. 2. quod reposuit Broukh. et deinceps Vulp. Cant. Par. 1723. Voss. Bauer. Bach: *consita* acriter defendit Heyn.—44 *Tum* H. Voss. et Bach; sed ne unus quidem liber, aut hic, aut in præcedenti versu, habet *Tum,* narrante Huschk.—45 *Antea* codd. Par. Lips. Angl. 3. Reg. alii; et sic Berol. 1. sed a marg. *Aurea:* Corv. Angll. 3. 4. cum aliis, *tum pressos;* ed. pr. maj. Venet. 2. Rheg. et Lips. *tunc pressos;* ed. pr. min. *Aurea compressos,* quod codd. non agnoscunt.—46 Par. *secuto est;* Berol. 1. *securo,* suprascripto *ē:* verbum *est* ejecit H. Voss. præeunte Statio; a Broukh. Vulp. et Bach in finem versus rejectum: '*est* non nisi Voss. 1. 2. in finem versus rejiciunt, abest non nisi a Voss. 3. et 5. edd. autem non modo vett. sed omnino omnes, quæ factæ sunt ante Broukh. verbum *est* habent in penthemimeri.' *Huschk.*—47 Berol. 4. *calidi qui.*—48 Witt. 1. Angll. 2. 3. 4. Corv. Guelf. 3. *arida;* Laud. *arrida;* Guelf. 1. Exc. Perr. et edd. Rom. Brix. et Venett. 1487. 1491. 1493. *aurea;* Angl. 5. *annua* vel *aurea;* codd. Lips. Par. edd. pr. maj. min. Vicent. et Rheg. *aurea.*—49 Frut. conj. *vernos:* Cod. Lips. *lapis ingerit alveo;* ed. pr. min. *apes ingerit alveo:* Corv. Par. Beroll. 1. 3. 4.

NOTÆ

Ceres frumentum invenit, quod homines serere docuit, et ex eo panem conficere.

44 *Tunc bibit irriguas*] Parvuli etiam rivuli hortorum ingentes sunt dotes, et florum omnisque viroris nutricii. Quintil. Declamat. 13. 'Fusus ex proximo fonte rivus crepitantibus inter radiantes calculos aquis utrimque ripa virente præterfluit.'

46 *Sobria lympha*] Modica vel temperans, quod vinum temperet, et securum, hoc est, innocuum reddat, ita ut capiti non noceat: vinum etiam securum dici potest, quod homines securos et curis solutos efficiat.

47 *Calidi sideris*] Ardente, scilicet, et æstuante Caniculæ furore, aut etiam fervente solis æstivalis ardore.

48 *Annua terra*] Quod singulis annis, seu annuatim, renovetur: ut 'menstrua Luna' dicitur.

49 *Rure levis verno flores apis ingerit alveo*] Male quidam legunt, *vernos*

Agricola assiduo primum satiatus aratro
  Cantavit certo rustica verba pede:
Et satur arenti primum est modulatus avena
  Carmen, ut ornatos diceret ante Deos.
Agricola et minio suffusus, Bacche, rubenti 55
  Primus inexperta duxit ab arte choros.

suas *suavi nectare. Tum primum colonus continuo aratro fatigatus agrestes cantilenas composito numero cecinit, et satiatus primo edidit modulamen sicco calamo, quod coram Divis redimitis agitaret. Agricultor etiam illitus pigmento rubro,* o

Witt. 2. Dat. Angll. 3. 4. 5. ed. pr. maj. Venet. 2. Lips. et Rheg. *ingerat;* Berol. 2. Vicent. et Venett. 1491. 1493. *ingerit:* Par. Corv. alii, *alvo.*—50 *Compleat et* Angl. 4. Beroll. 2. 4. Guarn. et Par. hic etiam *mele* habet cum Lips. pro *melle.*—51 Duo codd. ap. Broukh. cum Brix. *defessus;* Scal. in ed. 1577. intulit *lassatus;* postea reposuit *satiatus,* quod testantur Witt. 1. 2. Broukh. 1. 2. 3. Statiani, Palatt. omnes Beroll. alii, cum ed. pr. min. et ceteris vett. præterquam ed. pr. maj. quæ cum cod. Par. exhibet *saciatus.*—53 Vulp. conj. *meditatus.*—54 Palat. 2. *oratos:* Par. omnes Beroll. Angll. Witt. et Broukh. duo Palatt. tres Guelff. Corv. Reg. edd. pr. maj. min. Bartol. Venet. 2. Brix. Rheg. Vicent. Rom. Lips. Venett. 1487. 1491. 1493. Aldd. aliæ, *duceret;* Mur. primus reposuit *diceret,* quod firmant Exc. Broukh. duo Stat. Vatt. 1. 2. Vat. Ursini, Colot. Ask. Monac. et Voss. 2. 4. neque vero Berol. 1. ut falso Vossius nuntiat.—55 Beroll. 1. 2. *et nimio,* quod habent etiam ed. pr. maj. Venet. 2. et Rheg. *e mimo* Dat. *Bache* cod. Par.—56 Guelf. 1. ed. pr. min. Venett. 1487. 1491. 1493. 1500. Aldd. et Colin. *duxit ab urbe;* Guarn. *ducit ab arte thoros;* Par. quoque habet *thoros;* ed. Rheg. *cohors;* omnes Beroll. Angll. Witt. et Broukh. tres Guelff. quatuor Stat. duo Vatt. Colot. Exc. Perr. et Pocc. Corv. Reg. Par. Lips. Laud. Dat. ed. pr. min.

NOTÆ

flores; vere etenim vernant: rure militiam et opus exercent apes ingeniosæ. *Alveo* autem posuit pro alveario.

50 *Compleat ut dulci sedula melle favos*] Apum laborum mire describit Virgilius Georg. IV. ‘ Prima favis ponunt fundamina, deinde tenaces Suspendunt ceras; aliæ spem gentis adultæ Educunt fœtus, aliæ purissima mella stipant, et liquido distendunt nectare cellas,’ &c. Apem quoque sedulam dixit Ovid. Met. XIV. ‘ Non apis inde tulit collectos sedula flores.’

52 *Cantavit rustica verba*] Agrestes nempe cantilenas, aut aliquod carmen inconditum. Saltationem a pastoribus et rusticis initium duxisse pluribus probat Scaliger in sua Poëtica. Cantum quoque fuisse a pastoribus ait Lucretius imitatione concentus avium.

54 *Ut ornatos diceret* [*duceret*] *ante Deos*] Id est, cultos, coronatos, et sertis redimitos. Apuleius Milcs. Fab. 3. ‘ Eponæ Deæ simulacrum residens ædiculæ, quod accurate corollis roseis et quidem recentibus fuerat ornatum.’ Plerique vero legunt, *diceret,* quibus non assentimur; nam ‘ ducere carmen’ longe melius ducunt Docti, quam ‘ dicere.’ Horat. I. Sat. 10. ‘ Forte epos acer, Ut nemo, Varius ducit.’

55 *Minio suffusus*] Ante personarum usum, quem primus omnium Æschylus invenit, ora sua tum rustici saltantes et tripudiantes, tum histrioncs, tum Poëtæ carmina sua re-

Huic datus, a pleno memorabile munus ovili,
  * Dux pecoris hircus: duxerat hircus oves.*
Rure puer verno primum de flore coronam
  Fecit, et antiquis imposuit Laribus. 60
Rure etiam, teneris curam exhibitura puellis,
  Molle gerit tergo lucida vellus ovis;
Hinc et fœmineus labor est; hinc pensa colusque;
  Fusus et apposito pollice versat opus:

Bacche, primus rudi lege choreas egit. Illi præmium insigne donatus est ex ovili referto hædus vir gregis. Hædus ille deduxerat oves. In agris primum pueri serta ex floribus vernantibus texerunt, et veteribus Laribus imposuerunt. In agris quoque ovis nitida mollibus fœminis solicitudinem datura, fert dorso teneram lanam. Inde est etiam opera muliebris; inde stamina, et colus, ac fusus admoto pollice de-

Bartol. Venet. 2. Rheg. Brix. Vicent. Rom. Lips. et Mur. consentiunt in lect. *ab arte:* Scal. *ab arce* malebat, refutatus a Broukh.—57 Berol. 4. *Huc:* Guelf. 2. *e pleno*, a m. sec.—58 Scal. rec. *auserat;* Colb. et unus Stat. *auferat;* Guelf. 2. Lips. Beroll. 1. 4. et Ask. *hauserat;* Witt. 1. Berol. 3. et Dat. *hauxerat;* Berol. 4. Par. Witt. 1. Broukh. 1. 2. 3. Reg. Corv. Guelff. 1. 3. 4. edd. pr. maj. min. Bartol. Venet. 2. Rheg. Brix. Vicent. Rom. Lips. Venett. 1487. 1491. 1493. Aldd. cum aliis, *auxerat;* unde Muretus corr. *duxerat*, quod nunc exhibet Voss. 4. Voss. 3. 4. Goth. et Mon. *Dux hircus pecoris*, probante Bach. *Dux p.; hirtas d. h. oves* conj. Heins. idque in textum intulerunt Broukh. Stromb. et Voss. sed Stromb. corrigi mavult, *D. hircus; capras duxerat hic et oves:* Waard. cum Wassenbergo malebat, *D. p. hircus; auxerat h. opes.* 'Heynio debentur asterisci, quos equidem, ut in versu, certe in hemistichio suspecto delere nolui.' *Huschk.*—59 Witt. et Beroll. 1. *prior*, pro *puer;* ed. pr. min. et Bartol. *primus;* Broukh. non monito lectore, edidit *primam*, quod nunc apparet in Voss. 2. 5.—62 *Melle* ed. pr. maj. *lurida* Colb. —63 Berol. 1. *impensa* pro *hinc pensa.*—64 *Fusus ut a. p. verset* Corv. et Angll.

NOTÆ

citantes, minio perfundebant, aut etiam fœcibus illinebant. Quod tangit Horatius in Poëtica: 'Dicitur et plaustris vexisse poëmata Thespis, Quæ canerent agerentque peruncti fæcibus ora.' Rustici vero minio utebantur exemplo Panos pastorum Dei, qui depingebatur minio perfusus. Jovis etiam simulacri faciem illinebant Veteres minio diebus festis; quod etiam in aliorum Deorum simulacris factum aliquando fuisse testatur Plinius N. H. XXXIII. cap. 7. Deosque sic depictos et oblitos vocabant 'Minianos Deos.' Romæ etiam triumphantium vultus et corpora inungi minio consuevisse legimus. Quod saltem constat de Camillo.

58 *Dux pecoris hircus*] Tibullus hic initia Tragœdiæ tangit, cujus præmium fuit hircus, Græce τράγος, unde Tragœdiæ nomen. Horat. de Arte Poëtica: 'Carmine qui tragico vilem certavit ob hircum.'

60 *Imposuit Laribus*] Superiore libro diximus, quanto cultu, quanto coronarum honore, quantis oblationum muneribus ab Antiquis Lares fuerint celebrati. Juvenal. IX. 137. 'O parvi nostrique Lares; quos thure minuto, Aut farre, et tenui soleo exorare corona.'

Atque aliqua assiduæ textis operata Minervæ 65
Cantat, et applauso tela sonat latere.
Ipse interque greges interque armenta Cupido
Natus et indomitas dicitur inter equas.
Illic indocto primum se exercuit arcu.
Hei mihi, quam doctas nunc habet ille manus! 70
Nec pecudes, velut ante, petit; fixisse puellas
Gestit, et audaces perdomuisse viros.

volvit opus. Inde etiam textrix quælibet jugiter laborans Minervam canit, et tela applaso latere resonant. Ipse etiam Amor genitus traditur rure, et inter greges, et inter equas effrænes. Ibi primo se excoluit arcu rudi. Heu me! quam ipse jam manus habet peritas: neque, ut prius, belluas impetit; gaudet percussisse puellas, et fortes viros debellasse. Ipse juvenibus divitias ademit. Ipse adduxit vetulum

3. 4. improbante Huschk. *opposito* Scal. rec.—65 Par. Beroll. Guelff. ed. pr. maj. cum multis aliis scriptis, editisque libris, *assidue textrix operata Minervam*, quæ lectio, ait Heyn. nescio an mutari debuerit. 'Atqui *Minervæ* complures libri confirmant, nec dubium videtur, quin *textis* scripserit Tibullus.' *Huschk.* Frut. conj. *textis o. Minervæ;* eamque conj. consummavit Broukh. corrigendo *assiduæ textis o. Minervæ:* Monac. habet *textris:* Exc. Lips. Vat. 1. et Colot. *Minervæ:* ceterum *assiduæ textrix operata minervæ*, egregia Broukh. emendatio, omnibus literis perfecta jamdudum conspicitur in ed. pr. min. et Bartol.—66 Guelff. 1. 2. 4. Corv. Beroll. 1. 2. 4. Witt. 2. Broukh. 1. 2. 3. Par. Reg. Angll. edd. pr. maj. min. Bartol. Venet. 2. Vicent. Cyll. in Comment. Rom. Venett. 1487. 1491. 1493. Aldd. et Basil. 1559. *et appulso;* Berol. 3. *Cantat appulso;* Witt. 1. *et oppulso;* Scal. *adpluso;* Heinsio commendante, Broukh. ex Statianis Palatt. et aliis reposuit *applauso*, idque firmant Monac. Bern. Voss. 5. cum edd. Rheg. et Lips. *apulso* Colb. *a pulso* Mur. Dous. Plant. et Gryph. 1573. *a plausu* Laud. *tæla* ed. pr. maj. et Rheg. *pectine tela sonat* Angl. 5. Vossius ad Catull. p. 249. ex uno laudat, *pectine lana sonat:* 'utrumque natum videtur ex eo, quod quis *pectore tela sonat* scripsisset, versus molliendi causa.' *Heyn.* Exc. Perr. duo Palatt. et edd. Scal. *sonant.*—67 *Ipse quoque inter agros* Beroll. 1. 3. 4. Reg. Corv. Par. Guelff. alii, cum edd. pr. maj. min. Bartol. Venet. 2. Vicent. Rheg. Brix. Rom. Lips. Venett. 1487. 1491. 1493. Aldd. aliæ ante Broukh. qui ex Exc. Perr. Pocc. Lips. Florent. Colot. et Vat. 2. lect. nostram induxit; *Ipse quoque inter agros int' et* Berol. 2. —68 Unus Palat. *ducitur:* ed. pr. maj. et Berol. 4. pro *equas* habent *aquas.*—69 Berol. 2. et ed. Lips. *indomito* pro *indocto.*—70 *Hey mihi* Par. *Heu* Witt. 1. Broukh. 1. Hamb. et Aldd. *Neu* cod. Lips. *Hei* omnes Beroll. alii, cum edd. pr. maj. min. Rheg. Vicent. et Venett. 1487. 1491. 1493.—71 Dat. *veluti:* Venett. 1487. 1491. 1493. *puellam.*—72 *Gaudet* Witt. 1. *et indomitos* Colb. at

NOTÆ

65 *Assiduæ textis* [*textrix*] Neminem latet cantum esse solatium laboris; at *textrices* Minervam præcipue canebant, ut præsidem fusi et radii. Junonem porro fusos inter et pensa fuisse etiam a fœminis cantatam testatur Euripides in Iphigenia Taurica vs. 22.

66 *Tela sonat* [*sonant*] Instrumenta, quibus tela texitur, 'tela' etiam appellantur, ut ex Lucretio et Valerio patet legentibus. Innuit autem Poëta textricis gestum; appulso enim pectine vi brachiorum latus constrepit cum tela et jugo.

68 *Inter equas*] Libidine fervescen-

Hic juveni detraxit opes; hic dicere jussit
  Limen ad iratæ verba pudenda senem.
Hoc duce, custodes furtim transgressa jacentes, 75
  Ad juvenem tenebris sola puella venit;
Et pedibus prætentat iter, suspensa timore,
  Explorat cæcas cui manus ante vias.
Ah miseri, quos hic graviter Deus urget! at ille
  Felix, cui placidus leniter afflat Amor! 80
Sancte, veni dapibus festis; sed pone sagittas,
  Et procul ardentes, hinc procul, abde faces.
Vos celebrem cantate Deum, pecorique vocate
  Voce; palam pecori, clam sibi quisque vocet:

proferre inhonestas voces ad januam indignantis amicæ. *Ipso auctore, fœmina incomitata clam prætergressa excubitores* suos *humi dormientes, nocte accedit ad juvenem: et metu incerta prius viam explorat passibus, cui manus ante attrectat tenebrosum iter. O infelices, quos iste Deus acriter pungit!* Contra *vero beatus is* est, *cui mitis Cupido placide aspirat.* O Deus *venerande, accede ad solennes epulas. At tela abjice, et longe inde amove flagrantes tædas. Vos celebrate præclarum Deum, et verbis* ipsum *gregibus invocate: aperte gregibus, tacite sibi unusquisque*

pro v. 1. *et audaces.*—73 Laud. *Et juveni;* Angl. 5. *juvenis:* Berol. 1. Par. Ask. Guelf. 1. et Guarn. *opus:* Colb. et Berol. 2. *et dicere:* Laud. et Angl. 2. *ducere.* —76 Guelf. 2. *in tenebris.*—77 Burm. II. malit *Et digitis,* improbante Huschk. unus Broukh. *pertemptat.*—78 Dat. *quoi* pro *cui,* quod explicandum *cum ei,* ait Heyn. nisi malis reponere *dum;* videtur tamen ex genio Poëtæ legendum *sed,* vel, quod malim *et.*—79 *Ha* Beroll. 2. 4. unus Broukh. et Witt. 1. *A* Statiani: *hic* deest in ed. pr. maj. Vicent. et Rheg. *hic leviter* Berol. 2. *illi* Angl. 2.—80 *Felix qui* Dat. Angl. 4. et Berol. 3. *leviter* Brix. *aflat* Witt. 1. *efflat* Witt. 2.—81 *Sancte, veni pedibus* ed. pr. min.—82 Heins. pro *Et* mavult *Sed:* Angll. 3. 4. *hic precor;* omnes Beroll. Witt. 1. 2. Broukh. 1. 2. 3. Par. omnes Guelff. Corv. Reg. cod. Lips. edd. pr. maj. min. Bartol. Venet. 2. Vicent. Rheg. Brix. Rom. Lips. Venett. 1487. 1491. 1493. Aldd. Plant. et Gryph. 1573. *hinc precor;* Exc. Perr. et Lips. cod. Lips. Par. unus Broukh. duo Angll. ed. maj. Venet. 2. Vicent. et Rheg. *adde;* in aliis jam enumeratis *abde:* Scal. e suo cod. reposuit, *hinc procul abde,* quod etiam testantur Exc. Perr. et Lips. cum pluribus ap. H. Voss. probante Huschk. In ed. Rom. *Et procul ardentem hinc precor abde facem.*—83 Burm. emend. *celerem deum;* in Dat. et Berol. 3. *diem.*—84 *Palem,* quod habent Colin. Gryph. et Exc. Perr.

NOTÆ

tes, cujus furore præ ceteris animantibus equæ corripiuntur. Unde Virgilius: 'Scilicet ante omnes furor est insignis equarum.'

73 *Juveni detraxit opes*] Prodigere, effundere, dissipare adegit.

77 *Prætentat iter*] Nocturnum egressum puellæ incedentis ad amatorem elegantissime describit.

Suspensa timore] Ne se exeuntem custodes audiant.

81 *Sed pone sagittas*] Poëtæ fingunt Cupidinem Amoris Deum gestare arma duplicis generis amori excitando idonea, sagittas scilicet et faces. Ovidius: 'Altera tela arcus, altera tela faces.'

84 *Clam sibi quisque vocet*] Mos

Aut etiam sibi quisque palam: nam turba jocosa 85
Obstrepit, et Phrygio tibia curva sono.
Ludite! jam Nox jungit equos, currumque sequuntur
Matris lascivo sidera fulva choro.

eum *imploret*. *Vel etiam* eum *unusquisque sibi aperte imploret*. *Etenim multitudo hilaris et inflexa fistula sonitu Phrygio obmurmurat*. *Jocamini: nunc modo nox equos adjungit, et astra rutila cœtu festivo prosequuntur rhedam parentis*. *Deinde*

primus edidisse fertur Aldus; ' sed hæc scriptura jam exstat in ed. pr. min. Vett. edd. locum ita interpungunt, *pecorique vocate Voce palam pecori:* ut Rheg. vel, *Voce palam:* ut edd. Venett. 1491. et Ald. 1. quæ *Palem* habet. Rectius Plant. *pecorique vocate Voce, palam pecori, &c.* quam interpunctionem Heyn. etiam adhibuit.' *Huschk.*—86 *Obstrepet et phrygio sydera fulva thoro* ed. pr. maj. et Rheg. et in utraque ed. omissi sunt vs. 87. et 88. Vicent. hos quidem habet, eadem tamen etiam *Obstrepet*, quod exhibent quoque Venet. 2. Brix. et Lips. in ultima legitur *sidera fulva choro:* ed. pr. min. et Venett. 1487. 1491. 1493. *Obstrepit.*—87 *Ludite jam: Nox* Corv. *nam* pro *jam* Reg. Dat. Vat. Ursini, unus Stat. Witt. 2. et Beroll. 1. 3.—88 *Martis l. s. f. toro* Berol. 2. cum ed. Rom. Vicent. et Ald. 1. *toro* etiam in Angll. 2. 4. 5. *thoro* Beroll. 1. 3. 4. et Dat.—89 Witt. 2. Dat. Angll. 3. 4. Beroll. 1. 3. et Par. *tacitis:* Witt. 1. 2. Broukh. 1. 2. 3. Beroll. 1. 2. 3. 4. Guelff. 1. 3. 4. Reg. Corv. cod. Lips. Vindob. Voss. 5. unus Angl. Par. edd. pr. maj. min. Bartol. Venet. 2. Vicent. Rheg. Brix. Rom. Lips. et Venet. 1487. 1491. 1493. *fulvis;* Angll. 3. 4. *fulvus;* Florent. *nigris;* Exc. Perr. Pocc. et Broukh. Vat. 1. 2. et Colot. *fuscis*, quod revocavit Broukh. *furvis*, quod Heins. ad marg. ed.

NOTÆ

fuit Antiquis, ut nonnisi taciti vota conciperent. Hoc vero subjicit Tibullus, ut Amori palam nuncupandi vota fiduciam addat, cum nullum sit periculum ne sciantur, aut ne quis rivalis invidere possit, licet aperta voce, libere, et palam enuntientur; nam tibiæ Phrygiæ sonitus, et chori jocosi cantantis ac saltantis strepitus, et rusticorum dissonus ac incompositus clamor ita penitus exsurdat aures, ut neque in curiosorum hominum sensus precum ac votorum arcana penetrare possint.

86 *Phrygio tibia curva sono*] A Mida Phrygiæ rege tibiam fuisse inventam Plinius refert. Phrygia etiam tibia dicebatur ea, quæ certos modos referret, ad quos saltarent. Tres enim tibiarum modi fuisse dicuntur, Ionicus, Lydius, Barbarus. Tibiarum frequens usus in Cybeles sacris. Horatius: ' Cur Berecynthiæ Cessant flamina tibiæ?'

87 *Nox jungit equos*] Equos et currum nocti Poëtæ ascribunt: sed aliquando bigæ, aliquando quadrigæ huic tribuuntur. Noctem vero Siderum matrem fecerunt, quod, cum Astra nonnisi per noctem lucere videantur, ea quasi parere et gignere Nox possit dici. Præterea cum Noctem Cœlum genuisse fabulati sint Veteres cum Hesiodo in Theogonia, crediderunt etiam Siderum et astrorum eam esse matrem, quæ Cœli est.

88 *Lascivo choro*] Hoc est, festivo, læto, scintillanti. Lasciviam Sideribus tribuit eadem ratione Tibullus, qua lasciviam piscium dixit Pacuvius apud Cic. de Div. lib. I. juxta illud Livii Andronici: ' Tum autem lascivum Nerei simum pecus.'

Postque venit tacitus fuscis circumdatus alis
Somnus, et incerto Somnia vana pede. 90

subsequitur silens somnus pennis aureis cinctus, et atra insomnia vagis gressibus.

Dous. divinavit, Guelf. 2. et Hamb. tuentur; idque (Fruterio, Livin. Dous. F. Passer. et Heyn. probatum,) cum Vulp. in prima, Cant. et H. Vossio recepit Bach.—90 In uno cod. Heins. *incertos*, adhærescente huic voci litera *s* ex sequente *somnia;* nihil amplius: at Broukh. inde fecit, *incertos s. nigra pedes:* Witt. 1. 2. tres Broukh. Vat. Ursini, plures H. Voss. Par. Lips. et ed. pr. min. *nigra;* hoc repetivit Aldus, eumque secuti sunt posteriores ævi edd. omnes: *vana* exhibent Florent. Guelff. 1. 4. Corv. Reg. Vindob. Voss. 5. Angl. 5. ed. pr. maj. Venet. 2. Vicent. Rheg. Brix. Rom. Lips. et Venett. 1487. 1491. 1493. *mera* in Laud. unde Broukh. conj. *vara*, probante Heyn. *pigra* emendabat Heins. *nixa* Jacobs.

NOTÆ

89 *Fuscis* [*fulvis*] *circumdatus alis*] Somnum Deum esse existimarunt Veteres filium Noctis, et Mortis fratrem, cui virgam tribuit Statius, cornu Silius. Sic eum describit Philostratus: ‘ Facie,’ inquit, ‘ resoluta esse videbatur; candidam vestem habebat supra nigram, quasi diem et noctem indicaret; cornu in manu tenere videbatur,’ cum nempe vera somnia immittit; cum vana denuntiat, ebur et elephantis dentem: unde geminæ somni portæ finguntur. Somno Orpheus ‘ fuscas alas’ tribuit. Hic etiam plerique legunt, *fuscis*, loco *fulvis*, quod non displicet. Ovid. Met. XI. 610. ‘ In medio torus est, ebeno sublimis in atra, Plumeus, unicolor, pullo velamine tectus; Quo cubat ipse Deus, membris languore solutis. Hunc circa passim, varias imitantia formas, Somnia vana jacent.’

ELEGIA II.

Dicamus bona verba: venit Natalis ad aras.
Quisquis ades, lingua, vir mulierque, fave.

Proferamus verba fausta: Natalis ad altaria advenit. O quicumque ades, et

Inscripta est in edd. pr. maj. et min. *Ad Cornutum;* et sic in Vicent. *Ad Chæryntum de votivo sacrifitio sui natalis* in Rheg.—1 Broukh. præeunte Gro-

NOTÆ

1 *Dicamus bona verba*] Hoc Carmine Tibullus celebrat natalem diem Cerinthi, ut videtur, amici sui. At Poëtæ solent ita conjungere, ‘ bona verba dicere,’ et ‘ linguis favere,’ ut idem prorsus esse appareat. Ovid. Fast. I.

Urantur pia thura focis, urantur odores,
  Quos tener e terra divite mittit Arabs.
Ipse suos Genius adsit visurus honores, 5
  Cui decorent sanctas mollia serta comas.
Illius puro destillent tempora nardo;
  Atque satur libo sit, madeatque mero.

mas et fœmina, ore fave. Aris incendantur thura sacra, adoleantur aromata, quæ molles Arabes ad nos *mittunt ex beatis suis regionibus. Adsistat ipse Genius spectaturus cultum suum, cui teneræ coronæ exornent sacros crines. Ejus caput diffluat mero nardo; et ipso libamine satietur, et vino perfundatur: et concedat tibi,* o *Ce-*

nov. ad Liv. XXVIII. 43. et jam ante eum Mur. in Scholiis ad h. l. hoc modo distinxerat, *D. b. verba, venit natalis, ad aras:* in Corv. ut jam Torrentius fecerat, *venit natalis; ad aras Quisquis ades;* forte, inquit Heyn. hoc unice verum. Nostram interpunctionem servant edd. vett. *ad aram* ed. Rom.—4 Angll. 4. 5. cod. Lips. Hamb. Voss. 2. 4. ed. pr. min. Bartol. et Aldd. *a terra;* Dat. et Berol. 3. *et terra;* nostram servant Witt. 1. 2. Broukh. 1. 2. 3. Beroll. 1. 2. 4. Par. ed. pr. maj. Venet. 2. Vicent. Rheg. et Venett. 1487. 1491. 1493.—5 Hunc totum versum suum fecit Balbus Carm. IV. sed mutata structura, *Ipse suos adsit Genius, &c.* quem verborum ordinem agnoscunt duo vetustissimi codd. ap. Santen. tertius recentior; duo Stat. Vat. Ursini, Dat. Guelf. 3. a m. sec. et Beroll. 1. 3. eumque receperunt H. Voss. Wund. Bauer. ed. Lips. 1812. et Bach. *Genius adsit* testantur Witt. 1. 2. Broukh. 1. 2. 3. Corv. Guelff. 1. 2. 3. 4. Reg. Beroll. 2. 4. plurimi alii, cum omnibus edd. vett. sine exceptione: *Genius assit* Par. *Genius absit* cod. Lips.—6 *Qui* Dat. et Berol. 3. *decorant* Angl. 5. *florea* pro *mollia* Witt. 2. Ask. Venett. 1487. 1491. 1493. Ald. 1. Colin. Gryph. Plant. *molia* Broukh. 1. *mollia* omnes Stat. Broukh. 2. 3. Witt. 1. Laud. Exc. Pocc. Colot. Vatt. 1. 2. Scal. rec. alii, cum edd. pr. maj. min. Bartol. Venet. 2. Brix. Rheg. Vicent. quod reduxit Mur.—7 *Illius pura* Par. Beroll. 2. 3. Thuan. et duo Broukh. *Illius et pura* Colb. quod arri-

NOTÆ

'Prospera lux oritur, linguis animisque favete: Nunc dicenda bona sunt bona verba die.' Et Trist. III. 'Concipiamque bonas ore favente preces.' Quid sit 'favere linguis' non omnino convenit inter omnes. Sunt qui existiment silentium imperari, in quibus Senecam initio superioris Elegiæ laudavimus. Alii putant hujusmodi voce, 'favete linguis,' admoneri populum, ut cum silentio attenderet, vel bona et faventia verba diceret, et a profanis ac male ominatis abstineret. Festus putat 'favere' esse 'bona verba fari:' quod et hic significat noster Tibullus, sicut et Ovidius pluribus in locis.

Venit Natalis] Cultus scilicet et honor pro natali die Diis exhibendus.

4 *Quos tener mittit Arabs*] Arabes populi sunt Asiæ inter mare Rubrum, seu sinum Arabicum, sinum Persicum, et Syriam, ad Oceanum positi. Illa pars Arabiæ quæ Felix dicitur omnibus pretiosissimis abundat aromatibus, ejusque incolæ mollitie sunt notati: unde eos Tibullus dicit teneros, cui concinit Virgilius: 'India mittit ebur, molles sua thura Sabæi.'

5 *Adsit visurus honores*] Passim Deos orabant ut adessent, suosque honores spectarent, sed Genium præsertim die natali colebant, ipsique sacra faciebant.

7 *Distillent tempora nardo*] Nardus unguenti genus est pretiosissimi ex

Annuat et, Cerinthe, tibi, quodcumque rogabis.
  En age, quid cessas? annuet ille: roga. 10
Auguror, uxoris fidos optabis amores;
  Jam reor hoc ipsos edidicisse Deos.
Nec tibi malueris, totum quæcumque per orbem
  Fortis arat valido rusticus arva bove:
Nec tibi, gemmarum quicquid felicibus Indis 15
  Nascitur, Eoi qua maris unda rubet.

rinthe, quicquid ab ipso precaberis. En agedum, quid moraris? Ipse te exaudit: ora. Vaticinor, rogabis castos tuæ *conjugis amores. Jam puto Divos ipsos id cognovisse. Neque tibi præoptaveris agros omnes, quos duri agricolæ robustis bobus exercent per universum mundum; neque tibi prælegeris quodcumque gemmarum oritur beato æquore, ubi rubescit aqua pelagi Orientalis.* Sed *optata irrita sunt.*

puit H. Voss. *Illius et puro* Laud. Angl. 2. et liber Mattii ap. Broukh. *Illius e puro* Broukh. 1. Berol. 1. a m. sec. et codex Lips. cum edd. Vicent. et Aldd. quod præfert Wakef. ad Lucr. IV. 1118. *Illius Assyria*, vel *Syria*, Heins. ad Ovid. Ep. XV. 76. *Illius puro* exhibeut Witt. 1. 2. unus Broukh. duo Beroll. quatuor Stat. Exc. Perr. edd. pr. maj. min. Bartol. Venet. 2. Brix. et Rheg. *distillent* omnes Beroll. Par. Guelff. 2. 3. 4. cum aliis plurimis; *destillent* Guelf. 1. et Venett. 1491. 1493. quod reposuit Broukh.—9 *Annuit* Laud. et Angl. 2. *Anuat* Par. et ed. pr. maj. *Cornute* Angl. 5. tres Stat. Witt. 1. Dat. Broukh. 1. 2. 3. Beroll. 2. 3. 4. Berol. 1. a marg. Par. Reg. ed. pr. maj. min. Venet. 2. et Rheg. *Cherinte* in Venett. et Aldd. vitiose, cum Κήρινθος sit: in aliis scriptis *Cherinthe, Cherynte, Chorinthe, Cherime:* pro *rogabis* Guy. conj. *rogaris*, improbante Huschk.—10 Cod. Lips. Par. Beroll. cum aliis scriptis et edd. libris ante Broukh. *annuit;* ille *annuet* reposuit ex Exc. Lips. et emend. Heinsii.—12 Berol. 2. *ipsum edocuisse deos*, sed emend. a marg. ed. pr. min. habet *didicisse.*—13 Par. *maluerit:* Dat. et Berol. 3. *quocunque;* Angl. 2. *quodcunque.*—15 Beroll. 1. 2. 3. 4. Reg. Corv. Guelff. 2. 3. 4. alii, cum ed. pr. maj. min. Bartol. Venet. 2. Vicent. Rheg. Rom. Lips. Aldd. Gryph. Plant. Mur. Stat. et Scal. *undis;* cod. Lips. *undas;* marg. Scal. 1. ap. editorem, '*indis* V. C.' Brix. et Venett. 1487. 1491. 1493. *Indis*, quod reposuit Broukh. quodque confirmant Vat. 1. Exc. Perr. et Pocc. Voss. 2. 3. 5. Par. Bern. et Guelf. 1. et sic antea conj. Frut.—16 Ed. pr. maj. *ævi*

NOTÆ

frutice suavissimo, ait Plinius. Purus ille nardus, qui non est adulteratus, quem novem aliæ herbarum species dicuntur imitari; tanta materia adulterandi est.

9 *Annuat*] Putabant Antiqui quicquid rogassent Genium die natali concessurum.

11 *Auguror*] Interdum augurari se dicebant eventura, et exitum habitura, quæ precabantur. Ovid. de Arte Am. lib. I. '*Auguror*, en vinces, votivaque carmina reddam.'

16 *Eoi qua maris unda rubet*] Oceanus qua parte vergit ad Orientem, Indiasque alluit, dicitur Eous, Orientalis et Indicus: qua parte vergit ad Meridiem, dicitur mare Æthiopicum, et Rubrum: illicque gemmarum, et lapidum pretiosorum inveniri copia traditur.

Vota cadunt. Viden' ut trepidantibus advolet alis,
  Flavaque conjugio vincula portet Amor?
Vincula, quæ maneant semper, dum tarda senectus
  Inducat rugas, inficiatque comas. 20
Hac venias, Natalis, avi, prolemque ministres:
  Ludat et ante tuos turba novella pedes.

Etiam Cupido ipse *huc advolet pennis stridentibus, et afferat nuptiis lutea vincula; vincula, quæ perpetuo durent, donec senectus gravis rugas accersat, et* vestros *capillos tingat. Huc adsit ales natalis, et liberos præbeat, et tenera turba lusitet ad pedes tuos.*

qua.—17 Berol. 1. *cadant utinam strepitantibus;* Berol. 2. 3. 4. Corv. Reg. Guelff. aliis, *cadunt utinam strepitantibus;* Thuan. et Ask. *utinam ut strepitantibus;* unde Heins. et Guy. *viden' ut*, quod plene legitur in Voss. 3. Broukh. e libris quibusdam reposuit *trepidantibus*, quod habet etiam ed. pr. min. et Bartol.—19 *Vinclaque qui* Angl. 2. *Vinclaque ne* Rheg. et Venet. 2. *Vincula quæ et* Par. et Beroll. 1. 3. 4. *Vincula que maneant* cod. Lips. (i. e. *quæ*,) hinc in ed. pr. min. aliisque, *Vinculaque et;* pro *maneant*, Berol. 1. *moneant.*—20 *Indurat* Berol. 2. et a marg. *Inducat.*—21 *Hic* codd. Lips. Par. omnes Beroll. Exc. Lips. tres Stat. Broukh. 1. 2. 3. Angl. 3. et Corv. *Hæc* Vat. 1. 2. Exc. Pocc. Guelf. 2. ed. pr. maj. Venet. 2. Lips. et Rheg. *Huc* Witt. 1. 2. Vat. Ursini, Guelff. 1. 3. 4. ed. pr. min. Bartol. Vicent. Venett. 1487. 1491. 1493. Aldd. Stat. Plant. aliæ: *veniat* Par. Corv. Beroll. 1. 2. 4. Guelff. 1. 3. 4. Lips. alii cum ed. pr. maj. Vicent. Venett. 1491. 1493. Aldd. Plant. Stat. *veniet* Berol. 3. ed. pr. min. Rheg. et Venet. 2. *Hac venias* est ex conj. Heins. quod primus recepit Broukh. Heyn. malit, *Sic venias, Natalis, avis;* aut, *Hic veniat natalis avis, prolemque ministret;* Scal. rec. habet, *natalitius;* Angl. 5. *natalis anus*, probante J. Voss. ad Catull. p. 21. *natalis avis* legitur in Beroll. 1. 2. 3. 4. Guelff. 1. 3. 4. Par. Lips. et omnibus fere aliis, cum edd. pr. maj. et min. *floremque* Guelf. 4. et Brix. *ministret* in omnibus; *ministres* debetur eidem Heinsio. Bauer. edidit, *Huc venias, N. avis, p. ministres:* locum ita constituendum censet Huschk. *Hac veniat Natalis avi prolemque ministret, Ludat ut, &c.*—22 *Laudat et* Witt. 1. *Ludit et* Dat. *Ludet et* Angl. 2. *Et ludat* Par. *Ludat ut* Vat. Ursini.

NOTÆ

17 *Vota cadunt*] Frustranea et irrita sunt. Propert. lib. I. Eleg. 17. 'Ingrato littore vota cadunt.' Horat. dixit: 'Verba cadentia.' Ovid. in Ibin: 'Et pars sit voti nulla caduca mei.'

18 *Flavaque conjugio vincula*] Sacrum illud Veneris cingulum intelligit, quod Græci Ceston appellant, quo quidem putabant conjuges devinctos in perpetua permanere concordia. Unde Martialis: 'Sume Cytheriaco medicatum nectare ceston, Ussit amatorem balteus iste Jovem.' Ad turpes autem nuptias Venerem non credebant venire cum illo cingulo: unde incestæ dicebantur, quod sacro Veneris cingulo non essent vinctæ. *Flava* vero dicit illa vincula, quod flavus color esset nuptiis auspicatus et consecratus.

21 *Natalis, avi* [*Huc veniat Natalis avis*] Avem illam sentiunt esse cornicem, quam concordiæ symbolum Veteres in nuptiis invocabant. Natalem dixit a Junone, quæ Natalis Dea est, et nuptialis, cujus in tutela est cornix. Ipse Tibullus: 'Natalis Juno sanctos cape thuris acervos.' Alii putant invocar

NOTÆ

Junonem ipsam, ita ut sensus sit: Huc adsit Juno ipsis tuis avis, seu majoribus, tibi, atque uxori tuæ, et filios concedat, qui vos numerosa prole faciant avos.

ELEGIA III.

Rura meam, Cerinthe, tenent villæque puellam:
Ferreus est, eheu, quisquis in urbe manet.
Ipsa Venus lætos jam nunc migravit in agros,
Verbaque aratoris rustica discit Amor.

Agri et prædia habent amicam meam, o Cornute: heu! durissimus est, quicumque in civitate residet. Nunc certe Venus ipsa recessit in rura amœna, et Cupido ad-

Eadem inscriptio, quæ Eleg. anteced. præfixa erat, hic iterum in utraque ed. pr. legitur, *Ad Cornutum.* 'Carmina plura diversa in unam Elegiam confluxisse dubitari vix potest. A principio usque ad vs. 32. mollissimi procedunt versus, argumenti quoque et sententiarum vinculo conjuncti. Quæ hinc sequuntur aliena sunt, temere quidem a Scaligero in Eleg. sextam hujus Libri rejecta: nam ibi locum suum non magis tuentur, quam hic; sejungenda tamen ut fecimus a ceteris, statuendumque, esse hoc fragmentum alterius Elegiæ, quod male hoc loco insertum est, seu casu, seu quod simile initium versus, *At tibi dura Ceres*, vs. 61. fraudem fecit. Quæ hinc vs. 61. sequuntur, commode illa quidem cum prioribus illis jungi possunt, ut tamen nolim præstare lacunam nullam factam, nec altero carmine hoc idem tractatum argumentum, cujus reliquiæ isti versus sint, *At tibi dura Ceres.*' Heyn.—1 *Rura tenent, C. meam* habent edd. Rom. Venett. 1487. 1491. 1493. Aldd. et Venet. 1750. nullius fere libri auctoritate munitum; ordinem nostrum exhibent Exc. Lips. omnes Beroll. Stat. Witt. Broukh. et Guelff. Angll. 2. 3. 4. 5. Par. Dat. Cod. Lips. Colb. edd. pr. maj. min. Bartol. Venet. 2. Brix. Vicent. et Rheg. *Cornute* Angll. 2. 3. 4. 5. Beroll. 2. 3. 4. Berol. 1. a marg. Vat. Ursini, Par. et edd. pr. maj. et min. quod Broukh. retinuit; *Chorinthe* Witt. 2. *Cerinthe* Colb. *Cherinthe* Exc. Pocc. et Perr. Vatt. 1. 2. Broukh. 1. Colot. et Venet. 2. *Cherinte* Berol. 4. a marg. *Chærime* Rheg. *Corinthe* Berol. 1.—2 Exc. Lips. Stat. duo Broukh. Witt. 1. Colb. Laud. Dat. Angll. 2. 3. 4. 5. Par. Corv. Guelff. Reg. omnes Beroll. ed. pr. maj. Venet. 2. Brix. et Rheg. *heu heu;* Witt. 2. unus Broukh. et ed. pr. min. *heu:* 'Vulg. *eheu* ex Aldd. profectum. Anteced. *est* corruptelæ causam attulisse videtur: Venet. 1487. *e heu;* Venet. 1500. *est heu.* Errant, qui *eheu* non pro Iamb. sed Spond. habent. Vide Muson. et Burm. ad Virg. Ecl. II. 58.' *Bach.* H. Voss. e Vat. Statii pro *quisquis* dedit *si quis.*—3 Witt. 1. 2. Broukh. 1. 2. 3. Colb. Angl. 2. Vat. Ursini, Corv. Reg. Beroll. omnes Santen. Par. Guarn. Lips. ed.

NOTÆ

1 *Rura tenent, &c.*] Cornuto Tibullus suum aperit dolorem, quod ab urbe absit amica, rurique diutius degat vitam.

O ego, dum aspicerem dominam, quam fortiter illic 5
Versarem valido pingue bidente solum,
Agricolæque modo curvum sectarer aratrum,
Dum subigunt steriles arva serenda boves.
Nec quererer, quod sol graciles exureret artus,
Læderet aut teneras pustula rupta manus. 10
Pavit et Admeti tauros formosus Apollo;
Nec cithara, intonsæ profueruntve comæ.

discit agrestia agricultoris verba. O quam alacriter ego ipse *fœcundam humum verterem firmo pastino, ubi amicam* meam *spectarem, et aratoris more aratrum aduncum urgerem, dum exsecti boves proscindunt seminandos agros. Nec dolerem, quoniam æstus membra delicata torreret, et papula disrupta exulceraret molles manus. Pulcher etiam Apollo servavit armenta* regis *Admeti; nec lyra, nec incœdui*

pr. min. Venet. 2. Brix. Rheg. Venett. 1491. 1493. aliæ, *latos*, quod reposuerunt H. Voss. et Bach: ed. pr. maj. et Vicent. *notos;* Mur. emend. ex codd. vett. suis *lætos*, idque testantur Exc. Lips. Scal. rec. Broukh. 1. 2. et Guelf. 2. *Latios* conj. Heins. *jam commigravit* ex ingenio suo dedit H. Voss.—4 Ask. *araturis:* Lips. et Voss. 3. *dixit;* ed. pr. maj. *dicit;* unus Stat. *miscet.*—5 Structura, *O ego, cum dominam aspicerem* primum expressa est in edd. Venett. 1487. 1491. 1493. nnde profecta est in Ald. 1. quæ tamen habet, *O ego cum dominam aspirem:* ordinem nostrum servant omnes Beroll. Guelff. Witt. Broukh. et Stat. Angll. 2. 3. 4. 5. Laud. Corv. Reg. Colot. Dat. Par. Lips. Guarn. edd. pr. maj. min. Bartol. Venet. 2. Rheg. Vicent. Brix. Rom. et Lips. eumque reposuerunt H. Voss. et Bach: *quom* pro *dum* Witt. 2. *cum* Witt. 1. '*dum*, quod pro vulg. *quum* Heyn. maluit, et Berol. 2. (item Broukh. 3.) confirmatur, unice accommodatum sensui, i. q. dummodo.' *Bach. O ego, ut* ex ingenio dedit H. Voss. *O ego, quam a. d. tam* conj. Langerm. Ceterum *adspic.* (hoc modo) pro *aspicerem* Par.—6 In nonnullis Stat. uno Palat. Berol. 2. Venet. 2. Brix. et Venett. 1487. 1491. 1493. *calido* pro *valido:* Berol. 2. *bibente.*—7 Cod. Lips. *circum setarer;* H. Voss. et Bauer. ex Exc. Pocc. et Venett. 1487. 1491. 1493. dederunt *curvus;* Exc. Lips. *crudum.*—8 Idem Voss. invitis omnibus libris tum scriptis tum editis, *subigunt* mutavit in *subigant:* nnus Stat. Broukh. 3. et Berol. 4. *colenda.*—9 Ed. pr. min. *queror;* Berol. 1. *queritur*, et a marg. *quererer:* Corv. *quum sol;* Guelf. 2. *quam sol;* H. Voss. dedit *quom sol;* Berol. 4. *q̄ sol:* cod. Lips. *exerceret:* ed. pr. min. *arctus.*—10 *Læderet et* omnes Beroll. Exc. Lips. omnes Guelff. Corv. Reg. Par. alii quamplurimi, cum edd. pr. maj. min. Bartol. Venet. 2. Brix. Rheg. Vicent. Rom. Lips. Venett. 1487. 1491. 1493. 1500. et Ald. 1. *Læderet aut* Witt. 1. Guelf. 3. Angl. 2. Ald. 2. et quæ sequuntur; *Luderet et* cod. Lips. *puscula rapta* Berol. 2. *postula* Ald. 1.—11 Berol. 1. *armenti*, et a marg. *admeti.*—12 Guelf. 3. *pro-*

NOTÆ

5 *O Ego*] Ex amoris æstu coram domina sua Nemesi terram cupit aratro vertere.

8 *Steriles boves*] *Steriles* vocat *boves* exsectos et castratos, quippe qui sunt ad agriculturam accommodatiores, quia proceriores fiunt et tractabiliores castratione, deinde sese non possunt Venere enervare.

Arva serenda] Alii legunt, *arva colenda.*

11 *Pavit et Admeti tauros formosus Apollo*] Nonnulli aiunt Apollinem a Jove damnatum ad pascendos Admeti

Nec potuit curas sanare salubribus herbis:
Quicquid erat medicæ, vicerat, artis, amor.
Ipse Deus solitus stabulis expellere vaccas— 15
* * *

crines ipsi *profecerunt; nec potuit angores sedare herbis. Cupido quodcumque erat*

fuerantve; Dat. et ed. Lips. *profuerintve;* Berol. 1. *præfuerintve.*—14 Post hunc versum in edd. ante Scal. etiam in codd. duo inseruntur disticha; in ed. pr. min. ita,

Ipse deus solitus stabulis expellere vaccas,
Et potum fessas ducere luminibus.
Et miscere novo docuisse coagula lacte,
Lacteus et mixtus obriguisse liquor.

Pro *expellere* duo Stat. et Cyll. in Comment. *depellere.* In secundo versu pro *fessas,* quod servant cod. Lips. quinque Palat. Guelf. 1. 2. 3. Angl. 5. Par. Zwicc. 1. 2. Goth. Hamb. Berol. 4. a marg. Berol. 2. alii, cum edd. pr. maj. Vicent. et Rheg., *pastas* habent alii; ita Aldd. Venett. Dous. Passer. et Cant. ceterum in aliis libris alii substituuntur pentametri: in Guarn. *Ipse ad umbrosas ducere fertur aquas;* in Corv. et Angll. 3. 4. *Cogere cum parvum matre simul vitulum;* in codd. Mur. Exc. Perr. aliis, *In nemora et pastas inde referre domum;* in Par. Reg. Guelf. 3. Statianis, Beroll. 1. 3. 4. et Berol. 2. a marg. *Creditur ad mulctram constituisse prius;* pro *prius* in Par. et uno Palat. legitur *pecus.* Tertium et quartum exhibent omnes Beroll. 'In ultimo *mixtus,* vel *mistus,* Mur. emendabat *mistis;* alius V. D. *mustis:* at Auratus (J. D'Orat,) *e mistis* inde faciebat. Vide Dous. Præcid. c. 6. Quatuor hos versus, ut

NOTÆ

Regis Thessaliæ greges, ob interfectos Cyclopas, qui Jovi fulmina ministraverunt ad internecionem Æsculapii. Sed noster Tibullus Rhiani, antiqui Poëtæ Græci, et Callimachi sententiam sequitur, qui tradunt Apollinem Admeto sponte sua serviisse ipsius amore captum. Hac de re etiam lib. III. Eleg. 4. Apollinem ipsum hæc referentem inducit Tibullus: 'Me quondam Admeti niveas pavisse juvencas Non est in vanum fabula ficta jocum. Tunc ego nec cithara poteram gaudere sonora, Nec similes chordis reddere voce sonos.' Admetus porro fuit Pherecii filius, Thessaliæ Rex, quem Apollinem tantopere adamasse tradunt, ut ipsi libere novem annos in pascendis armentis servierit, ipsique cum annos fatales explevisset, a Parcis obtinuerit, ut ejus morti mora aliqua produceretur, modo quis reperiretur, qui pro eo mori vellet. Sed cum neque ejus pater grandis natu, neque mater ejus ætate confecta, neque ullus amicorum vellet pro eo vitam profundere, sola ejus uxor Alcestis reperta est, quæ ea fuit in conjugem caritate et fide, ut se sponte pro eo ad mortem obtulerit. Hæc autem uxor Admeto Apollinis beneficio obtigerat.

13 *Curas sanare salubribus herbis*] Apud Ovidium Medicinæ inventionem sibi vindicat Apollo; 'Inventum Medicina meum est.' Sed ut idem ait Ovidius alio loco concinens nostro Tibullo, quem passim ubique imitatur: 'Nullis amor est medicabilis herbis.' Idem sentit Propert. lib. II. Eleg. 4. 'Non hic herba valet, non hic nocturna Cytæis, Non per Medeæ gramina cocta manus.' *Curas* porro vocat Tibullus amores solicitos, qui medelas omnes vicerant: nec proderant domino, 'quæ prosunt omnibus artes.'

Tunc fiscella levi detexta est vimine junci,
  Raraque per nexus est via facta sero.
O quoties, illo vitulum gestante per agros,
  Dicitur occurrens erubuisse soror. 20

*scientiæ medicinalis superaverat.***Tunc quasilli e mollibus scirpi virgultis confecti sunt, et rari meatus facti sunt sero per vincturas. O quam sæpe soror ejus ipsi per campos obvia pudore suffusa traditur, ipso portante vitulum! Quam frequenter*

barbaros et spurios primus ejecit Scal. cum in Ald. 2. et a Mur. tantum de pentametro, *Et potum, &c.* monitum esset, eum pro spurio haberi. Et in libris vacare ejus locum, notatum video a V. D. ad marg. ed. Vicent. quam in manibus habeo. Ab eadem manu novam Pontani interpolationem ascriptam video,

Ipse deus solitus stabulis expellere vaccas,
  In nemora, et pastas inde referre domum.
Ipse et spumanti fertur mulctralia succo
  Implesse expressis primus ab abietibus.
Et miscere, &c.

Ultima non satis intelligo: forte voluit mulctralia abiegna; excisis ab abietibus: nisi corrupta ea sunt; idque ipsa res probat: nam in Guelf. 2. hæc ipsa interpolatio occurrit; prior pentameter, *In nemus et pastas inde referre domum*, in ipso carmine; reliqui duo versus in margine; omnes ita, ut serius accessisse intelligas. Ultimus versus est, *Implesse expressis fertur ab uberibus.* Mihi videtur primus, *Ipse deus solitus stabulis expellere vaccas*, antiquior et ab ipsa Tibulli manu esse, sed, minor versus, cum ille excidisset, ab aliis aliter suppletas esse; et libidine latius grassante, cum quis duo pentametros in suo libro haberet, alius hexameter, atque adeo aliud etiam distichon adjectum esse.' *Heyn.* Berol. 1. quartum versum sic exhibet a m. sec. *Quo fertur mixtus obriguisse liquor.* 'Ex his igitur versibus, non nisi unus, fons et origo malorum, Tibulli videtur, is qui in cod. Lips. sic legitur, *Ipse deus solitus stalibus expellere vaccas.*' Huschk.—17 *Tunc fixella* codd. Par. et Lips. *Tum* H. Voss. invitis codd. *fistella* Berol. 3. *levis* Berol. 1. *levi obtestata* Berol. 2. *texta est de* unus Broukh. et Guelf. 4. a marg.—19 *Ah* Broukh. 2. 3. Venett. 1487. 1491. 1493. Aldd. Colin. Gryph. et Plant. *O quoties*, vel *O quotiens*, omnes Beroll. Guelff. Witt. Statt. et Palatt. Broukh. 1. Laud. Exc. Pocc. Angll. 2. 3. 4. 5. Vat. 2. edd. pr. maj. min. Bartol. Venet. 2. et Rheg. —20 Guarn. *occumbens;* Berol. 3. *rubuisse;* Guelf. 4. *erubuisse caput.*—21 Cod.

NOTÆ

17 *Fiscella*] Vas est vimineum aut junceum, a fiscina diminutivum; ad varios usus, ut fructus recentes ferendos, ad transmittendum serum, dum lac exprimitur, ad capistranda boum aut jumentorum ora, ne tenera germina præcerpant. Dicitur 'fiscella,' 'fiscellum,' et 'fiscellus.'

18 *Raraque per nexus*] Hoc fit, ut lac purificatum defluat. Serum est lactis aqua, dum id premitur in caseum. Iisdem fere verbis cum Tibullo Ovidius Fast. IV. 'Dentque viam liquido vimina rara sero.'

19 *Illo vitulum gestante*] De portandis fœtis ovibus, agnisque recenter editis luculenter Calphurnius Eclog. I. 'Si qua jacebit ovis partu resoluta recenti, Hanc humeris portare tuis, natosque tepenti Ferre sinu tremulos, et nondum stare paratos.'

20 *Soror*] Diana nempe, quæ ex Latona cum Apolline nata est.

O quoties ausæ, caneret dum valle sub alta,
  Rumpere mugitu carmina docta boves.
Sæpe duces trepidis petiere oracula rebus,
  Venit et e templis irrita turba domum.
Sæpe horrere sacros doluit Latona capillos, 25
  Quos admirata est ipsa noverca prius.
Quisquis inornatumque caput, crinesque solutos
  Aspiceret, Phœbi quæreret ille comam.
Delos ubi nunc, Phœbe, tua est? ubi Delphica Pytho?
  Nempe amor in parva te jubet esse casa. 30
Felices olim, Veneri cum fertur aperte
  Servire æternos non puduisse Deos.

boves ausæ sunt suo boatu interturbare eruditos cantus, cum in profunda valle cantaret! Frequenter Principes quæsierunt responsa incertis rebus, et vana multitudo e Fanis in ædes rediit. Frequenter Latona ægre tulit divinas filii *comas squalere, quas antea demirata est ipsa noverca. Quicumque intueretur caput incultum, et capillos fluxos, iste Apollinis desideraret capillos. O Apollo, ubi jam est tua Delos? Ubinam* est *Pytho Delphica? Scilicet Cupido te cogit versari in tenui tugurio. O beatos alias! cum aiunt Cœlites immortales non erubuisse palam Veneri famulari.*

Lips. *O quoties visæ:* Witt. 1. *quom,* quod reposuit H. Vossius; Colb. Angl. 2. Berol. 2. et duo alii, cum ed. pr. min. *cum,* probante Heyn. Oudend. ad Frontin. I. 5. 2. ferendum *dum* esse putabat, si esset 'quam diu.'—23 Cod. Lips. *tepidis.*—24 Par. Reg. Corv. Witt. 1. 2. Broukh. 1. 2. 3. Ask. alius recentior ap. Santen. Beroll. 1. 2. 4. edd. pr. maj. min. Bartol. Venet. 2. Rheg. Vicent. Lips. Aldd. Mur. Stat. et Plant. *a templis;* Berol. 3. cod. Lips. et Dat. *ad templis;* Brix. Venett. 1487. 1491. 1493. *e templis;* Burm. P. conj. *at e templis.*—25 *Sæpe orrere* Par.—27 *Si quis* unus Stat. *crinemque solutum* Hamb. —28 Guelf. 1. et Rom. *ipse.*—29 Cod. Lips. Par. omnes Beroll. et ed. pr. min. *phito;* Reg. Corv. edd. Rom. et Lips. *Phiton;* ed. pr. maj. Vicent. Rheg. et Venett. 1487. 1491. 1493. *phyton.*—30 Berol. 1. *in patria.*—31 In eodem, *veneris:* Voss. 1. *tum;* Witt. 2. *quom:* unus Broukh. *apertæ,* quod ille præferendum censebat. Hic versus sic extat in cod. Lips. *Felices dum veneri cum fertur aperte.*—32 Colb. *æthereos.*—33 Cod. Lips. *sed cui sua cura puellæ est;* ed.

NOTÆ

23 *Petiere oracula*] Oraculum Apollinis cum Admeto serviret plures consulebant, qui nullum responsum referebant; quod nimirum aliis rebus esset occupatus, nec consulentibus posset vacare, et Amoribus operam dare.

26 *Ipsa noverca*] Juno nempe Jovis uxor. Mire pulchros fuisse probat capillos, quos Dea etiam inimica fuerat admirata. Fuit autem Apollo filius Jovis ex Latona: unde noverca dicitur Apollinis.

29 *Delos ubi nunc, Phœbe*] Delos est Insula in mari Ægæo, una ex Cycladibus, in qua Latona dicitur Apollinem et Dianam uno partu edidisse.

Ubi Delphica Pytho] Omnes propemodum Auctores, maxime vero Poëtarum Interpretes, Pythonem urbem eandem cum Delphis faciunt; urbs tamen est Phocidis Parnasso monti adjacens, Delphis vicina, quæ Apol-

Fabula nunc ille est; sed cui sua cura puella est,
Fabula sit, mavult, quam sine amore Deus.
At tu, quisquis is es, cui tristi fronte Cupido 35
Imperitat, nostra sint tua castra domo.
Ferrea non Venerem, sed prædam, sæcula laudant;
Præda tamen multis est operata malis.

Is Deus *jam ludibrium est; attamen cui studio amica sua est, mavult, ut sit* jocus et *fabula, quam Deus absque amore. Tu vero, o quicumque ille es, cui Amor gravi supercilio dominatur,* fac, *ut militia tua sit in contubernio nostro. Ferrea ætas non amorem probat, sed prædam; nihilominus rapina functa est innumeris incommodis.*

pr. maj. Venet. 2. Vicent. et Rheg. *sed cui nunc cura puellæ est;* et sic Guelf. 1. 4. Rom. Lips. et Venett. 1491. 1493. sed omisso *est;* Thuan. et Goth. cum Voss. Bauer. et Bach, *si cui cura puellæ;* Guy. et Broukh. conj. *cui sua cara puella est;* marg. Scal. 1. ap. editorem antiqua manu habet etiam *cara:* nostram lect. servant Par. ed. pr. min. Bartol. Scal. aliæ.—34 Cum hoc versu in ed. Voss. connectitur posterior pars Elegiæ 63—82. reliqui versus 35—62 separatim positi sunt, tanquam integra et absoluta Elegia. ‘ Sequitur haud dubie fragmentum alterius Carminis usque ad vs. 60. Scaliger rejecit infra in Eleg. VI. post vs. 14. et continuat Elegiam hanc vs. 63.’ *Heyn.* ‘ Series Carminis (nam posse hæc inter se conciliari, quis præfracte neget?) pendet a *cura puellæ*, vs. 33. quæ a divite prædatore, quem detestatur Tibullus proximis versibus, 35-62. abduci se passa erat ab urbe vs. 63. in rura et villas vs. 1. Nam nisi una cum prædatore illo, quem dicit vs. 43. ruri degisset Nemesis, quid impediebat Tibullum, quo minus eam sequeretur, et cum ea viveret? Enimvero puellam ibi reperisset clausam domo prædatoris vs. 75-80. Hinc illæ lacrymæ! Tamen vel sic, inquit, eo properabo, ne servilem quidem denegaturus conditionem. Nam si non tangendi, at erit saltem copia videndi vs. 79. Ducite igitur ‘ ad imperium dominæ sulcabimus agros.’ *Huschk.*—35 In Reg. *tu*, in cod. Lips. *is* omissum est: *est cui* Par. ed. pr. maj. Vincent. *es cui* ed. pr. min. Bartol. Rheg. et Venett. 1487. 1491. 1493. *est tristi cui* Reg. cum quibusdam aliis *es tristi cui* Beroll. 1. 3. Monac. et Voss. 4. quod reposuerunt H. Voss. et Bauer. *tristi qui* Dat.—36 *Imperat ut* omnes Beroll. Exc. Lips. Palatt. Witt. 1. 2. Broukh. 2. 3. Colb. Scal. rec. Guelf. 2. Par. Corv. edd. pr. maj. min. Bartol. Venet. 2. Rheg. Vicent. Lips. Aldd. cum aliis; *Imperat at* Rom. *Imperat in* unus Stat. Angl. 2. Vat. 1. et Guelf. 3. quod Broukh. placebat; *Imperat et* Broukh. 1. ‘ quæ meræ sunt aberrationes ex *Imperitat*, quod Mur. reduxit.’ *Heyn.*—37 *Ferrea non pacem* Scal. rec. et vet. *narrant* Goth.—38 Unus Stat. Broukh. 1. Vat. 1. et Guelf. 2. *adoperta*, quod Dousa probat, sed improbant Heyn. et Huschk. *operata* testantur Witt. 1. 2. Broukh.

NOTÆ

lini sacra fuisse memoratur, quod ibi Pythonem serpentem interemerit. Vide Hom. Il. B. et Eustath. ibidem.

33 *Fabula nunc ille est*] In omnium ore ac sermonibus versatur. Horat. Epod. 11. ‘ Heu me, per urbem, nam pudet tanti mali, Fabula quanta fui!’ Hujus porro loci sensus est: Non homines modo quondam, sed ipsi quoque Dii aperte Veneri serviebant, nec cuiquam amare pudor erat; nunc qui colit Amorem, vulgi fabula est. At quem puellæ suæ amor ad ossa tetigit, mavult amare, et a vulgo contemni, quam sine amore Deus esse.

38 *Est operata*] Quidam habent, *est adoperta*, ut sensus sit: Præda multorum est causa malorum.

Præda feras acies cinxit discordibus armis ;
  Hinc cruor, hinc cædes, mors propiorque venit. 40
Præda vago jussit geminare pericula ponto,
  Bellica cum dubiis rostra dedit ratibus.
Prædator cupit immensos obsidere campos,
  Ut multo innumeram jugere pascat ovem ;
Cui lapis externus curæ est ; urbique tumultus, 45
  Portatur validis mille columna jugis ;

Præda circumfudit crudeles exercitus dissentientibus armis. Inde cruor, et occisio, et letum vicinius oritur. Præda impulit duplicare discrimina mari incerto, quando rostra militaria tribuit navibus periclitantibus. Prædo optat sibi *objici vastos agros, ut depascat infinito pecore arva lata. Cui peregrinum saxum studio est, et perturbatione civitatis advehitur* una *columna mille robustis paribus boum; et*

2. 3. Scal. rec. et Angll. 3. 4. 5.—39 Vat. Ursini, tres Voss. et ed. Mur. *cingit;* unus Stat. *tinxit;* Witt. 2. *finxit;* Colb. *acuit;* alter Voss. *auxit;* Witt. 1. Broukh. 1. 2. 3. Angll. 3. 4. alii *cinxit:* Witt. 2. Reg. Corv. Beroll. 1. 3. Laud. et Angll. *crudelibus;* cod. Lips. *cinxit p̄cordibus.*—40 *Hinc furor* Broukh. 2. 3. Witt. 2. Beroll. 1. 4. Berol. 2. a marg. et Reg. quod reposuerat Broukh. *Hinc amor* Exc. Pocc. ed. pr. maj. Venet. 2. Rheg. Vicent. et Lips. *Hinc cruor* Beroll. 2. 3. ed. pr. min. Bartol. et Venett. 1491. 1493. quod revocavit Heyn. *morsque propinqua* Scal. rec. et vet. *propriorque* Beroll. 1. 2. 3.—41 Witt. 2. et Berol. 1. *pericula campo.*—42 In Exc. Scal. hic versus sic legitur, *Cum tribuit dubiæ bellica rostra rati:* Guelf. 4. ed. pr. maj. Venet. 2. Lips. Rheg. Vicent. et Brix. *tum*, quod præferendum videtur Heynio ; ed. pr. min. et Venett. 1491. 1493. *cum:* Angl. 4. *dabit*, vel *dedit:* Witt. 2. et Berol. 1. *manibus.*—43 Beroll. 1. 3. *cæpit* pro *cupit:* Cod. Par. Lips. Scal. rec. Witt. 2. Exc. Pocc. Beroll. 1. 2. 3. Broukh. 2. 3. et Angl. 5. *obsistere*, quod Scal. ex Aldd. reposuerat; *obsidere*, jam Statio probatam, et a Mureto repositam, revocavit Broukh. et hoc servant Berol. 1. Witt. 1. Broukh. 1. Vatt. 1. 2. Corv. Reg. et Guelff. cum Venett. 1487. 1491. 1493. *obsedere* pro v. l. in Broukh. 2. et Berol. 2.—44 *Ut mille innumera jugera p. ove* Exc. Pocc. quod reposuit H. Voss. *Ut multa innumera jugera p. ove* omnes Stat. Beroll. 2. 3. Broukh. 2. 3. Witt. 2. Exc. Perr. Scal. rec. et vet. Dat. Reg. Corv. et Guelf. 3. probante Heins. *Et multa innumera* Berol. 4. et Par. *Ut multam in nostro* ed. pr. min. *jungere* cod. Lips. Ald. 1. *multa innumeras jugera p. oves* in Berol. 1. superscr. *multo* et *jugere:* lect. nostram servant Witt. 1. Broukh. 1. Palatt. ed. pr. maj. Venet. 2. Brix. Rheg. Vicent. et Venett. 1487. 1491. 1493.—45 *Qui*

NOTÆ

40 *Hinc cruor*] Quidam habent, *Hinc furor.*

41 *Geminare pericula*] Geminatur periculum cum pugnatur in mari, cum ipsa per se navigatio periculosa sit.

42 *Rostra dedit ratibus*] Rostrum est pars altior proræ ferrea, a rostri avis similitudine sic dicta. Ratis autem est ipsius navis utrumque latus.

43 *Obsidere* [*obsistere*] Nonnulli legunt, *obsidere ;* nos antiquiorem sequimur lectionem.

44 *Ut multo innumeram jugere pascat ovem* [*multa innumera jugera p. ove*] Alii codices melius habent, *Ut multo innumeram jugere pascat ovem.*

45 *Cui lapis externus curæ est*] Qui

Claudit et indomitum moles mare, lentus ut intra
Negligat hybernas piscis adesse minas.
At tibi læta trahant Samiæ convivia testæ,
Fictaque Cumana lubrica terra rota. 50
Heu, heu, divitibus video gaudere puellas!
Jam veniant prædæ, si Venus optat opes;
Ut mea luxuria Nemesis fluat, utque per urbem
Incedat donis conspicienda meis.

aggeres invictum pelagus coërcent, ut piscis quietus intra adesse contemnat procellas hyemales. Tibi vero, Samia vasa jucundas epulas producant, et argilla fluxa Cumana rota formata. Eheu! sentio fœminas delectari locupletibus amatoribus. *Jam rapinæ subveniant, si Venus requirit divitias: ut Nemesis mea luxu diffluat,*

Dat. et Berol. 3. *Quid* tres Palatt. ed. pr. maj. Venet. 2. et Rheg. *Quin* ex ingenio H. Voss. *æternus* Beroll. 1. 3. Dat. et Scal. rec. *urbisque* cod. Lips. Beroll. 1. 2. 3. Par. Corv. Guelff. 1. 2. 3. 4. Reg. ed. pr. min. Rom. Vicent. Venett. 1487. 1491. 1493. et Ald. 2. *urbique* ed. pr. maj. Venet. 2. et Rheg. *tumultus* Angl. 5. Guelff. 1. 4. omnes Beroll. et Stat. Witt. 2. unus Broukh. Dat. Scal. rec. edd. pr. maj. et min. Venet. 2. Brix. Rheg. Vicent. et Venett. 1487. 1491. 1493. *tumulti* Reg. *tumultu* Corv. Guelff. 2. 3. cod. Lips. et Ald. 2. *tumuln* Par.—46 Ed. Rom. *variis* pro *validis:* Cod. Lips. *mille columna ignes;* omnes omnium libri *mille*, exceptis paucis, in quibus *multa*, quod primus reposuit Aldus: ex hac Aldi lect. *fulta columna* formabat Heins. *colunna* Par. —47 Colb. *montes:* Ed. pr. maj. Venet. 2. Rheg. Vicent. et Lips. *et intra;* Reg. Voss. 4. et ed. pr. min. *ut inter;* Guelf. 3. pro v. l. *intus.*—48 *Negligit* Angll. 3. 4.—49 *At mihi* Exc. Scal. quod refutat Heyn. 'Non male tamen Tibullus paupertatem suam opponeret opulentiæ prædatoris, seseque subito revocaret vs. 51. 52. nec offensioni foret vs. 63. repetita formula *At tibi*, si hoc loco legeretur *At mihi.* Huschk. *At te* unus Broukh. et Berol. 2. *At tibi lenta* ed. pr. maj. et Vicent. *tibi* exhibent etiam Witt. 1. 2. Broukh. 1. 2. Statiani, Par. ed. pr. min. cum aliis: *trahunt* Colb.—51 *Hei mihi* unus Lips. et unus Palat. *dĭvitiis* Vat. 1.—52 Berol. 2. Colb. et unus Broukh. *venient.*— 53 Laud. et Angl. 2. *urbes.*—54 Dat. *inspicienda;* Berol. 1. *conspiciunda venus*

NOTÆ

nempe ad voluptatem struit ædificia, huic lapis exoticus et peregrinus curæ est; nam advehebantur ex Phrygia, Numidia, Paro, et aliis regionibus marmora.

46 *Mille columna jugis*] Columna lapis est oblongus et magnus, qui, ob magnitudinem et gravitatem, advehitur per urbem magno cum tumultu et magno labore plurimorum parium boum.

47 *Claudit et indomitum moles mare*] Excipiuntur magnificis ædificiorum molibus maris inundationes, ut piscium fiat quasi receptaculum, in quo tuti et læti negligant tempestates. Horat. 'Contracta pisces æquora sentiunt, Jactis in altum molibus; huc frequens Cœmenta demittit redemtor, Cum famulis, dominusque terræ Fastidiosus.'

49 *Samiæ convivia testæ*] Samos insula est maris Ægæi, quæ vasis olim fictilibus egregie fabricatis insignis fuit.

50 *Fictaque Cumana lubrica terra rota*] Eadem, qua Samos insula, laude floruerunt Cumæ civitas Campaniæ;

Illa gerat vestes tenues, quas fœmina Coa 55
  Texuit, auratas disposuitque vias.
Illi sint comites fusci, quos India torret,
  Solis et admotis inficit ignis equis.
Illi selectos certent præbere colores,
  Africa puniceum, purpureumque Tyros. 60
Nota loquor; regnum ipse tenet, quem sæpe coëgit
  Barbara gypsatos ferre catasta pedes.—

et in publicum prodeat spectanda muneribus meis; ut ipsa gestet subtilia et levia *indumenta, quæ Coa mulier texuit, et* in quibus *aureum iter descripsit. Isti sint asseclæ atri, quos urit India, et Solis ardor equis appositis infuscat. Ipsi colores exquisitos dare contendant, puniceum Africa, et Tyrus purpureum.* Omnibus *explorata dico: ipse principatum obtinet, quem catasta peregrina frequenter compulit*

meis.—55 *Illa gerit* Beroll. 1. 3. 4. Witt. 2. unus Broukh. Dat. Angl. 4. Corv. Reg. Guelff. Par. edd. pr. maj. min. Venet. 2. Brix. Rheg. Vicent. Lips. et Rom. *geret* Berol. 2. *Choa* Angll. 3. 5. Par. edd. pr. maj. min. et Venet. 2. *Thoa* Angl. 4. *Cea* unus Broukh. *Cæa* Vicent. quod Mur. adeo defendebat, et in sua recensione recepit.—56 'Ayrman. in Vita Tibull. §. 14. legebat *auratis d. viis;* sed sic deberet *distinxit, discrevit,* vel simile verbum esse.' *Heyn. vias* in *vices* mutavit Burm.—57 *Illi sunt* Angl. 5. et ed. Rom. *fusi* Angl. 5. edd. pr. maj. min. Venet. 2. et Rheg. *fuscæ quas* Guelf. ex emendatione: *semita torret* Vat. 4. et Colot. *terret* Berol. 4.—58 Unus Broukh. *aquis.*—59 Broukh. 2. 3. Dat. Beroll. 2. 3. Venet. 2. et Rheg. *se lectos:* Berol. 4. *cernent.* —60 *Affrica* Par. *Aphrica* ed. pr. maj. *puniceos* Beroll. 1. 3. suprascr. syll. *um* in Berol. 1.—61 Berol. 4. *regum:* Colb. Exc. Lips. Guelf. 3. Dat. et Berol. 1. *ipsa;* Guelf. 3. *quoi* pro *quem;* unus Stat. *quam;* ed. pr. maj. Rheg. et Lips. *qui;* Par. Exc. Lips. Witt. 2. Scal. rec. Angl. 5. et ed. pr. min. *quæ;* unus Broukh. *quia;* cod. Lips. alius Stat. unus Broukh. Witt. 1. Exc. Perr. Vatt. 1. 2. Vicent. et Venett. 1487. 1491. 1493. *quem;* Berol. 4. *qua.*—62 Reg. Corv. Exc. Lips. cod. Lips. et Mattii liber ap. Broukh. *luxatos;* Colot. *lapsatos;* Angll. 3. 4. *lupsatos;* Witt. 2. exc. Scal. et Berol. 1. *bissatos;* Angl. 5. *gypsatos,* vel *luxatos;* Par. et ed. pr. maj. *gipsatos;* Beroll. 2. 3. 4. edd. Rom. et Lips. *gypsatos:* Berol. 1. *carastra,* et a marg. *catasta;* Berol. 2. *catastra.*—

NOTÆ

unde Cumani calices, de quibus Varro apud Nonium in verbo 'Obba.'

55 *Fœmina Coa*] Cos est insula maris Ægæi, quæ arte lanificii ita claruit, ut κατ' ἐξοχὴν quasi subtili et artificioso opere textus amictus 'Cous' dicatur.

56 *Auratas disposuitque vias*] Hoc est, fila aurea cum tela subtili intexuit: unde auro chlamys intertexta dicitur.

57 *Quos India torret*] India regio est Asiæ vastissima, ad Solis ortum posita, quæ perpetuo calore torretur, utpote quæ ad Solem proxime accedit.

60 *Africa puniceum, purpureumque Tyros*] Duplicem purpuræ colorem tangit; puniceum enim quasi violaceum Africa procreat; purpureum quasi rubeum Tyrus Phœniciæ in Syria civitas præbet, ubi omnium optima purpura.

62 *Gypsatos ferre catasta pedes*] Venalium servorum pedes Antiqui creta vel gypso denotabant, eratque hoc

At tibi, dura Ceres, Nemesin quæ abducis ab urbe,
  Persolvat nulla semina terra fide.
Et tu, Bacche tener, jucundæ consitor uvæ, 65
  Tu quoque devotos, Bacche, relinque lacus.
Haud impune licet formosas tristibus agris
  Abdere : non tanti sunt tua musta, pater.
O valeant fruges, ne sint modo rure puellæ ;
  Glans alat, et prisco more bibantur aquæ. 70

gerere pedes cretatos. Tibi vero, o *messis aspera, quæ Nemesin a civitate removes, humus nulla fide reddat semina. Tuque,* o *mollis Bacche, dulcium racemorum sator, tu etiam,* o *Bacche, dedicatos lacus desere. Nefas est impune pulchras* puellas *abscondere in agris inamœnis.* O *pater* Bacche, *non tanti sunt vina tua. O segetes pereant! dummodo puellæ non remaneant in agris. Glans,* ut olim, *nutriat* homines, *et veteri ritu* pura *potetur aqua. Glans nutrivit Antiquos, et ubique*

63 ' Iterum hic ad argumentum prioris carminis redit Poëta, potestque adeo illi subtexi, ut Scal. fecit : cui hi versus sunt 33. et sic porro : subjecti illis, *Fabula nunc ille est.*' Heyn. Vide ad initium hujus Eleg. item ad vs. 34. *A tibi* Hamb. *Ceres* ex emend. Heinsii recepit Broukh. vulgo ubique legitur *seges ;* Statiani, Witt. 2. Broukh. 1. 2. 3. Venett. et fere omnes exhibent *Nemesim ;* Scal. dedit *Nemesin,* eumque secutus est Broukh. *qui abducis* omnes Stat. Witt. 1. 2. Broukh. 2. 3. Beroll. 1. 2. 3. 4. Laud. Exc. Pocc. Dat. Vat. 2. ed. pr. maj. Venet. 2. Vicent. Lips. et Rheg. in qua deest *tibi ;* Par. *Nemesis qui abducit ;* cod. Lips. *Nemesin q̃ ducis ;* unde alii fecerunt *quia ducis,* ut est in Guelff. 1. 4. Brix. Rom. et Venett. 1487. 1491. 1493. *quæ abducit* unus Broukh. *quæ ducis* Aldd. et Exc. Scal. *quæ abducis* Scal. quod firmant Guelff. 2. 3. Exc. Perr. Colot. et Vat. 1. *abducis abunde* Angl. 4.—64 Pro *terra* in nonnullis *certa.*—65 *Et tibi Bacche* Guelff. 1. 4. et Rom. *At tu* Colb. et Brix. ille etiam cum uno Broukh. et Berol. 2. *conditor* pro *consitor :* ed. pr. min. *Tu tibi bache t. jocundæ consitor uvæ.*—66 *Tu quoque devotis* Reg. *Phœbe* Dat. et Beroll. 1. 3. *focus* Exc. Lips.—68 *Addere* in cod. Lips. Berol. 4. uno Broukh. et Brix. ' hinc formatus est versus spurius, qui legitur infra vs. 77.' *Huschk.* Guelf. 2. non tanti sint ; Guelf. 3. pro v. l. *tua dona.*—69 ' Vim addes si interpunxeris,

NOTÆ

insigne venalitiis gregibus, ut cretatis seu gypsatis pedibus venirent. Ovid. Amor. lib. 1. Eleg. 8. ' Nec tu si quis erit capitis mercede redemtus, Despice gypsati nomen inane pedis.' Juvenal. Sat. 1. ' Nuper in hanc urbem pedibus qui venerat albis.'

Catasta] Pegma quoddam ligneum, Scaliger vult etiam aliquando fuisse ferreum, in quo venales exponebantur servi, ut eorum possent omnia membra inspici. Aliis, catasta locus est, in quo iidem venales servi servabantur. Martialis in Mamurram : ' Sed quos arcanæ servant tabulata catastæ, Et quos non populus, nec mea turba videt.' In Martyrologiis autem et Historiis Sanctorum catasta sumitur pro equuleo, atque etiam pro quovis pegmate ligneo, cui imponi solebant qui variis suppliciis afficiebantur.

63 *Nemesin quæ abducis*] Nemesis nomen est amicæ, cujus absentiam ab urbe dolet Poëta omnium elegantissimus.

66 *Devotos, Bacche, relinque lacus*]

Glans aluit veteres, et passim semper amarunt;
  Quid nocuit sulcos non habuisse satos?
Tum, quibus aspirabat Amor, præbebat aperte
  Mitis in umbrosa gaudia valle Venus.
Nullus erat custos, nulla exclusura dolentes 75
  Janua. Si fas est, Mos, precor, ille redi.

* * * *

Horrida villosa corpora veste tegant.

perpetuo amaverunt. Quid illis fuit incommodi nondum possedisse agros consitos? Tunc Venus benigna palam ministrabat in opaca valle delicias iis, *quibus favebat Amor. Nullus erat excubitor, nullæ fores prohibituræ erant cupientes* intrare. *Ah! si liceat, revertere, quæso, ista consuetudo. Ah! facessat industria, et delicatæ leges mei exornandi; squalidum corpus velabo hirsuto indumento. Jam si mea*

O valeant fruges! ne sint modo rure puellæ, Glans alat.' Heyn. *modo ne sint* Witt. 1.—71 Guelff. 1. 4. Rom. et Brix. *ut p. s. amarent.*—72 *Quis docuit, sulcos nos habuisse satos?* in uno Stat. improbante Heyn.—73 *Tunc* Reg. Beroll. 1. 3. 4. Witt. 1. 2. Dat. Angll. 2. 3. et Par. *aspirat amor* Berol. 3. *aperta* Colb.—74 Angll. 3. 4. et Corv. *nocte;* Bern. *nemus* pro Venus.—75 Omnia ab hoc versu usque ad Carminis finem desunt in Voss. 1. *exiussura* ed. pr. min. 'Ait Broukh. in nonnullis esse *dolentes:* immo vero nullum librum scriptum vel excusum vidi et audivi, qui aliter legeret; nec in alia præterquam in Scaligeriana, exaratum est *volentes;* nec vero satis sedulo curata est ea editio, ut adeo omnino dubitem in ullo libro ita legi.' *Heyn. volentes* certe extat in tribus Vossianis; et forsan sic legendum est ap. Broukh.—77 Hexametro illi, quem Heyn. ejecit,

Ah! pereant artes, et mollia jura colendi;

ut est in Corv. Guelff. 1. 3. Monac. Voss. 5. Beroll. 1. 3. 4. et Berol. 2. ab s. m. (Par. edd. Rom. et Venett. 1487. 1491. 1493. *rura* pro *jura* exhibent; ed. pr. min. *crura,*) alii libri substituunt hunc,

O utinam veteri peragrantes more puellæ.

Alii multi, ut Guelf. 3. utrumque deinceps habent. In Guarn. Exc. Lips. Guelf. 4. Zwic. 1. ed. pr. maj. Lips. et Rheg. omissus est uterque hexameter, legiturque eorum loco hic,

Mos precor ille redi, patientur rursus ut olim
Horrida villosa corpora veste tegant;

et sic Berol. 4. a marg. nisi quod pro *Mos* habet *Mox:* Guarn. exhibet *patienter,* Exc. Lips. *patientes.* 'Hæc diversitas suspicionem injicere poterat,

NOTÆ

Consecratos, dedicatos: *lacus* hoc in loco est vas aliquod amplum, in quod influit mustum expressum, dum defluit e torculari.

71 *Passim semper amarunt*] Promiscue, ac sine invidia, et ubique, sine ullo discrimine. Significat Tibullus Antiquos illos ætati Saturniæ suppares gaudia inter se communia, et amores sine rivalitate aut æmulatione exercuisse.

77 *Jura colendi*] Verbum 'colere,' circa curam vestimentorum frequens est. Juvenal. 'vel Thaida nullo Cultam palliolo.' Martial. 'Nec sic in Tyria sindone cultus eris.' Ovid. 'Cui color infelix? aut cui placuisse laborem? Ille mei cultus unicus auctor abest.'

Nunc si clausa mea est, si copia rara videndi,
Heu miserum, laxam quid juvat esse togam? 80
Ducite! ad imperium dominæ sulcabimus agros,
Non ego me vinclis verberibusque nego.

amica *obserata est, si nulla potestas est intuendi; heu* me *infelicem! quid prodest vestem fluxam esse? Abducite me, ad jussa dominæ proscindemus terram: non ego me subtraho compedibus et flogris.*

verum hexametrum excidisse, et ejus loco illos tres importune inculcatos esse.' *Heyn.* Rursus in cod. Lips. Berol. 2. et quibusdam aliis extremo isti hexametro substitutus legitur hic,

Detur ut accedam dominæ pro velle loquarque,

sive *per velle*, ut in nonnullis. Extiterunt etiam, qui novam lacunam nova interpolatione explerent,

Ah pereant artes et mollia jura colendi,
Abditur in solis si qua puella locis:
O utinam veteri peragrantes more puellæ
Horrida villosa, &c.

Hos quatuor versus ita descriptos habent ed. min. Bartol. et Vicent. nisi quod ed. min. ut supra dictum est, *crura* pro *jura* exhibet, et Vicent. *Ha* pro *Ah.* Tandem in marg. Vicent. quæ servatur in Bibliotheca Gotting. vir quidam doctus versum descripsit sub Pontani nomine, quem in ipsum contextum invexit librarius Guelf. 2. ' Hujus igitur versus auctorem manifestum habemus. At nec illi incogniti sunt, qui priores istos confinxerunt, *Ah pereant artes, &c.* et, *O utinam veteri, &c.* Nam in Reg. priori ascripta est nota, ' Seneca supplevit sic,' (etiam in Par. ' Seneca supplevit,) posteriori, (qui in Par. non comparet,) ' Philelphus vero sic.' Quo igitur jure Tibullo obtrudi possit Senecæ versus, præsertim tam misere consarcinatus, ut sorex etiam sine ista Reg. adde etiam Par. nota suo ipsius se indicio prodidisset? Deinde et Scaliger offendit et Heinsius in mira illa locutione, *mollia jura colendi.* Nam hic malebat *mollia rura colenti;* ille *mollis cura colendi*, in mente, nisi fallor, habens famosum versum Hesiodi Ἔργ. 66. (Ruhnk. Ep. Crit. I. p. 81.) Καὶ πόθον ἀργαλέον, καὶ γυιοκόρους μελεδῶνας. Sed nec hæc *cura colendi* versum reddit comptiorem, nec illa *mollia rura* ei detrahunt tanquam villosam horroris vestem. Propert. IV. 11. 18. ' Det pater hic umbræ mollia jura meæ.' *Huschk.* ' Ceterum duo hæc disticha a Scaligero in lib. I. El. 8. post vs. 66. rejecti fuerant. Versus 79. 80. alienos a me haberi jam professus sum. Saltem prior, *Nunc si causa mea est, &c.* a mala manu venit.' *Heyn.*— 78 Beroll. 1. 2. *vilosa:* Scal. inventum *tegam*, quod exhibent unus Broukh. Berol. 2. (Berol. 1. a marg.) et Goth. cum Broukh. Par. 1723. et H. Voss. recepit Bach, probante Huschk. *tegar* malebat Burm. II.—79 ' In his mendum latere ratus Scal. substituit, *Nunc si clausa mea est, si copia nulla videndi*, quod Heynius etiam in tali sententia requirit, ego non requiro. Nam si nulla copia videndi puellam supererat, cur tandem rus ire, vel ' duci' vs. 81. volebat amator eo, quo commigraverat puella?' Nempe propterea hoc volebat, ut saltem haberet copiam, quamvis raram, videndi puellam in villa quadam latentem. Sed Heynius porro utrumque versum, certe priorem, a mala manu venisse censet. Ego, si alteruter ejiciendus sit, cur posteriorem potius, quam priorem ejiciendum censeam, cum aliæ me movent causæ, tum quod auctor hoc loco ob oculos habuisse videtur Terentium Eun. IV. 2. 8. Ibi Phædria, qui rus abierat, puella in urbe relicta, mox rediens in scenam, quid secum interea cogitaverit, narrat.' *Huschk.*—80 *Heu! misero*, præeunte Stat. probante Heins. dederunt H. Voss. et Bauer. *Eu miserum lapsam* cod. Lips. *lapsam* habent etiam Eborac. Ask. et Beroll. 1. 3. *Heu miseram laxam* Berol. 4. et Stat. Heinsii emend. *in laxaq. l. e. toga* inculcaverat Broukh. servavit Heyn.

Ceteri omnes et scripti et impressi in *laxam g. l. e. togam* consentiunt. 'Vidi ipse librum scriptum *in laxa....toga* exhibentem. Sed sive hoc modo legeris sive illo, habebis semper versum dignum, qui adjungatur superiori illi: *Ah pereant artes et mollia jura colendi! Me miserum laxam quid juvat esse togam?'* Huschk.—81 Voss. 1. *et imperium;* Goth. *et imperio:* in textum hoc importavit H. Voss. 'De veritate hujus lectionis admodum dubito. Num fortasse locutio, *ad imperium* librarios fefellit?' *Bach.*—82 Berol. 1. Goth. Voss. 4. Ask. ed. pr. min. et Bartol. *negem,* quod reposuerunt H. Voss. et Bach. 'Ceterum extremo hoc loco ut dicam, quod sentio, nullus versus deesse, sed unus superesse videtur. Duo ejusdem sunt argumenti vs. 78. et vs. 80. Hoc ejecto oratio bene sic procederet:

Nullus erat custos, nulla exclusura dolentes
Janua. Si fas est, mos, precor, ille redi.
Nunc si clausa mea est, si copia rara videndi,
Horrida villosa corpora veste tegam.
Ducite! &c.

Hæc probabilis videbitur conjectura, etiamsi retineatur vulgata lectio, *si copia rara videndi;* cui substituere possis, *sit copia rara videndi;* pro *modo sit, si sit*; quæ particula sæpe omittitur. Virg. Æn. vi. 31. Priscian. p. 1145. Terent. Heaut. iii. 1. 78. Horat. i. Epist. 16. 54. *Huschk.*

NOTÆ

81 *Ad imperium dominæ*] Alias servi in compedibus rusticum opus faciebant: unde illa apud Plinium querela de imminuta agriculturæ dignitate lib. xviii. cap. 3. 'At nunc,' inquit, 'eadem illa vincti pedes, damnatæ manus, inscripti vultus exercent.' At primis temporibus Reipublicæ Romanæ ipsorum manibus Imperatorum colebantur agri, gaudente terra, vomere laureato, et triumphali aratore. Per *vincla* igitur intelligit compedes, quas non detrectat, modo ad amicam ipsi pateat accessus; quod ipsum jam supra significavit lib. i. 'Non sæva recuso Verbera, detrecto non ego vincla pedum.'

ELEGIA IV.

Hic mihi servitium video dominamque paratam.
Jam mihi, Libertas illa paterna, vale.

Nunc sentio mihi servitutem atque heram comparatam esse: vale nunc mihi, o

In ed. pr. min. hæc legitur inscriptio, *Conqueritur de nemesi.* Paulo copiosior est in ed. pr. maj. *Conqueritur de Nemesi quod sit amoris vinculis innodatus.*—1 *Dic mihi* Brix. ed. Lips. et Venet. 2. et Berol. 3. a m. sec. *Sic mihi* Berol. 3. cod. Lips. Par. Reg. Corv. Guelff. 1. 2. 3. Witt. 1. 2. Broukh. 1. 2. 3. Angl. 2. ed. pr. min. Venet. 2. Rheg. aliæ usque ad Scal. *Hic mihi* plur. ap. Stat. sex ap. H. Voss. Berol. 4. a m. sec. et ed. pr. maj. quod reposuit Scal. *videor* Angl. 2. *dominumve* Dat. et Scal. rec. *parari* unus Broukh. et Lips. *peractam* in Angl. 4.—2 Par. *paterve:* Lips. *valle;* ed. pr.

NOTÆ

1 *Hic mihi servitium*] Alii cum vetustioribus codicibus legunt, *Sic.* Hoc autem Carmine Poëta conqueritur de Nemesi sua amica, vehemen-

Servitium sed triste datur, teneorque catenis;
Et nunquam misero vincla remittit Amor.
Et, seu quid merui, seu quid peccavimus, urit. 5
Uror, io! remove, sæva puella, faces.

libertas ista patria. At dura servitus imponitur, constringor vinculis, et Cupido nunquam infelici relaxat catenas: et me excruciat, sive aliquid commerui, sive aliquid deliquimus. Exuror: heu puella dura! ardentes procul *amove tædas* tuas.

min. Bartol. Brix. et Venett. 1487. 1491. 1493. *veni*, quod etiam exhibet Angl. 5. a m. sec. 'Quæ lectio inde orta est, quod, quorsum pronomen *mihi* referrent, dubitabant editores. Nempe hoc pertinet ad verbum *vale*. Propert. III. 21. 15. 'Romanæ turres et vos valeatis, amici, Qualiscumque mihi tuque, puella, vale.' Vel omnis hujus loci distinctio delenda est, vel ea adhibenda, quam apposui, copula, non dixerim, ineleganter inserta.' *Huschk.* —3 Par. et edd. pr. maj. et min. *cathenis*. Sprengel. p. 138. totum h. l. ita corrigere maluit, *Heu! mihi s. v. d. paratum. Jam m.* (*l. i. p. vale*) *Servitium heu! triste datur, &c.*—4 *Ut* Exc. Lips. et Vat. Heins. 1. *remittet* Par. Corv. nonnulli Stat. Witt. 1. Broukh. 2. 3. Beroll. 1. 3. 4. Dat. Scal. rec. Angll. 3. 4. 5. edd. pr. maj. min. Bartol. et Rheg. quod Heyn. falso narrat invexisse Scaligerum; *remittat* Exc. Lips. unus Stat. Colot. et Gryph. 1534. *remittit* testantur Witt. 2. Broukh. 1. Berol. 2. a m. sec. Guelf. 1. Colb. Venet. 2. Rom. Lips. Venett. 1487. 1491. 1493. et Aldd. quod revocavit Vulpius.—5 Nulla in codd. sive in edd. vett. conspicitur discrepantia, præter *Veneri* pro *merui* in Rom. et *uror* pro *urit* in Angl. 5. Rom. Venett. 1487. 1491. 1493. Aldd. Mur. Gryph. et Plant. *urit* enim testantur cod. Lips. Par. Witt. 1. 2. Corv. Dat. Broukh. 1. 2. 3. Laud. omnes Stat. quinque Palatt. Scal. rec. Angll. 2. 3. 4. omnes Beroll. alii ap. H. Voss. edd. pr. maj. min. Bartol. Venet. 2. Vicent. Rheg. et Brix. Ceterum h. l. misere exercuit criticos. Heins. 'merere' et 'peccare' idem esse existimans, emendat, *seu nil peccavimus, urit:* Heyn. *Et seu nil. m. seu quid, &c.* sed postea malebat, *Et seu quid metuit*, scil. Amor; tandem corrigit, *Et sævit Veneris, si quid peccavimus, ira.* 'Vana omnia et a re aliena. Neque vero 'merere' h. l. dictum est in bonam partem, sicut existimat Wunderlich. sed haud dubie in pejorem, idque, quod transcursu recte ponit Vossius, plus est, quam 'peccare.' *Huschk. Heu heu! quid merui, heu* conj. Bach, Goerenzio probatam, ex Vindob. citat Lachm. ad Propert. p. 126. qui ibid. ita scribit, 'Unum Tibulli locum afferre juvat, II. 4. 5. a Bunsenio nostro conjectura palmaria ita restitutum, *Eheu quid merui? heu quid peccavimus? uror, Uror io!' &c.* Sed hanc conj. improbant Bach et Huschk. Ad vulg. vindicandam idem Bach laudat Terent. And. I. 1. 112. 'Quid feci? quid commerui, aut peccavi pater?'—6 Cod. Lips. et ed. pr.

NOTÆ

terque dolet, quod ipsa, pecuniarum pretio devicta, aliis amatoribus succubuerit, quodque ipsam sibi reconciliare non liceat, nisi datis muneribus illos amatores superarit.

2 *Libertas paterna*] Aut quam accepit a patre, aut antiqua et pristina illa, qua nulli unquam serviebat; quasi nequeat ab imperio et servitio sese aspernantis amicæ liberari.

3 *Teneorque catenis*] Cupit ab amore Nemesis solvi, sed ita irretitum se dolet, ut id fieri non possit.

5 *Et, seu quid merui*] Hoc verbum *merui*, raro usurpatur a Tibullo, ut hic et lib. I. Eleg. 5. 'Non ego, si merui, dubitem procumbere templis.' Significat enim, 'si deliqui,' vel, ut Antiquiores loquebantur, 'si commerui culpam,' vel 'noxam,' quod

O ego ne possim tales sentire dolores,
  Quam mallem in gelidis montibus esse lapis,
Stare vel insanis cautes obnoxia ventis,
  Naufraga quam vasti tunderet unda maris! 10
Nunc et amara dies, et noctis amarior umbra est;
  Omnia jam tristi tempora felle madent.

O quam ego optarem fieri cautes in montibus algidis, aut rupes hærere ventis furentibus exposita, quam illiderent procellosi fluctus immensi pelagi. Jam mihi *et lux gravis est, et noctis umbra gravior. Etenim tempus omne* mihi *affluit atra amaritudine; nec* me *juvant Elegiæ, nec Apollo ipse can-*

min. *scæva.*—7 *O ego ut possim* cod. Lips. *possim* etiam habent Par. ed. pr. maj. Vicent. Rheg. et Venet. 2. *possem* Colb. Laud. Dat. aliquot ap. H. Voss. Angl. 2. Beroll. 1. 2. 3. Brix. Rom. et Venett. 1487. 1491. 1493. 1500. *labores* Corv.—8 *Quam malem* ed. pr. min. Nullus liber præpositionem *in* h. l. omisit: at omisit H. Vossius.—9 Berol. 1. *cautex.*—10 Exc. Lips. Par. Guarn. *quam vitrei t. unda:* Berol. 2. *canderet*, et a marg. *tunderet;* in marg. Scal. 1. penes editorem '*tondevet*, vel *conderet* V. C.' Broukh. ex Florent. Thuan. et Colbert. reposuit *ira maris*, quibus accedit Voss. 5. Heynius vulgatam tuetur, quia *unda* melius cautem tundere videatur quam *ira*, inprimis quia pro elegorum humilitate nimis gravis et epica vox sit, 'iram maris naufragam tundere cautes:' sed hanc rationem improbat Huschk.—11 Huic disticho in cod. Lips. præpositum est posterius 13. 14. *Nec prosunt, &c.* Prius *et* deest in ed. pr. maj. et Rheg. *Lux et amara die; sed noctis amarior umbra est* V. D. quidam in Act. Soc. Traj. p. 192.—12 *Omnia nam* Par. Beroll. 1. 2. alii, cum edd. pr. maj. min. Rheg. et vulgg. Huic particulæ, non multum aberat, quin Broukh. emend. suam *nunc* substitueret, repetitione, ut ait, nec insuavi neque apud puras aures insolente, et (quod caput est) sensu rectissimo. Sed addit, 'quanquam mea mihi conjectura nonnihil blanditur, malo tamen priscis libris accedere, ut *jam* legatur.' Nempe sic legitur in Colot. Exc. Lips. Bern. quatuor Voss. et Beroll. 3. 4. *tempore* Beroll. 1. 3. et ed. Lips. ap.

NOTÆ

etiam demonstrat quæ sequuntur, *seu quid peccavimus.*

6 *Io! remove*] *Io* aliquando dolendi particula est, ut hic et apud Ovid. 'Illa quidem clamabat io carissima mater, Auferor.' Interdum exprimit lætitiæ gestientis affectum. Ovid. de Art. Am. II. 'Dicite io Pæan; et io bis dicite Pæan.'

Faces] Perpetuo, passim, et ubique queruntur amantes ardere sese, et amoris ignibus et amicæ flammis devorari.

8 *Gelidis montibus*] Excelsi montes aut ventis et fulmine semper afflantur, aut gelu rigescunt et nivibus.

11 *Noctis amarior umbra*] *Noctis umbra* dicitur, pro, 'nox umbrosa,' ut Juvenal. dixit: 'Crispini jucunda senectus.'

12 *Tempora felle madent*] 'Madere' significat hic, 'plenum esse,' translatione sumta ab ebriis et saburratis probe, et iis qui suum abdomen vino complerunt madefeceruntque. Unde apud Plautum 'madidi' dicuntur 'ebrii.' Significat Poëta se vehementer angi amore suo. Plautus in Cistell. 'Namque Ecastor Amor, et melle et felle fœcundissimus, dulcem gustum dat aliquando, sed amarum ad satietatem usque congerit.'

Nec prosunt elegi, nec carminis auctor, Apollo;
  Illa cava pretium flagitat usque manu.
Ite procul, Musæ, si nil prodestis amanti; 15
  Non ego vos, ut sint bella canenda, colo:
Nec refero Solisque vias, et qualis, ubi orbem
  Complevit, versis Luna recurrat equis:

tuum præses. Nam *ista* amica *semper postulat mercedem concava vola. Longe* a me *discedite*, o *Pierides, si non juvatis amatorem. Ego vos non celebro, ut prælia sint cantanda: neque describo solis iter, et cujusmodi Luna, quando*

Heyn.—15 In Florent. ap. Stat. *nihil;* unde Broukh. edidit *nil*, quod confirmant Voss. 2. 3. 4. 5. Vindob. Monac. et Guelf. 3. a m. sec. sic etiam Aldd. Dons. et Cant. *non* exhibent cod. Lips. Par. Beroll. aliique omnes.—16 Pro *colo* Sprengelius conj. rogo, hoc sensu: 'Non ego vos interrogo, quomodo,' &c. improbante Bach.—17 Multi codd. in his etiam Lips. Par. et Dat. habent *æqualis* vel *equalis;* et sic edd. Rom. et Brix. Edd. pr. maj. min. Barthol. Vicent. et Rheg. exhibent *et qualis;* at Venett. 1491. 1493. *nec qualis*, ut est in Angl. 5. et Guelf. 1. 'Et hoc malebat Heinsius, sine dubio hanc ob causam, quod, præcedente negatione, *et* negandi item vi inferri censeret. Quæ constructio nuper etiam Lachmannum, virum ingeniosum, in errorem conjecit ad Propert. I. 16. 11. 'Nec tamen illa suæ revocatur parcere famæ, Turpior et sæcli vivere luxuria.' Hoc ille distichon unciatim edidit, tanquam subditicium, negans 'et' sumi posse pro 'nec.' Gravis error, qui ne latius serpat cavendum est. Sed jam longissime manavit. Hoc vulnus literis his inflixit Bentl. ad Hor. Epod. XVI. 6. et I. Serm. 6. 68. docens, disjunctivas particulas 've,' 'vel,' 'aut' post 'neque' negandi vim habere, conjunctivas 'ac,' 'et,' 'que' post 'neque' positas, non habere. Hanc doctrinam propagavit illo non minor literarum antistes Ruhnkenius ad Velleium II. 45. assumserunt passim alii minorum gentium Critici. Exortus tamen interea est unus, multiplici item vir doctrina, Wyttenbachius, qui, sive dissimulans sive ignorans præceptum illud, simpliciter pronuntiaret, copulativas particulas præcedente negatione negare vel negationem repetere apud Latinos. Quo inductus argumento? Nempe, cui Ruhnkenius ipse post Mur. et Hemsterhus. tribuebat plurimum, exemplo Græcorum, quibus usitatum est, post negationem καὶ ponere ita, ut negatio repetatur. Vide Bibl. Crit. T. III. P. 4. p. 4. Sed in Tibullo copulam tuetur ipsa verborum grammatica constructio, *Nec refero Solisque vias, et qualis ubi orbem, &c.* Verba, *ubi orbem Complevit*, unciata comparent in ed. pr. maj. Vicent. et Rheg. Eædem edd. cum ed. pr. min. Venet. 2. et Brix. *ubi* habent. Venet. 1491. 1493. Aldd. et Plant. *ut.* Et hoc quidem extat in quibusdam libris, (Guelf. 1. Reg.) etiam in uno Voss. E contrario in omnibus Statt. Par. cod. Lips. Exc. Perr. aliisque est *ubi*, quod denuo reposuit Scal. Recte credo.' *Huschk.*—18 Cod. Lips. Par. Witt. 2.

NOTÆ

13 *Carminis auctor Apollo*] Quippe qui Poëtis præest, utpote Cantus, Musicæ, et Carminis inventor.

14 *Cava pretium flagitat usque manu*] Concava vola. Propert. lib. I. Eleg. 3. 'Nunc furtiva cavis poma dabam manibus.' Cava manu Veteres pecuniam flagitare solitos significat Suetonius in Vespasiano: 'Nuntiantes legatos decretam ei publice non mediocris summæ statuam Colosseam, jussit ut continuo ponerent, cavam manum ostentans, et paratam basin dicens.'

17 *Nec refero Solisque vias*] Non res Astronomicas scribo, nec Solis

Ad dominam faciles aditus per carmina quæro.
  Ite procul, Musæ, si nihil ista valent. 20
At mihi per cædem et facinus sunt dona paranda,
  Ne jaceam clausam flebilis ante domum ;
Aut rapiam suspensa sacris insignia fanis :
  Sed Venus ante alios est violanda mihi.
Illa malum facinus suadet, dominamque rapacem 25
  Dat mihi ; sacrilegas sentiat illa manus.
O pereat, quicumque legit viridesque smaragdos,
  Et niveam Tyrio murice tinguit ovem !

cursum confecit, conversis equis regreditur. Appeto per versus accessum commodum ad heram. Longe discedite, o Camœnæ, si nihil versus possunt. Atqui mihi munera quærenda sunt per cædes, et flagitia, ne miserabilis jaceam ante ædes puellæ *obseratas. Aut* potius *abripiam signa sanctis* Deorum *aris appensa: at Venus præ reliquis* omnibus *mihi venit lædenda. Ipsa me impellit ad improbum flagitium, et præbet mihi amicam avaram. Ipsa experiatur impias manus. O* utinam male *pereat quisquis colligit virides smaragdos, et inficit albas oves Tyrio*

Broukh. 2. 3. Dat. Angl. 5. omnes Beroll. edd. pr. maj. min. Bartol. Venet. 2. Brix. Rheg. Venett. 1487. 1491. 1493. et Ald. 1. *recurrit*, quod revocaverat Scal. eumque secuti sunt Broukh. et Vulp. *recurret* Basil. *recurrat* testantur Angll. 2. 3. 4. duo ap. Broukh. Colb. Hamb. Voss. 4. Zwic. 2. Corv. Reg. cum Ald. 2. Mur. Dous. Passer. et Cant.—21 *Aut* Guelf. 3. et Angl. 2. Goerenz. mavult *An*, signo interrog. post *fanis* vs. 23. posito. Duo disticha 21.-24. post vs. 12. in Berol. 2. sequuntur.—22 Fuit, qui mallet *clausæ*, ne bis syllab. *am* recurrat.—23 Scaliger e suis Exc. reposuerat *focis insignia sacris*, et sic etiam in Beroll. 1. 3. Statt. Palatt. Witt. 2. Exc. Perr. Dat. et Ask. *phanis* ed. pr. maj. et Venett. 1491. 1493 *fanis* habent cod. Lips. Par. Witt. 1. Broukh. 1. 2. 3. Colb. Laud. et Venet. 1487. pro quo *donis* in Angl. 5. et Hamb. *tholis* Heins.—24 *Et* Witt. 1. Laud. et Angll. 2. 3. 4. *ante alias* Par. a m. pr. Guarn. Reg. Guelf. 1. Bartol. Venett. 1491. 1493. et Basil. *sit* pro *est* in Angll. 3. 4. *veneranda* Berol. 2. *Dèos* pro *mihi* Col. ' Hoc librarius transtulit e IV. 13. 16. ' Quæ sola ante alios est mihi magna Deos.' *Huschk.* —26 Colb. Laud. et Angl. 2. *sentiet.*—27 Laud. et unus Angl. *Ah pereat:* libri omnes habent *smaragdos*, nullus *zmaragdos.*—28 Formam antiquam *tinguit*

NOTÆ

aut Lunæ cursus, aut meatus astrorum varios expono, neque bella canenda suscipio, sed tantum ad dominam adituu facilem Carminum beneficio parare studeo.

22 *Clausam flebilis ante domum*] Hoc nihil durius in amore existimant amantes. Propert. lib. I. Eleg. 5. ' Tum grave servitium nostræ cogere puellæ Discere, et exclusum quid sit abire domum.'

23 *Suspensa sacris insignia fanis*] Munera Diis oblata, vel arma ad aras deposita, aut alia signa Deorum altaribus ex voto appensa, aut templis affixa.

27 *Viridesque smaragdos*] Smaragdus gemma viridis est et perlucida, cui inter gemmas tertius honos tribuitur; nullius coloris aspectus jucundior est, quam smaragdi.

28 *Tyrio murice*] Apud Tyrum

Hæc dat avaritiæ causas et Coa puellis
Vestis et a rubro lucida concha mari. 30
Hæc fecere malas; hinc clavim janua sensit,
Et cœpit custos liminis esse canis.

ostro. Ille puellis suppeditat occasionem cupiditatis, atque etiam Coa indumenta, et uniones nitidi ex Erythræo pelago. Ista omnia *improbas* puellas *reddiderunt. Inde fores* seram et *clavim expertæ sunt, et incepit canis esse januarum custos. At*

pro vulg. *tingit* a Broukh. restitutam et codd. Voss. 1. 2. 3. 5. firmatam, cum Voss. Wund. et Huschk. reposuit Bach. Eandem meliores codd. ad Virgil. exhibent. *tinxit* Exc. Pocc. Exc. Broukh. et Vat. 2.—29 Libri scripti hoc loco variant; edd. vett. consentiunt, nisi quod pr. maj. Venet. 2. Rheg. et Venett. 1487. 1491. habent *causas: et Choa;* Vicent. *causas et cæa:* duo Angll. *Hinc d. a. causas hinc Coa:* Corv. etiam habet *hinc Coa:* ab initio item *Hinc* exhibent duo Voss. unus *Hac;* alter *Nec;* tertius *Hic et:* Broukh. intulit, ex diversis libris concinnatum, *Hic d. a. stimulos: hinc Coa:* Dous. malebat *Hinc dat;* Heins. *Sic dat;* Heyn. *Nunc dat,* ita ut duæ subjiciantur avaritiæ causæ, et *Coa Vestis* et *lucida concha.* ' Sed ut unam avaritiæ causam puellis dat *Coa Vestis,* alteram *concha,* ita tertia latere debet in verbis *Hic dat.* Ea autem est, quæ proxime commemorata fuit, ' nivea ovis,' id est, ut Cyllenii verbis utar, vellus ovis album, murice tinctum, sive purpurea vestis. Nam quod vs. 27. etiam *virides smaragdi* commemorantur, hoc impedire poëtam non poterat, quo minus orationem ita continuaret, *Hæc dat a. c. et.* Erunt tamen, qui pronomen ad rem vs. 27. 28. commemoratam, universe referendum, et, quod fieri item possit, legendum esse existiment, *Hoc dat a. c. et Coa p. V. et a r. l. c. mari: Hæc,' &c.* Huschk. ' Huschkii emendationem, *Hæc dat, &c.* unice veram (vide Analect. Lit. I. p. 175.) in textum recipere non dubitavi. Vestigia illius cernuntur in *Hac, Nec,* quas aliquot libri præstant.' *Bach. stimulos* pro *causas* in Statianis, Colb. Palat. 6. Berol. 2. et uno Broukh. *Choa* præter edd. memoratas habent Par. Laud. et Beroll. 1. 2.—30 Guelf. 2. Brix., vetus ed. Lips. ap. Heyn. et Venett. 1491. 1493. *a rubro,* quod dedit Broukh. *e rubro* testantur tres Sant. cod. Lips. Par. Reg. Corv. omnes Angll. Beroll. et Zwicc. edd. pr. maj. min. Bartol. Venet. 2. Rheg. ed. Lips. ap. H. Voss. Aldd. Mur. Passer. aliæ: *rubeo* Laud. *tunica* pro *concha* in cod. Lips.—31 Scal. *clavim* dedit e Charisio p. 101. eumque secuti Broukh. Voss. et Wund. *clavem* tuentur omnes codd. *sentit* Reg. et Ald. 2. *sensit* cod. Lips.

NOTÆ

Phœniciæ urbem, Sarram olim etiam dictam, optima purpura tingebatur: unde ostrum Tyrium, et Sarranum.

29 *Coa puellis Vestis*] Coæ vestes dicuntur ab Insula Coa, in qua bombyces mirabili fœtu telam texunt, ex qua fiunt vestes adeo leves ac tenues, ut nullum corpori nec pudori præsidium afferant, sed luxui tantum ac fœminarum deliciis inserviunt. Coæ vestis inventrix traditur Pamphilia Latoi filia.

30 *A rubro lucida concha mari*] Hoc loco Tibullus non intelligit illum maris sinum, qui inter Africam et Arabiam longo tractu in terras excurrit, vulgo dictus sinus Arabicus, et in sacris Literis Mare Rubrum: nulli enim ibi legi traduntur lapides pretiosi. Sed intelligit mare Indicum, seu totam illam Oceani vastitatem, quæ ab extremis Indiarum finibus ad Æthiopiam usque protenditur, quod mare dicitur, Oceanus Orientalis, seu Erythræum, et Rubrum. Audiatur ipse Poëta mentem suam explicans

Sed, pretium si grande feras, custodia victa est,
  Nec prohibent claves, et canis ipse tacet.
Heu, quicumque dedit formam cœlestis avaræ, 35
  Quale bonum multis addidit ille malis!
Hinc fletus rixæque sonant; hæc denique causa
  Fecit, ut infamis hic Deus esset Amor.
At tibi, quæ pretio victos excludis amantes,
  Diripiant partas ventus et ignis opes. 40

si afferas ingens munus, expugnatæ sunt excubiæ, nec claves te *coërcent, et ipse canis obmutescit. Heu! quisquis Divæ pulchritudinem concessit puellæ rapaci, cujusmodi commodum is plurimis incommodis adjunxit? Inde lacrymæ, et jurgia strepunt. Illa demum ratio effecit, ut iste Deus Cupido esset probrosus. Tibi vero, quæ expellis amatores superatos mercede, ventus et flamma auferant divitias* tam mala

Statiani, omnes Beroll. Corv. Par. Laud. Exc. Perr. Witt. 1. 2. Broukh. 1. 2. 3. Dat. edd. pr. maj. min. Bartol. Venet. 2. cum aliis.—33 Guarn. pro *victa est* habet *incerta;* Bern. *vincta est;* Par. *cæca est.*—34 Corv. et Voss. 3. *canis ipsa;* Berol. 2. *canis et ipse.*—35 Berol. 4. *forma.*—36 Witt. 1. 2. Broukh. 2. 3. Angl. 2. Par. Guelff. 1. 2. omnes Beroll. cod. Lips. edd. pr. maj. min. Venet. 2. Rheg. Lips. Rom. Brix. Vicent. et Venett. 1487. 1491. 1493. *attulit;* Broukh. 1. Colb. Exc. Lips. Reg. a m. sec. et Voss. 1. 2. *abdidit*, quod cum Dous. Passer. et Cant. dedit H. Voss. Guelf. 3. a marg. *abdidit*, vel *addidit;* posterius habent Exc. Heins. Vat. *ipse* omnes Berol. cod. Lips. Par. edd. pr. maj. et min. *ipsa* Colb. *ille* unus Stat. Exc. Pocc. et Venett. 1491. 1493.—37 *Hinc rixæ fletusque* Guelf. 1. ed. pr. maj. Venet. 2. Vicent. Rheg. Brix. Rom. et Venett. 1487. 1491. 1493. quam structuram, præeunte Vossio, ordinavit Bach: alteram exhibent cod. Lips. Par. Witt. 1. 2. Broukh. 1. 2. 3. Colb. omnes Beroll. ed. pr. min. et Aldd. *hinc* pro *hæc* in Dat.—38 Lectio ab Aldo vulgata est *hic deus*, si Heynio credis. Nempe in antiq. edd. quas ille consulere potuit, (ut Vicent. Rheg. Venett. 1491. 1493. et quas consuluit Broukh. Venet. 2. et Brix. quibus adde ed. pr. maj.) legitur *hinc deus.* At *hic deus* habet jam ed. pr. min. e libris scriptis, cod. Lips. Par. aliis: Heins. conj. *sic deus;* Broukh. *nunc deus erret;* Waardenburgius corrigit, *nec deus.* Heinsii conjecturam receperunt H. Voss. Bauer. et Bach; eamque probavit Heyn.—39 Ed. Lips. *qua:* unus Stat. *vinctos:* unus Palat. Guelf. 1. Rom. Brix. et Venett. 1487. 1491. 1493. *abducis.*—40 *Eripiant* Beroll. 1. 4. edd. pr. maj. et min. *Erripiant* Beroll. 2. 3. et Par. *Eripiat* cod. Lips. *Dirripiant* Witt. 1. *Proripiant* Vat. Heins. 1. *Diripiant* Laud. Angll. 2. 3. 4. Corv. et Guelf. 3. in marg. *positas* pro *partas* unus Palat. Guelf. 1. Venet. 1487. et Commel.

NOTÆ

lib. IV. Carm. 2. 'Et quascumque niger rubro de littore conchas Proximus Eois colligit Indus aquis.'

33 *Sed, pretium si grande feras, &c.*] Idem fere ex quodam Epigrammate Græco Antipatri Thessalonicensis hoc distichon exprimit egregie: 'Nam pretium si grande feras, nec janitor ullus, Nec vinctus rigidas stat canis ante fores.'

39 *Pretio victos*] Qui nequeunt tantum pretium seu lucrum, quantum petitur, amicæ exhibere, victi pretio dicuntur.

Quin tua tunc juvenes spectent incendia læti,
  Nec quisquam flammæ sedulus addat aquam.
Seu veniet tibi mors : neque erit, qui lugeat, ullus,
  Nec qui det mœstas munus in exequias.
At bona quæ, nec avara fuit, centum licet annos 45
  Vixerit, ardentem flebitur ante rogum.
Atque aliquis senior, veteres veneratus amores,
  Annua constructo serta dabit tumulo,

arte *quæsitas. Insuper juvenes gaudentes tum conspiciant incendium tuum; nec ullus aquam promptus igni injiciat. Sive tibi letum accidat, nullus erit, qui defleat* te, *neque qui donum offerat in* tuas *tristes inferias. Sed benigna* puella, *quæ nec avida fuit* et rapax, *etsi centum annos exegerit, plorabitur ad rogum inflammatum. Et aliquis vetulus, antiquas* suas *delicias reveritus, annales corollas imponet exstructo*

probante Guy. qui intelligit, 'reconditas.'—41 *Quam tua tunc* cod. Lips. '*tunc* h. l. et scripti libri habent et editi.' *Huschk.* at Witt. 1. Laud. et Angll. 2. 4. habent *nunc;* Witt. 2. *tum.*—42 *Neu* Brix. et Venett. *flamæ* Witt. 1. Broukh. 1. *flammis* Brix. *addat opem* Broukh. 1.—43 Prioris hemistichii rhythmum insuavem atque hiulcum pronuntians Broukh. reposuit *Seu tibi mors veniat*, contra codd. fidem; sed *veniat* exhibent Witt. 1. 2. Exc. Broukh. Exc. Pocc. Laud. Dat. Sfort. Angll. 2. 3. 4. Beroll. 1. 3. 4. Guelf. 2. Hamb. quod dederunt Scal. H. Voss. Wund. et Bach. *Sed tibi* Berol. 4. *venerit* Broukh. 3. et Berol. 2. *venit* unus Stat. *veniet* Broukh. 1. 2. cod. Lips. Par. et omnis antiqua editio. 'Nec huic lectioni obstat, quod sequitur, *erit:* nam hæc legitima est constructio, Si *veniet*....non *erit;* cui item Broukh. e Dousæ vel Scaligeri conjectura substituit *sit.*' Huschk. *nec erit* omnes Beroll. alii; *neque erit* sex ap. H. Voss. quod primum expressum in ed. Mur. et postea in Plant. 1569. probante Huschk.—44 Ed. pr. min. *Nec qui dat:* Par. et cod. Lips. *obsequias;* Exc. Lips. et Pocc. cum uno Heinsii, *manibus exsequias:* Sprengelius finxerat, *mœstis munus ab exequiis.*—45 Distinctio est a Dousa P. et prætulit eam vulgari Broukh. quæ erat, *At bona, quæ nec, &c.* ed. pr. min. *nunc avara.*—48 Berol. 3. *dabat.*—49 Cod.

NOTÆ

42 *Addat aquam*] Hoc est, aquam diligenter ingerat ad restinguendum ignem et incendium.

44 *Munus in exequias*] Dum mortuorum corpora cremabantur, solebant in rogum conjici ea omnia, non animata solum, sed et inanima, quæ defunctis carissima fuerant. Cicero refert in India etiam mulieres lætas in mariti demortui rogum insilire. Apud Romanos vero potissimum odores, flores, thus, dapes, oleum, vestimenta, et alia conjiciebantur in cremandorum cadaverum rogum, atque hæc peculiari nomine munera fuerunt appellata; quæ et eodem modo Græcis dicta sunt δῶρα. De odoribus ipse postea Tibullus : 'Nec soror Assyrios cineri quæ dedat odores.' De reliquis omnibus Virgil. Æn. VI. in funere Miseni : 'Purpureasque super vestes, velamina nota, Conjiciunt: pars ingenti subiere feretro, Triste ministerium; et subjectam more parentum Aversi tenuere facem. Congesta cremantur Thurea dona, dapes, fuso crateres olivo.' Suetonius in Cæsare cap. 83. 'Præferentibus munera præceptum est, ut omisso ordine,' &c.

48 *Serta dabit tumulo*] Sepulcra,

Et, Bene, discedens dicet, placideque quiescas,
  Terraque securæ sit super ossa levis! 50
Vera quidem moneo; sed prosunt quid mihi vera?
  Illius est nobis lege colendus amor.
Quin etiam sedes jubeat si vendere avitas,
  Ite sub imperium, sub titulumque, Lares.

tumulo. Et abiens inquiet, Bene et tranquille jaceas, O amica, *et tellus super cineres* tuos *levis sit* tibi *quietæ. Equidem certa admoneo; at quid me juvant certa? Amor mihi exercendus est ejus arbitrio. Immo vero etiam imperet venumdare paternam domum,* o *Penates, transite sub jus et ditionem* alterius. Immo

Lips. *descedens:* Guelf. 2. et Berol. 2. *dicat:* Beroll. 1. 3. Witt. 1. et Dat. *valideque;* ed. pr. maj. Vicent. et Rheg. *placidæque;* Beroll. 1. 3. *placide:* Colb. *quiescat;* Berol. 4. *quiescis.*—51 Witt. 1. Colb. Dat. Scal. rec. Angl. 3. et Beroll. 1. 3. *quid prosunt;* Berol. 2. *quid mea vera;* Berol. 4. *verba.*—52 Ed. pr. min. *amore.*—53 Cod. Lips. *sedeas jubeas sit.*—55 Heynio hæc ad finem

NOTÆ

sicut et busta, quondam sertis ornabantur ex vario florum genere confectis. 'Jam tunc,' ait Plinius, 'coronæ Deorum honos erant, et Larium publicorum privatorumque, ac sepulcrorum, et Manium.' Ea porro *serta* vocat *annua*, quia singulis annis Veteres diem exequiarum parentum vel amicorum anniversaria solennitate celebrabant. Virgil. Æn. v. 'Annuus exactis completur mensibus orbis, Ex quo reliquias divinique ossa parentis Condidimus terra, mœstasque sacravimus aras. Jamque dies, nisi fallor, adest, quem semper acerbum, Semper honoratum, sic Di voluistis, habebo. Hunc ego, Gætulis agerem si Syrtibus exul, Argolicove mari deprensus et urbe Mycenæ, Annua vota tamen solennesque ordine pompas Exequerer, struerem que suis altaria donis.'

49 *Et, Bene, discedens dicet, placideque quiescas*] Precabantur Veteres ut defuncti placide quiescerent, et ut eorum membra molliter jacerent. Tacitus in Vita Agricolæ: 'Si quis piorum manibus locus, si, ut sapientibus placet, non cum corpore extinguuntur magnæ animæ, placide quiescas.' Ita etiam Tibullus Elegia ultima hujus libri: 'Sic bene sub tenera parva quiescat humo.' Pacem etiam mortuis precabantur eodem fere sensu. Valentinianus novella de sepulcris 'Pax sepultis.' Valerius Probus has notas seu characteres H. R. I. P. interpretatur, 'Hic requiescat in pace.'

50 *Terraque securæ sit super ossa levis*] Humatis cadaveribus, vel reliquiis amicorum conditis, terram levem et mitem adprecabantur, quo nihil frequentius in Veterum scriptis et monumentis. 'Sit tibi terra levis,' quæ plerumque literis hisce initialibus S. T. T. L. solebat denotari. In antiquo quodam lapide Romano hoc distichon legitur: 'Opto, si qua fides remanet telluris amicæ, Sit tibi perpetuo terra levis tumulo.' Contra vero iis quibus male vellent, terram gravem imprecabantur.

52 *Illius est nobis lege colendus amor*] Ejus arbitrio, eaque conditione, ut munera scilicet accipiat, si sibi dari velit.

54 *Sub titulumque, Lares*] Ita ut al-

Quicquid habet Circe, quicquid Medea veneni, 55
Quicquid et herbarum Thessala terra gerit,
Et quod, ubi indomitis gregibus Venus afflat amores,
Hippomanes cupidæ stillat ab inguine equæ,

si Nemesis me tantum benigno vultu aspiciat, haurium libenter *quodcumque veneni Circe, quodcumque Medea habet, et herbarum quodcumque Thessala regio producit,*

usque abrupta et hiulca, neque satis inter se nexa et conjuncta, videbantur. Sed aliter visum est Huschkio, qui lubens accedit sententiæ eorum, qui tria hæc disticha loco suo posita, nec aliunde illata, existimant. Vide similem locum ap. Plat. Euthyd. p. 344. ed. Heind. Εἰ δὲ ὑμεῖς οἱ νέοι φοβεῖσθε, ὥσπερ ἐν Καρὶ, κ. τ. λ.—56 Par. *thesala:* pro *gerit*, quod testantur cod. Lips. Par. et ed. pr. min. nonnulli habent *dedit*, ut Exc. Perr. Pocc. Vatt. 1. 2. unus Palat. ed. pr. maj. Venet. 2. Vicent. Rheg. et Venett. 1487. 1491. 1493. *gerit* vel *dedit* in Angl. 5. Scaliger *genit* in commentario proposuit, non intulit in contextum.—57 *Et quidquid* cod. Lips. *Et qd.'* ed. pr. maj. idem cod. habet etiam *uĕtus afflat*, i. e. *ventus.* ' Ne putes, melius esse *indomitos....amores*, quanquam et hoc bene dicitur.' *Heyn.*—58 Cod. Lips. *Ipomones cupide....equi;* Par.

NOTÆ

terius juris esse dicamini. Hoc Poëta dicit quasi domina pretium ædium suarum in ornamentis et vestibus expendere velit. Nam tunc temporis, sicut nostra ætate, mulieres sumptuosæ erant. Plautus in Epidico. ' Quid istuc mirabile est, quasi non fundis exornatæ multæ mulieres incedant per vias?' De dominæ avaritia apud se et Musas suas, familiari amantibus querela, invidiose expostulat Ovidius ad mentem fere Tibulli: ' Illud et illud habet, nec ea contenta rapina est: Sub titulum nostros misit avara Lares.'

55 *Circe*] Filia Solis ex Persa Nympha, veneficiorum artifex peritissima, quæ veneno Rege Sarmatarum conjuge sublato, regnoque per scelus parto, cum crudelius imperaret, ab incolis pulsa, in Italiam profugit, quæ Ulyssem vi tempestatis ad se delatum hospitio suscepit, sociosque ejus, quos in porcos converterat, ipsi restituit, cui et Telegonum filium dicitur peperisse.

Medea] Alia etiam venefica peritissima, Æëtæ Colchorum Regis filia, quæ Jasonem Colchos cum reliquis Argonautis profectum susceplt hospitio, quamque Jason adduxit in Thessaliam, ubi Æsonem conjugis Jasonis patrem annis decrepitum in robustiorem ætatem retraxit.

56 *Thessala terra gerit*] Thessalia pars Græciæ est, inter Bœotiam et Macedoniam ad mare, olim Æmonia dicta, quæ tum gramina tum saxa profert veneficiis aptissima: unde et a Poëtis eo nomine passim celebratur. Lucanus lib. vi. 438. ' Thessala quinetiam tellus herbasque nocentes Rupibus ingenuit, sensuraque saxa canentes Arcanum ferale magos: ibi plurima surgunt Vim factura Deis.'

58 *Hippomanes cupidæ*] Quid sit Hippomanes non satis convenit. Servius cum nostro Tibullo scribit esse virus ex equarum libidine incensarum inguinibus defluens, quod si homini propinetur, protinus agitur in furorem. Theophrastus vero et Plinius asserunt esse carunculam fici instar in fronte pulli equini, quam edito partu statim devorat fœta mater, quod si quis præripiat pullum ad ubera non admittit. Cum Tibullo sentit Virgil. Georg. iii. ' Hinc de-

Si modo me placido videat Nemesis mea vultu,
Mille alias herbas misceat illa, bibam. 60

et Hippomanes, quod a vulva equæ equientis stillat, quando Venus amorem inspirat armentis effrænatis, tametsi mille alia gramina confundat.

Ypomones: Witt. 1. *stilat.*—59 *Sed modo* Berol. 1. *Si non* Guarn.—60 Sprengel. p. 138. malit *aliis philtris;* Valckenarius ad Ammon. p. 222. Burm. II. et Heyn. certatim corrigunt *Mille malas herbas;* profecto male, inquit Huschk. Idem Heyn. proposuit, *Mille malos succos, &c.*

NOTÆ

mum, hippomanes vero quod nomine dicunt Pastores, lentum distillat ab inguine virus.' Hippomanes porro dicitur ἀπὸ τῆς ἵππου μανίας, quod hoc equæ furente libidinis ardore profundant.

ELEGIA V.

Phœbe, fave! novus ingreditur tua templa sacerdos.
Huc, age, cum cithara carminibusque veni.

Ades, o Apollo, novus Sacerdos subit ædem tuam: huc ades, cum testudine tua

Hujus Carminis compositionem paulo dissolutiorem non assecuti sunt veteres Editores, in duas illi partes discerpentes, quod unum est et continuum opus, sed propter argumenti sublimitatem et insolentiam ad lyricam propemodum assurgens audaciam. Igitur prima pars ab initio ad vs. 38. in ed. pr. maj. inscripta est, *Invocatio Phœbi;* (quibus verbis ejusdem anni ed. pr. min. addit, *et ejus laudes;*) altera pars, *Vaticinium Sibyllæ de Ænea et Roma Urbe;* ed. pr. min. *Sibillæ vaticinium de Ænea.* Similes inscriptiones habent edd. Vicent. et Rheg. nullam Venett. 1491. 1493. hactenus convenientes præcepto Cyllenii, cujus egregiam observationem apposuimus vs. 39. in eo tamen ab illo discrepantes, quod Elegiam continuo legendam in duas item partes divisam exhibent, sicut cod. Lips. Par. quatuor Beroll. alii.—

NOTÆ

1 *Phœbe, fave*] Apollinis nomen invocat Messalinum laudaturus Messalæ filium, qui fuerat cooptatus in Collegium Quindecimvirorum, ad quos cura librorum Sibyllinorum pertinebat.

Novus Sacerdos] Messalinus Augur vel Poëta: Musarum nempe et Apollinis Poëtæ dicuntur Sacerdotes. Horat. III. Od. 1. 'Carmina non prius Audita Musarum Sacerdos Virginibus puerisque canto.'

Nunc te vocales impellere pollice chordas,
  Nunc precor ad laudis flectere verba modos.
Ipse, triumphali devinctus tempora lauro, 5
  Dum cumulant aras, ad tua sacra veni.
Sed nitidus pulcherque veni; nunc indue vestem
  Sepositam; longas nunc bene pecte comas:

et cantibus. Jam oro te pulsare digitis fides sonoras, et voces deducere ad præconia mea. Tu ipse, o Apollo, coronatus caput laurea triumphali, accede ad tuos honores, cum altaria tua onerant donis. At vero ades splendidus et formosus. Jam indue togam tuam magnificam diebus festis *reservatam. Jam eleganter compone pro-*

2 Ed. pr. maj. et min. *cithera:* Rheg. *criminibusque.*—3 Berol. 1. *vitales:* cod. Lips. et Par. *cordas;* ed. pr. maj. Rheg. et Venet. 2. *conchas.* In Reg. hic cum tribus proximis versibus exulabat, incuria librarii, quem repetitum τὸ *veni* deceperat.—4 *Nunc, precor, ad laudes flectere verba meas* Heyn. et sic Beroll. 2. 3. 4. edd. pr. maj. et min. cum Vicent. Rheg. aliis; *Hunc, precor, ad laudes f. v. meas* cod. Lips. *Nunc puer ad laudes f. v. meas* Berol. 1. *Nunc opus* Vat. Ursini; *ad laudis flectere verba modos* Monach. Guelf. 3. et liber Mattii ap. Broukh. Hinc H. Voss. e conjectura edidit, *Nunc opus ad laudes f. v. modis,* improbante Huschk. *modos* etiam habent Exc. Lips. et Voss. 4. in marg. Lectio Guelf. 3. non satisfecit Heynio, qui si *modos* reponeretur, reponendum ultro pro *laudis* censebat *lætos,* vel simile quid. Idem Heyn. conj. *Nunc, precor, ad laudes plectra movere meas,* quia ' in multis libris pro *verba* legitur *plectra.*' Vat. Heins. 1. et Vat. Ursini, cum Par. exhibent *tuas* pro *meas,* quod idem Heynius in *suas* mutari malit. ' Erunt fortasse, qui Tibullo banc lectionem substituere velint, *Nunc, precor, ad laudes nectere verba modis:* i. e. citharæ modis aptare, vel sociare. Sed languent illa *ad laudes,* tam nude posita, nec ejiciendum temere est verbum *flectere,* quod pæne solum hoc loco inviolatum evasit. Retinendum igitur est *flectere,* cum proba sit et Latina locutio *flectere verba* ad aliquid. Etiamne *ad laudis modos?* Hanc lectionem, bonis libris confirmatam, in contextum intuli, fretus auctoritate Propertii, qui hoc sensu posuit ' laudis carmen' II. 10. 23. Suspicor tamen fore, qui *laudis modos* et ' laudis carmen' magis inter se conciliare et pro *modos* legere malint *melos,* quæ vox similitudine attingit utramque scripturam *meas* et *modos,* et hujus varietatis tanquam parens haberi possit. Talia in margine ponere licet; in contextum inferre, nisi boni libri auctoritas accedat, non licet' *Huschk.*—5 Witt. 1. *triumfali:* ed. pr. min. *devictus.*—6 Angl. 3. *curas* pro *aras:* Ed. pr. maj. Venet. 2. Vicent. et Rheg. *ad tua templa;* et sic etiam Exc. Perr. et Pocc. unus Mur. et ed. Lips. ap. Heyn. *ad mea sacra* Colb. ap. Broukh. *ad tua serta* Berol. 4.—8 *Depositam* Angl. 2. ed. pr. maj. Bartol. Venet. 2. Vicent. Rheg. Rom. Ald. 1. et vulgg. *Sepositam* Par. omnes Beroll. Witt. 1. 2. Colb. novem ap. H. Voss. Broukh. 1. 2. 3. Vat. Ursini, Angll. 3. 4. ed. pr. min. Venett. 1491. 1493. Ald. 2. et omnes inde editiones: *et longas* Corv. Witt. 1. Land. et Angll. 2. 3. 4. *et bene* Berol. 2.

NOTÆ

4 *Flectere verba*] Orat Phœbum, ut ad laudes suas, quas Messalino dicet, cantum flectat, ut digne virum hunc celebret.

7 *Vestem Sepositam*] Eam nempe significat vestem, qua Apollinem indui nonnisi diebus festis somniavit Antiquitas.

Qualem te memorant, Saturno rege fugato,
  Victori laudes concinuisse Jovi. 10
Tu procul eventura vides; tibi deditus augur
  Scit bene, quid fati provida cantet avis;
Tuque regis sortes; per te præsentit aruspex,
  Lubrica signavit cum Deus exta notis;
Te duce Romanos nunquam frustrata Sibylla est, 15
  Abdita quæ senis fata canit pedibus.

lixam cæsariem tuam. Et exhibe te talem *qualem referant te Jovi victori præconia celebrasse Saturno rege pulso. Ta fatura longe ante prospicis; auspex tibi addictas probe novit qaid præsagiat ales fati præscia. Tu etiam dirigis Oracula: auspex per te vaticinatur, quando Deus* hostiarum *viscera signis notavit. Te auctore Sibylla, quæ senis pedibus describit occalta fata, nunquam Romanos fefellit.* O

Colb. et unus Broukh.—9 Pro *memorant* in Sfort. Angll. 2. 3. 4. Beroll. 1. 3. Corv. Witt. 2. Land. et Dat. *referant.*—10 Dat. et Berol. 3. *continuisse.* —11 Scal. cod. *debitas*, qui hanc lect. primus in libros intulit editos; extat etiam in duobus Voss. Par. Goth. Vindob. Ask. uno Heins. et Beroll. 1. 3. vel simpliciter *debditas*, ut in uno Broukh. *deditus* unice probatur Huschkio, idque testantur Statiani, Berol. 2. unus Broukh. Witt. 1. 2. et Colb.—12 *Qui scit* Berol. 2. *facti provida* cod. Lips.—13 *Ta regis* Berol. 4. *persentit* Berol. 2.—15 Berol. 3. *unquam;* cod. Lips. *nonnunquam:* verbum *est* non habent Broukh. 1. 2. 3. Witt. 1. 2. omnes Beroll. multi Stat. Dat. Angll. 2. 3. 4. 5. omnes Heyn. cod. Lips. Par. edd. pr. maj. min. Bar-

NOTÆ

9 *Qualem te memorant, Saturno rege, &c.*] Saturnum Deorum antiquissimum fabulantur, qui ex oraculo edoctus fore, ut a filiis regno pelleretur, cum ob hoc Jovi insidias struneret, ab ipso regno pulsus in Italiam profugit, ubi diu apud Janum regem latitavit. Dicitur autem Apollo Jovi patri laudes celebrasse de triumpho, quem assecutus est de Saturni fuga; tuncque Phœbum tantæ elegantiæ fuisse referunt, ut Deos omnes in se converterit.

11 *Deditus augur*] Alii legunt, *debitus.* Apud Horat. 'Augur Apollo' dicitur.

12 *Provida cantet avis*] Augurium ab avium garritu et gustu dictum est.

13 *Tuque regis sortes*] Quatuor maxime refert Macrobius Apollinis potestates. Est enim Carminis et Musices auctor, ut supra: 'Nec carminis auctor Apollo.' Sagittandi peritiam habuit summam; divinam Medicinæ Artem percalluit, quam et dicitur invenisse; sed inprimis Oraculis et sortibus præfuit, ut vaticinii præses, unde 'fatidicus et sortilegus' dictus est. Lucan. lib. v. 70. 'Delphica fatidici reserat penetralia Phœbi.'

Per te præsentit aruspex] Veteres pravis erroribus imbuti credebant in extis esse vim aliquam, quæ Apollinis beneficio declararet futura vel pericula vel commoda ex viscerum victimarum habitu, colore, et notis; quam autem diligenter inspicerentur divinationis causa docet Cicero de Divinat. lib. I. et II. et Val. Maxim. lib. I. cap. 6.

15 *Sibylla*] Cumanam intelligit, quam ferunt vaticiniorum libros no-

Phœbe, sacras Messalinum sine tangere chartas
Vatis: et ipse, precor, quid canat illa, doce.

Apollo, permitte Messalinum tangere sanctos libros Sibyllæ; et tu ipse, quæso te,

tol. Venet. 2. Rheg. Brix. Vicent. Venett. 1487. 1491. 1493. Ald. 1. aliæ. ‘ Habent tamen complures, quos citat Broukh.’ *Huschk.* Hoc falsum est; nullos enim citat Broukh. verbum *est* exhibentes.—16 ‘ Nescio in quas editiones Fabricius Bibl. Gr. T. I. p. 193. inciderit, cum vulgo *sævis* perperam legi dicat; ipse *sacris* corrigat; et *senis* pro emendatione Scaligeri habeat, quæ tamen vulgata lectio.’ *Heyn.* Par. omnes Beroll. cod. Lips. cum edd. pr. maj. et min. habent *senis:* cod. Lips. et Angl. 2. *facta.*—18 In ed. pr. maj. *ipse* deest; *ipsa* in Berol. 2. *quos canat* Beroll. 1. 3. 4. Witt. 2. unus Broukh. et Dat. *quos canit* Guelf. 2. *quod* cod. Lips. Par. Angll. 2. 3. Zwicc. 1. 2. Hamb. plur. ap. Voss. *quoi* ex ingenio dedit idem Voss. ‘ Recte Muretus, sequente Heinsio, substituit *quid*, confirmantibus id sex libris Voss. Error ortus est e compendio scripturæ *qd.* Cur Heyn. maluerit, *quæ canat illa*, equidem ignoro. Hoc scio, illud *quoi* auctori suo relinquendum esse.’ *Huschk.* *canit* pro *canat* est etiam in cod. Lips. Broukh. 1. Vat. Heins. 2. et Angl. 2. *canat ille* Reg. et Berol. 3. *ipse*

NOTÆ

vem attulisse ad Tarquinium Priscum, pro quibus postulavit trecentos Philippæos. Rege vero ejus insaniam illudente, sex ex istis semel, atque iterum combussit; motus tandem Rex perseverantia mulieris in pretio exigendo, tres reliquos libros, quo volebat fœmina pretio, emit, in quibus Romanorum fata heroico Carmine descripta continebantur.

16 *Quæ senis fata canit pedibus*] Oracula sua Sibyllæ heroicis versibus vulgavisse dicuntur. Et certe liquet ea, quæ circumferuntur Sibyllina carmina esse heroica. Cujus autem Sibyllæ ea fuerint, non liquet; alii Sibyllinos libros Cumanæ Sibyllæ tribuunt; ut Claudian. in Eutrop. lib. I. ‘ Pandite Pontifices Cumanæ Carmina Vatis.’ Alii Cumææ, ut Lactantius: alii aliis.

17 *Sacras tangere chartas*] Libros nempe Sibyllinos, quos Tarquinius emtos a Sibylla in Capitolio in sacrario templi Jovis Optimi Maximi, arca lapidea inclusos reposuit: horum custodia Duumviris primo ex Ordine Patricio commissa est: deinde Decemviris, quorum quinque erant Patricii, et quinque ex plebe deligebantur. Postremo Quindecimviri electi sunt, quibus sacra facere, et libros Sibyllinos asservare, et consulere Senatus auctoritate, quoties opus esset, eosque interpretari, et ut quæ præciperent perficerentur, curare incumbebat. Dicuntur hi libri integri servati ad Olympiadem usque 172. nempe usque ad Belli Marsici, seu Socialis tempus, quo Cn. Norbano et P. Scipione Coss. crematum est Capitolium, simulque et hæc Oracula igne consumta sunt. Paulo autem post Capitolio a L. Sylla restituto, a Q. Catullo templum Jovis Capitolini dedicatum est. Tuncque C. Scribonius Curio et Cn. Octavius Consules retulerunt ad Senatum, ut, legati Erythras, et ad cetera Italiæ, Græciæ, et Asiæ oppida mitterentur, qui Sibyllarum Carmina undique conquisita transcriberent, et Romam reportarent, maxime vero Erythrææ, quæ ceteris nobilior habebatur. Missi sunt itaque P. Gabinius, M. Octacilius Crassus, et L. Valerius Flaccus in Asiam ad Attalum regem Pergami, cujus favore et auxilio ex Asiæ

Hæc dedit Æneæ sortes, postquam ille parentem
Dicitur et raptos sustinuisse Lares: 20
Nec fore credebat Romam, cum mœstus ab alto
Ilion ardentes respiceretque Deos.
Romulus æternæ nondum firmaverat urbis
Mœnia, consorti non habitanda Remo.

aperi ipsi, *quid ipsa prædicat. Eadem ipsa Æneæ responsum dedit, posteaquam ille traditur patrem et ablatos Penates sustulisse. Ea ipsa sentiebat Romam futuram esse* jam tum *cum* Æneas *tristis e mari spectaret Trojam et Divos conflagrantes. Necdum Romulus urbis immortalis condiderat muros, non incolendos Remo*

Berol. 2.—19 *Hic* Reg. *Nec* ed. Lips. ap. Heyn.—20 Witt. 1. 2. Broukh. 1. 2. 3. Angl. 2. omnes Beroll. Par. edd. pr. maj. min. Bartol. Venet. 2. Rheg. Brix. cum aliis, *captos;* Scal. emend. *raptos*, quod firmant Angl. 5. Vindob. et Voss. 1. 2. 3. alteram lect. revocavit Bauer. *substinuisse* Witt. 1. 2. et omnes Beroll.—21 *Hæc fore* ed. pr. min. Venett. 1491. 1493. Aldd. aliæ; *Nec fore* omnes Stat. et Beroll. Witt. 1. 2. Broukh. 1. 2. 3. Laud. Dat. Vat. Heins. 1. Angll. 2. 3. 4. 5. Par. cod. Lips. Guelf. 4. ed. pr. maj. Venet. 2. Brix. Rheg. et ed. Lips. ap. Heyn. quod, Statio monente, reposuit Broukh. Literæ *H* et *N* in codd. sæpe confusæ sunt, Heins. emendabat, *Hæc fore prodebat.*—22 In Berol. 2. et uno Broukh. *focos* pro *Deos;* Berol. 4. *domos.*—23 Ed. pr.

NOTÆ

urbibus, maxime Erythris, circiter mille versus a privatis descriptos exceperunt, Romamque cum cujusque Sibyllæ nomine reportarunt. Quæ cum a viris Græcarum literarum rudibus descripta essent, multa in iis superflua, multa mutila et manca invenirentur, ut eorum lectio correctior esset, scripta illa tradita sunt *Quindecimviris*, qui hæc emendarent. Quamvis autem plurium Sibyllarum allata essent oracula, unius tamen Cumanæ vel Cumææ nomine appellata sunt. Hi libri permanserunt Romæ sacrosancti a Quindecimviris, inter quos cooptatus fuerat Messalinus, asservati diligenter usque ad Honorii et Theodosii Junioris Imperatorum tempus, quo Stilicho Honorii socer defectionem parans, hos libros concremavit, tuncque absumtis Sibyllinis libris Theodosius Quindecimvirorum Collegium et Sacerdotium abrogavit, penitusque abstulit.

19 *Hæc dedit Æneæ sortes*] Quæ cecinerit Æneæ Sibylla pluribus explicat divino suo opere Æn. VI. Virgilius.

20 *Raptos sustinuisse Lares*] Æneam refert Maro, cum Troja ab hostibus capta arderet, admonitum esse ab Hectore in somnis, ut fugeret, et ipsum e mediis hostibus patrem humeris sublatum ac Deos Penates in Italiam asportasse.

21 *Nec* [*Hæc*] *fore credebat Romam*] Sibylla, utpote futuri præscia, jam tum *fore credebat Romam*, cum adhuc ardentem Trojam, Deorumque templa et simulacra fumantia e mari cerneret tristis Æneas.

23 *Romulus æternæ nondum firmaverat urbis*] Alii legunt, *formaverat*, alii, *fundaverat*. Roma porro in vetustis monumentis 'Urbs æterna' dicitur. Vide Inscriptionum Gruteri Thesaurum 1017. 7. Ammian. Marcellin. lib. XIV. 'Orphitus Præfecti potestate regebat Urbem æternam.' Lib. XVI. 'Aliaque inter hæc decora

Sed tunc pascebant herbosa Palatia vaccæ, 25
Et stabant humiles in Jovis arce casæ.

fratri suo *consorti*. *Tunc vero boves depascebant herbida palatia, et erant con-*

maj. habet *formaverat*, min. *firmaverat:* illud expresserunt Venet. 2. Vicent. Rheg. Brix. Rom. ed. Lips. ap. Heyn. Venet. 1487. Ald. 2. Scal. Bronkh. et Vulp. et sic in Witt. 1. 2. uno Bronkh. Statianis, cod. Lips. Scal. rec. et Vat. 2. hoc Venett. 1491. 1493. Ald. 1. et quæ hanc ubique persequitur editio sine l. et a. (Ald. an. 1511.) et sic in Voss. 1. Par. et uno Bronkh. Neutra lectione contentus Muretus edidit *fundaverat*, sequente Pulmanno in ed. Plant. 1569. quod exhibent Vindob. Bronkh. 1. Reg. Corv. Colb. Angll. 2. 3. 5. Guelf. 3. pro v. l. et Angl. 4. a m. sec. Sed jam Statius, ego, inquit, legendum suspicabar *firmaverat*, non *formaverat*. Hic igitur conjectura assecutus est, quod tum libri scripti offerebant tum prius editi. Par. *nundum firmaverat*.—25 Lips. *tum:* idem cum Par. et ed. Rheg. *palacia:* ed. pr. min. cum

NOTÆ

Urbis æternæ.'

24 *Consorti non habitanda Remo*] Remus fuit frater Romuli primi Romanorum Regis, qui quod nova urbis Romæ mœnia per ludibrium transiliisset, a fratre Romulo interfectus est; ut Livio placet, aut, ut ait Ovidius, a celere quodam Tribuno, Fabio dicto, rastro pastorali percussus occubuit. Lucan. I. 'Fraterno primi maduerunt sanguine muri.' 'Consors' dicitur ejusdem sortis seu generis et conditionis in omni fere negotio. Ovid. Met. XI. 'Quæ dum Lucifero genitis miracula narrat De consorte suo.'

25 *Herbosa Palatia*] Loca graminibus obsita, ubi Romana palatia ponenda erant. Varro de Ling. Lat. lib. IV. scribit 'palatium' dictum, quod Palantes cum Evandro in illum locum venerint; aut quod Palatini, qui et Aborigines, ibi consederint; additque alios a Palatia uxore Latini dictum eum montem tradidisse: alios pecore balante. Solinus scribit quosdam 'palatium' a Pale Dea Pastorali nomen adeptum credidisse. Constat Romulum montem hunc Palatinum primum omnium muro cinxisse, et in eo Romam quadratam condidisse, quæ postea additis aliis et aliis montibus et collibus pomœrio prolato ampliata fuit. Palatium a Septemtrione clauditur foro Romano, et antiquo Velabro, seu valle ipsum interjacente, et Capitolium. Ab occasu valle inter Palatium et Aventinum sita, ubi olim Circus maximus. A meridie valle inter ipsum Palatium et Cœlium intermedia. Ab ortu via sacra et planitie, quæ Palatio adjacet, Cœlio, et Quirinali.

26 *In Jovis arce*] Arx Veteribus dicebatur munitior pars et excelsior Tarpeii montis, ubi templum angustissimum Jovis Optimi Maximi, quod etiam templum 'Arx' solebat vocari. Ovid. in Fast. 'Jupiter Arce sua totum cum spectet in orbem, Nil nisi Romanum quod tueatur habet.' Capitolium vero pars ea montis maxime appellabatur, quæ in Boream vergens planior et spatiosior erat, et Quirinalem versus extra ipsius Arcis mœnia protendebatur.

Casæ] Primis temporibus exiguas rudesque domos habuit Roma. Isque amplissime laudari putabatur, qui dicebatur bonus agricola bonusque colonus, et poterat agro colendo familiam, et impendia bellorum, quæ sine publico stipendio gerebantur, sustinere. Romulus porro domum in

Lacte madens illic suberat Pan ilicis umbræ,
  Et facta agresti lignea falce Pales;
Pendebatque vagi pastoris in arbore votum,
  Garrula sylvestri fistula sacra Deo: 30
Fistula, cui semper decrescit arundinis ordo,
  Nam calamus cera jungitur usque minor.

structa vilia tuguria in Jovis arce. Ibi Pan lacte perfusus positus erat sub umbraculo quercus, aderat *et Pales lignea falce rustica fabricata; et suspensa erat in arbore arguta fistula Deo agresti dicata, votum pastoris errantis: fistula, cui calamorum series semper deminuitur, nam arundo semper* impar et *minor cera compingi-*

uno Voss. et Lips. *uacæ:* Wakef. ad Lucr. II. 995. corrigit *vaccas.*—27 Brix. et Venet. 1487. *illuc:* Berol. 2. *illic pan suberat:* unus Stat. *umbra,* nec id male, inquit Heyn. *umbram* quidam Stat. unus Palat. Broukh. 1. 2. Guelf. 1. cod. Lips. Exc. Perr. ed. pr. min. Rom. Brix. Venett. cum Comment. Cyll. Aldd. et Mur. quod exquisitius vocat Heyn. 'Præstat *umbræ,* ut est in ed. pr. min. Venet. 2. Vicent. Rheg. et libris compluribus.' *Huschk.* Ita plerique Stat. Witt. 1. 2. Broukh. 3. Exc. Broukh. et omnes Beroll.—29 *Pendebantque* Berol. 1.—30 Beroll. 2. 4. Broukh. 2. 3. cod. Passer. Colb. et unus Stat. *facta Deo;* Florent. *farta.*—31. 32 'Hoc distichon pro fœtu inepti versificatoris habendum est, judice Mitscherlichio Tentam. Crit. p. 9. neque enim *semper* fistulæ ordinem decrescere, neque *usque* calamum minorem cera junctum fuisse, refragante vel Menalca Theocriteo, Id. VIII. 19. Enimvero particulæ *semper* et *usque* h. l. non de tempore absoluto, sed de temporis spatio dicuntur, quo ille arundinis paulatim, vel deinceps, decrescentis ordo decurritur intuendo vel cogitando. Martial. II. 83. 'Præceps per longos dum ruit usque gradus.' Commentarii instar est locus Ovidii Met. VIII. 189. de Dædali alis a Statio laudatus: 'nam ponit in ordine pennas A minima cœptas, longam breviore sequenti, Ut clivo crevisse putes. Sic rustica quondam Fistula disparibus paulatim surgit avenis.'' *Huschk. qui semper* Dat. *q. semper* Berol. 3.—32 *Et calamus* ducibus uno ap. Broukh. Exc. Perr. et Guelf. 2. cum H. Voss. et Wund. recepit Bach, favente Heyn. *Nec* Berol. 4. Ceteri

NOTÆ

Capitolio straminibus tectam dicitur incoluisse. Ovidius inducit Martem sic admonentem: 'Quæ fuerit nostri, si quæris, regia nati, Aspice de canna straminibusque domum. In stipula placidi capiebat munera somni, Et tamen ex illo venit in astra toro.' Valerius Maximus lib. IV. cap. 4. 'Per Romuli casam, perque veteris Capitolii humilia tecta,' &c.

27 *Lacte madens illic suberat Pan*] Dii Pastorales, qualis erat Pan et Pales, lacte spargi solebant, ut ait supra de Pale Tibullus: 'Et placidam soleo spargere lacte Palem.'

29 *Pendebatque vagi pastoris*] Qui artem aliquam sive militarem sive aliam desinebant, ejus instrumenta Diis suspendebant, sacrabantque ipsius potissimum artis præsidibus. Sic Timon dives repente factus apud Lucianum, Pani ligonem et sagum suspendit; Entellus apud Virgil. 'Hic victor cæstus artemque repono.' Horat. de suo Barbito velut emeritus lib. III. Od. 26. 'Nunc arma defunctumque bello Barbiton hic paries habebit.' Gladiatores meriti arma Herculi consecrabant. Horat. I. Epist. 1. 'Vejanius armis Herculis ad postem fixis, latet abditus agro.' Milites arma relinquentes ea Laribus dica-

At qua Velabri regio patet, ire solebat
  Exiguus pulsa per vada linter aqua.
Illa sæpe gregis diti placitura magistro 35
  Ad juvenem festa est vecta puella die:
Cum qua fœcundi redierunt munera ruris,
  Caseus et niveæ candidus agnus ovis.—

tur. Ast ubi Velabri tractus aperitur, parva ratis agitata aqua ferri consueverat per undas. Hæc frequenter puella placitura domino pecoris opulenti ad juvenem solenni luce delata est. Cum qua relata sunt dona locupletis villæ, caseus, et agnus

libri scripti editique *Nam:* Heins. malebat *Dum:* cod. Lips. *ceras* pro *cera;* edd. pr. maj. et min. *cæra.*—34 Pro *pulsa*, quod revocavit Scal. ex cod. Passer. et Vat. 1. acced. Exc. Perr. et Corv. *pulla* habent cod. Lips. Par. Witt. 1. 2. Broukh. 1. 2. 3. Colb. omnes Beroll. edd. pr. maj. min. cum aliis; *pura* in marg. Berol. 2.—35 Idem cod. *Illaque s. regis;* Par. et Guarn. *Illaque s. g. ditis:* cod. Lips. et Angl. 2. *dictis:* Heins. malit *diti*, ut est in edd. Plant. et Dous. et recte reposuit Mur. confirmantibus id Corv. Voss. 4. et Monac. et probante post alios Vulpio, 'præsertim cum ita explicari possit: magistro qui dives erat gregis:' idem revocarunt Cant. Voss. Bauer. et Bach. *paritura* Guelf. 1. codd. Passer. et tres Palatt. *pharitura* ed. Rom. *pia cura* Par. quod substituit e conjectura H. Vossius: *magistris* Reg. unus Stat. edd. pr. maj. min. et Bartol. *ministro* unus Palat.—36 Verbum *est* omisit H. Vossius; ad finem reposuit Bach, ducibus Guy. Broukh. Vulp. et Wund. suffrag. Voss. 1. 2. 3.—37 Ludicrum est, ait Heynius, quod Vicent. exhibet, *facundi munera juris:* cod. Lips. et ed. pr. maj. habent etiam *facundi;* Rheg. *fœcundi;* Colb.

NOTÆ

bant, ut ait Ovid. 'Miles, ut emeritis non est satis utilis armis, Ponit ad antiquos quæ tulit arma Lares.' Sic puellæ nubiles factæ Veneri pupas donabant. Unde Pers. Sat. II. 'Veneri donatæ a virgine pupæ.' Sic pastores Diis pastoralibus fistulam sacrabant. Virgil. Ecl. VII. 'Hic arguta sacra pendebit fistula pinu.' Ut et in hoc loco Tibulli eadem fistula Pani Deo ejus inventori dedicatur.

32 *Calamus cera jungitur*] Qua ratione quave arte conficeretur fistula, non constat, nec quomodo distantia tubulorum ora tam cito percurrerent pulsando. Constat tamen calamos omnes magnitudine inter se fuisse impares. Virgil. Ecl. II. 36. 'Est mihi disparibus septem compacta cicutis Fistula.'

33 *At qua Velabri regio patet*] Velabrum vel a velis, quæ inibi obtendebantur, vel a vehendo dictum, locus erat in undecima urbis regione, inter forum Romanum, Palatium, et Aventinum: et, ut ait Varro, olim ex urbe in Aventinum a reliqua urbe paludibus disclusum ad commune sacrificium, quod ibi fiebat in Dianæ templo, Latini ratibus vehebantur per velabrum, et quadrantem solvebant. Propert. lib. IV. Eleg. 10. 'Qua Velabra suo stagnabant flumine, quaque Nauta per urbanas velificabat aquas.' Erat autem Velabrum majus et minus. Ibi multa vendebantur, inprimis caseus optimus; unde apud Martialem 'Velabrensis caseus.' In hac etiam regione habitabant unguentarii non longe a Circo maximo. Vide Ovid. Fast. VI. Ad lacum porro Velabrensem exponebantur et abjiciebantur spurii: unde nobiles Matronæ pueros inventos petebant, et pro suo partu maritis sup-

Impiger Ænea, volitantis frater Amoris,
  Troia qui profugis sacra vehis ratibus, 40
Jam tibi Laurentes assignat Jupiter agros;
  Jam vocat errantes hospita terra Lares.
Illic sanctus eris, cum te veneranda Numicî
  Unda Deum cœlo miserit Indigetem.

albus ovis albæ. O strenue Ænea, frater Cupidinis vagantis, qui Deos Trojanos portas exulibus navibus; nunc tibi Jupiter ascribit Laurentes campos, modo peregrina regio invitat Penates vagos. Ibi sacer eris, ubi te reverenda aqua Numicii

numina.—39 In Beroll. inde ab hoc versu incipit nova idque sexta Elegia. 'Memorabilis locus propter subitam orationis *μετάβασιν ἀπὸ τοῦ διηγηματικοῦ εἰς τὸ μιμητικὸν γένος.* Quod non capientes vett. Edd. monente Beroaldo, adde etiam recentiores, h. l. separarunt a superiore Elegiæ parte, sicut factum hic videmus ap. Tibullum in libris scriptis et edd. antiquis. Audiamus Cyllenium: 'Omnes autem quos vidi codd. hanc a superiori divisam habent: cum tamen videatur membrum esse præcedentis: dixit enim, *Hæc dedit Æneæ sortes:* revertitur enim ad propositum post multam evagationem.' Tamen Statius, Sextam, inquit, facio Elegiam, omnium veterum librorum fidem secutus: et sic olim Aldus edidit. Ad saniorem rationem rediit Scaliger.' *Huschk.* In Guelf. 2. est Elegia septima Sibyllæ vaticinium. *Inpiger* in uno Stat. et cod. Lips.—40 Cod. Lips. Par. cum multis aliis, ed. maj. Vicent. Rheg. &c. *Troica;* Angl. 2. Voss. 2. Bern. Ask. et ed. pr. min. *Troia.* Hoc nunc præferendum videtur. Vide Heins. ad Ovid. Epist. I. 28. Bentl. ad Hor. III. Od. 3. 32. et Ruhnken. ad Vell. Pat. I. 5. 5. *profugus* Berol. 1. et Witt. 1. *trabibus* pro *ratibus* Berol. 2. cum uno Broukh.—42 Exc. Lips. Hamb. et Voss. 5. *Deos* pro *Lares*, probante Heyn. Post hunc

NOTÆ

ponebant, qui postea tanquam Nobiles ad honores evehebantur, fiebantque Pontifices Maximi. Unde Juvenal. Sat. VI. 'Transco suppositos, et gaudia, votaque sæpe Ad spurcos decepta lacus, atque inde petitos Pontifices Salios, Scaurorum nomina falso Corpore laturos.'

39 *Volitantis frater Amoris*] Veteres Editiones ab hoc versu, *Impiger Ænea*, Elegiæ principium faciunt: ridicule. Cupidinis autem frater Æneas dicitur, quod cum Æneas ex Venere et Anchise natus sit, Cupido ex eadem Venere et Marte genitus esse referatur. Virgil. Æn. I. 671. 'Frater ut Æneas pelago tuus omnia circum Littora jactetur.' 'Volitans' autem Amor dicitur ob levitatem et inconstantiam; unde etiam ipsi pennas attribuerunt.

40 *Sacra vehis*] Deos nempe Penates, quos Virgilius Æneidos secundo vocat, 'Patrios Teucrosque Penates.'

41 *Jam tibi Laurentes*] Laurentes agri sunt ea pars Latii, ubi Laurentum oppidum, ut vult Servius, a Latino, ut volunt alii, a Pico conditum. Virg. Æn. VII. 171. 'Laurentis regia Pici.'

43 *Numici Unda*] Numicius fuit fluvius Latii; in quo cadaver Æneæ dicitur ab Ascanio repertum.

44 *Indigetem*] Indigetes Dii Servio dicuntur, qui nullius rei egent, vel quorum ope nos indigemus: unde vult omnes Deos appellari Indigetes. Aliis Indigetes Dii tantum Patrii dicuntur, quasi in loco geniti vel degentes. Alii Indigetes dictos volunt, qui invocati faciles sint, et præsto

Ecce super fessas volitat Victoria puppes! 45
Tandem ad Trojanos Diva superba venit.
Ecce mihi lucent Rutulis incendia castris!
Jam tibi prædico, barbare Turne, necem.
Ante oculos Laurens castrum, murusque Lavinî est,
Albaque ab Ascanio condita Longa duce. 50

fluvii te intulerit sideribus Divum Indigetem. Ecce Victoria fertur supra fatigatus naves. Demum ferox Dea transit ad Trojanos. En mihi coruscant ignes in *Rutulis castris. O Turne truculente, mox tibi prænuntio mortem. Ante oculos Laurens propugnaculum, et Lavinii mœnia sunt, et Alba Longa ædificata ab Asca-*

versum interposuit Scaliger distichon vs. 61. 62.—45 Vicent. *semper:* unus Stat. *volitans*, quod non improbat Huschk.—47 *Rutilis lucent* Angll. 2. 3. 4. et Reg. *nitulis* Berol. 3. *rutilis* Par. *luceant* cod. Lips.—49 Exc. Pocc. Perr. et Colot. *castris murisque Latini est;* Par. et Scal. rec. habent etiam *castris:* Berol. 2. *nurusque:* verbum *est* omittitur in Witt. 1. Goth. Hamb. et Voss. 2.

NOTÆ

adsint, quod 'indigitare' sit idem quod 'precari,' et 'invocare.' Vel certe Indigetes sunt Dii ex hominibus facti, et ita dicti quasi in Diis agentes, utpote qui ex hominibus ad divinitatem pervenerunt. De Ænea sane fabula talis est: Cum, Turno occiso, et accepta in conjugem Lavinia, et condita urbe, in Numicium fluvium, ut alii volunt, sacrificans, ut alii, Mezentium, ut alii, Messapum fugiens, cecidisset, summersus est, cui postea templum construxit Ascanius, eumque Deum Indigetem voluit appellari. Livius lib. I. Histor. de Ænea: 'Secundum inde prælium Latinis, Æneæ etiam ultimum operum mortalium fuit. Situs est, quemcumque eum dici jus fasque est, super Numicium flumen: Jovem Indigetem appellant.' Ovid. Met. XIV. 'Lustratum genitrix divino corpus odore Unxit, et ambrosia cum dulci nectare mixta Contigit os, fecitque Deum, quem turba Quirini Nuncupat Indigetem, temploque arisque recepit.'

46 *Diva superba*] Fuit etiam in Diis Victoria, quam vocat Superbam, ob fastum, magnificentiam, et gloriam, quam secum defert. Hujus imago fuit in Senatu: alata et pennata semper depingebatur, ut in antiquis Augustorum numismatis visitur.

47 *Rutulis incendia castris*] Rutuli fuerunt antiquissimus Italiæ populus, qui partem illam Latii tenuit in qua fuit Ardea. Rutuli duce Turno bellum adversus Æneam gesserunt, ut late scribit divinus Maro posterioribus sex Æneidos libris.

48 *Barbare Turne*] Hoc est, Latini; Latini enim quondam et Itali dicti sunt 'barbari,' maxime Græcis. Festus Avienus de Oris maritimis: 'Gens Punicorum mons quod altus barbaro, Id est, Latino, dicti, ut auctor Plautus est.' Plautus in Prologo Asinariæ: 'Huic nomen Græce Onagros est Fabulæ, Demophilus scripsit, Marcus vertit barbare:' hoc est, 'Latine.' Plautus in Captivis: 'Quid tu barbaricas urbes juras?' hoc est, 'Italas.'

49 *Laurens castrum*] Laurentum Latii oppidum, Pici regis opus, a sylva Laurea sic dictum, Virgilius vo-

Te quoque jam video, Marti placitura sacerdos,
Ilia, Vestales deseruisse focos:
Concubitusque tuos furtim, vittasque jacentes,
Et cupidi ad ripas arma relicta Dei.
Carpite nunc, tauri, de septem montibus herbas, 55
Dum licet: hic magnæ jam locus urbis erit.

nio Principe. O Vestalis Ilia, grata Marti Deo *futura, te etiam prospicio reliquisse ignes sacros; prospicio quoque congressum tuum clam* cum Marte, *et* tuas *vittas neglectas, et tela amantis Dei* illius *ad Tiberis ripas derelicta. O boves depascite jam, quamdiu conceditur, gramina de septem collibus. Mox hæc erit*

—52 Par. *Ylia;* cod. Lips. *Illa;* ed. pr. min. *illia.*—53 Ed. pr. min. *suos furtim victasque:* Schrad. correxit *tuos, urnam vittasque;* Voss. *datos furtim vittasque.* 'Si locus emendatione indigeret præferenda esset ejusdem conjectura, *Concubitusque tui furtum.* Vindob. *Custodesque tuos;* edd. vett. *victasque:* sic etiam libri Par. et Lips.' *Huschk.* adde cod. Dat. et Berol. 4.—54 Ed. maj. *Et c. ripas arma relitta dei:* præpositio omissa etiam est in Vicent. et Rheg. 'casu haud dubie, nec propter duarum vocalium *i, a, (cupidi ad)* synalœphen; quam si quis duram existimet, et propterea legendum censeat, *Et cupidi ripis arma, &c.* aures habeat necesse est delicatiores quam Romani, qui hæc sane et duriora ferre didicerant. Cf. Virg. Georg. II. 128. III. 135. IV. 342. Æn. IV. 40. et Tibull. I. 3. 18.' *Huschk.*—55 Angl. 2. *septem de,* quod reposuerunt H. Voss. et Bach, improbante Huschk.—56 Reg. Witt. 1. 2. Colb. Angl. 2. Guelf. 3. pro v. l. ed. pr. min. Mur. Plant. aliæ, *nam;*

NOTÆ

cat Æn. VIII. *arcem Laurentem:* 'Ut belli signum Laurenti Turnus ab arce,' &c.

Murusque Lavini] Lavinum seu Lavinium civitas fuit Latii ab Ænea condita, et a nomine Laviniæ conjugis Latini regio filiæ sic dicta.

50 *Albaque ab Ascanio*] Ascanius Æneæ filius, abundante Lavinii multitudine, florentem atque opulentam civitatem novercæ Laviniæ reliquit, novamque aliam sub Albano monte condidit, quam Albam a sue alba ibidem olim cum triginta fœtibus reperta vocavit, et Longam ab situ porrectæ in dorso urbis appellavit, illucque regni sedem transtulit. Virgil. Æn. I. 'Regnumque a sede Lavini Transferet, et Longam multa vi muniet Albam.'

51 *Marti placitura Sacerdos, Ilia*] Ilia, quæ et Rhea et Sylvia, filia Numitoris fuit, et Remi ac Romuli mater, quam Amulius, Numitore fratre pulso, et interfecto ejusdem filio Lauso, Virginem Vestalem fecit, ut per hoc ipsi spem partus adimeret. At illa in somnis a Deo Marte compressa geminos edidit fratres, qui postea Romam condiderunt.

53 *Vittasque jacentes*] Dum enim vult aquari Rhea, somno urgente, ad ripas Tiberis a Marte comprimitur, unde comarum turbata et soluta vitta concidit.

55 *De septem montibus*] A quibus nempe Roma septemcollis et septicollis est appellata. Montium nomina sunt hæc: Capitolinus, qui et Tarpeius, Aventinus, Palatinus, Cœlius, Esquilinus, Viminalis, Quirinalis.

Roma, tuum nomen terris fatale regendis,
  Qua sua de cœlo prospicit arva Ceres,
Quaque patent ortus, et qua fluitantibus undis
  Solis anhelantes abluit amnis equos. 60
Troja quidem tum se mirabitur, et sibi dicet
  Vos bene tam longa consuluisse via.
Vera cano: sic usque sacras innoxia laurus
  Vescar, et æternum sit mihi virginitas.

sedes ingentis civitatis. O Roma, nomen tuum fato destinatum est orbi administrando, quacumque Ceres ab æthere prospectat agros suos, et qua Oriens aperitur, et quacumque Oceanus agitatis fluctibus lavat solis equos anhelos. Tunc certe Troja admirabitur se, et inquiet vos bene secum egisse tam longa via. Prædico certa. Ita semper illæsa sanctas lauros comedam, et perpetuo adsit mihi virginitas. Sibylla

Angl. 5. Exc. Lips. ed. pr. maj. Vicent. Rheg. et Venett. *jam.*—57 E Guelf. 3. et Palat. 1. H. Voss. legit *rebus* pro *terris*, quod seq. versui male convenit: vulg. Broukhusius Virgilii testimonio Æn. I. 337. vindicavit.—58 *Quaqua* Florent. cf. Hor. III. Od. 3. 53. *respicit* Guelf. 2.—59 Cod. Lips. *fluentibus;* Voss. 4. *fluctuantibus:* H. Voss. *rutilantibus* ex ingenio dedit, ut occasus solis vividius describatur.—60 Par. *anelantes:* Berol. 4. *obluit.*—61 Cod. Lips. duo Broukh. Colb. Beroll. 1. 2. edd. pr. maj. min. et Ald. 1. *nunc se;* Par. Berol. 3. omnes Heyn. Witt. 1. 2. unus Broukh. Vicent. Rheg. et Venett. *tunc se:* Vat. Heins. 1. *te:* Berol. 2. *miratur.* Vide ad vs. 42.—62 *Nos* Exc. Lips. *longam....viam* omnes Beroll. Par. Witt. 1. 2. Broukh. 1. 2. 3. Colb. et plerique alii libri, quod Burm. ad Ovid. ex Pont. II. 9. 34. interpretatur: In utilitatem Trojæ statuisse et effecisse, ut bene illi cederet. Fuit etiam, qui defenderet istam lectionem e Justin. XLII. 5. 'Cum multa crudeliter consuleret.' Hic tamen 'consuleret' i. q. 'deliberaret,' 'animo agitaret.' Turbavit interpretes vel potius scribas absolute positum verbum, adeo ut objectum supponendum censerent; hinc corruptela *longam....viam.* Rectius vidit Scal. abl. reposito jungendum esse: dicet, vos sibi bene cons. i. e. bene prospexisse. Hanc emend. firmat Voss. 1. et prob. Crusius in Probab. Crit. p. 161. Synclit. adscripsit: 'In aliis codd. legitur *fugam*, quia fugit a patria. Sensus: vos feliciter fugisse ex Troja et venisse in Italiam. Cf. Justin. XXXI. 8. 3.—63 *Vera canam* Dat. et Beroll. 1. 3. *sacros* Berol. 2.

NOTÆ

56 *Magnæ jam locus urbis*] Diximus supra Romam Urbem Magnam vocari solere; fuit enim magna loci amplitudine et imperio. Propert. lib. III. Eleg. 9. 'Septem urbs alta jugis, toto qui præsidet orbi.'

57 *Roma, tuum nomen terris fatale regendis*] Virgil. Æn. VI. 'Tu regere imperio populos, Romane, memento.' Ovid. 'Montibus his olim totus promittitur orbis, Juraque ab hac terra cetera terra petet.'

58 *Prospicit arva Ceres*] Arva Cereris hic debent sumi pro toto terrarum orbe, non pro Sicilia, cum longe extra Siciliam undequaque suum Roma protulerit imperium; quod patet ex sequentibus, quibus per Ortum et Occasum totum orbem significat Poëta.

60 *Amnis equos*] Amnis hic sumitur pro Oceano, quo per noctem abluti et recipi fabulabantur Solis equos.

63 *Innoxia laurus*] Testatur Lyco-

Hæc cecinit vates, et te sibi, Phœbe, vocavit, 65
Jactavit fusas et caput ante comas.
Quicquid Amalthea, quicquid Mermessia dixit,
Herophile Phœbo grataque quod monuit;

vaticinatrix prædixit ista, et te sibi invocavit, o Apollo: at prius effusis capillis rotavit caput. Quodcumque Amalthea, quodcumque Marpessia prædixit, quodcum-

laurus Guelf. 1. 2. 3. Reg. Corv. unus Stat. Witt. 1. 2. Broukh. 1. 2. 3. Dat. et Angll. 2. 3. 4. 5. Aldus primus mutavit in *lauros*, infra tamen v. 117. retinens *laurus*.—64 *Noscar* Florent. ap. Stat. unus Broukh. Dat. Guarn. Par. et Beroll. 2. 3. *Noscam* in marg. Vindob.—66 Hunc locum, inquit Huschk. incorruptum posteritati tradiderunt librarii et edd. vett. sed male sedula Criticorum, qui subinde exorti sunt, natio, non contenta optimis, substituit deteriora, immo deterrima. Legitur quidem in Exc. Perr. *fusa coma;* in Goth. Berol. 2. et ed. pr. min. *fuscas*, et in marg. Berol. 2. *fussas;* in Berol. 3. *Jactavitque fusas:* hinc Scal. *Jactavit fusa sed c. a. coma*, quod Dous. Cant. Vulp. Broukh. servarunt. H. Voss. de conjectura reposuit, *Jactat diffusa dum caput, &c.* Achilles Statius veram vidit verborum constructionem, *Jactavit comas ante caput*, addens, Nescio, an capitis illam rotationem sic significet, an potius, dictis sortibus, passis crinibus vultum texerit. A Scaligeri auctoritate discedere nefas visum posterioris ævi criticis, donec tandem Heynius ad pristinam lectionem et Statii constructionem rediret, rem tamen ipsam non satis illustrans. Primum 'jactare comas' vel simpliciter, vel adjecto nomine dei, cui jactantur, formula est fanaticis propria: deinde illud etiam fanaticis proprium erat, 'fundere comas ante caput' vel 'ante frontem,' vel 'crines pendulos rotare in circulum.' Cf. Appul. VIII. p. 172. et IX. p. 198. ed. Pric.—67 Muretus, quem Vulpius sequitur, censet hæc pendere e superioribus vs. 18. *ipse, precor, &c.* ut hoc dicat Tibullus: Non tantum doce Messalinum, quid canat Sibylla Cumana, verum etiam, quicquid Amalthea cete-

NOTÆ

phron in Cassandra Vates consuevisse lauri folia comedentes vaticinari. Unde et Juvenal. Sat. VII. 'Nectit quicumque canoris Eloquium vocale modis, laurumque momordit.'

66 *Jactavit fusas et caput ante comas*] Fanaticorum, Vatum, et Divinaculorum esse nemo nescit, ut passis et effusis capillis caput rotarent, dum vaticinarentur.

67 *Quicquid Amalthea*] Ex Varrone decem numero Sibyllæ fuerunt. 1. Persica. 2. Libyca. 3. Delphica. 4. Cumæa. 5. Erythræa, Herophile dicta. 6. Samia. 7. Cumana, quæ Amalthea. 8. Hellespontiaca, quæ et Marpessia, Marmessia, et Marinessia, e Marpesso, seu Marmesso, seu Marinesso Troadis vico nata. 9. Phrygia. 10. Tiburtina, Albuna, seu Albunea vocitata. Plures Cumanam, Cumæam, et Erythræam confundunt, alii alias: ut nihil certi de his dici possit, ut ait Lactantius. Vid. Salmas. Plin. Exercit. Amalthea porro, quæ et Cumæa, aliis Demophile, dicitur a quibusdam ad Tarquinium libros novem detulisse vaticiniorum. Noster tamen Tibullus docet Albunam seu Sibyllam Tiburtinam, non vero Amaltheam, libros suos Romam portasse, et Tarquinio vendidisse.

Mermessia] [*Marpessia*] Alii legunt, *Marmessia*, et *Marinessia*.

68 *Herophile*] Alii legunt, *Heryphile;* alii, *Europhile*. Sacerdos Apol-

Quasque Aniena sacras Tiburs per flumina sortes
Portarit, sicco pertuleritque sinu: 70

que Herophile Apollini dilecta præmonuit, et quod Albunea detulerit sancta Oracula

ræque dixerunt, et quas sortes Tiburtina per flumina portarit. Quam rationem spernens Heyn. manifesta, inquit, res est, excidisse hic nonnulla, quibus aditus parabatur ad ea, quæ sequuntur. Idem Heyn. olim putabat factu opus esse, jungere proxima, *Hæc vates, ea Sibylla, cecinit, quicquid Amalthea et reliquæ dixerunt;* et distinguere: *Hæc cecinit vates, (sed te sibi, Phœbe, vocavit, Juctavit fusa sed caput ante coma,) Quicquid Amalthea, quicquid Mermessia dixit, &c.* Alteram statim expromit conjecturam hanc, versus 67-70. referendos esse ad vs. 79. *Hæc fuerit olim:* ita ut versus 71-79. sint ἐν παρενθέσει. Huschkio hæc potior videtur sententia Heynii, quamvis non docentis, unde pendeant conjunctivi *portarit, pertuleritque.* Nempe Tibullus fabulam de Sibylla Tiburte, quæ sortes per fluvium sicco sinu *portarit* et *pertulerit,* hoc ipso modo, id est, ambigue et dubitanter, tanquam rem fictam, commemorat et designat. In *Amalthea* ultima recte produci poterat, inquit Heyn. alioqui suspicari licet, fuisse *Amalthee,* ex Ἀμαλθείη, Ionice scripto nomine. *Marpesia* Witt. 1. 2. Broukh. 1. 2. 3. Beroll. 1. 2. 4. Par. omnes ap. Heyn. edd. pr. maj. min. Venet. 2. Rheg. Vicent. Brix. &c. *Murpessia* Scal. Colot. et Vat. Ursini; *Murmesia* Stat. Exc. Broukh. et Vat. Heins. 1. quod legi possit *Marinesia* ut in Exc. Pocc. et Vatt. 1. 2. *Marsepia* Dat. Berol. 3. et Angl. 4. *marphesia* cod. Lips. *Mermessia* scriptum est Salmasii auctoritate Exerc. Plin. p. 78. (alt. ed. To. I. p. 55.) a Broukh. ex Μερμησσὸς, quæ Stephano B. Troadis urbs est, et ap. Suidam κώμη Μαρμισσὸς, περὶ τὴν πολίχνην Γεργίτιον, adeoque sub Ida monte.—68 *Herifile* Broukh. 1. *Erifile* Broukh. 2. et Berol. 2. *Heryphile* Broukh. 3. Stat. et Aldd. *Heriphyle* cod. Lips. Venet. 2. Rheg. et Brix. *Heriphile* Berol. 1. Witt. 1. 2. Par. Corv. Rom. ed. Lips. ap. Heyn. et Venett. 1487. 1491. 1493. *Eriphyle* Vicent. *Eryphile* Mur. *Eriphile* Reg. *Herophile* Colot. *grata quod admonuit* Witt. 2. unus Broukh. Par. Angll. 2. 3. 4. Beroll. 1. 3. 4. et quinque ap. H. Voss. quod primum expressum est in Ald. 2. repetitum postea a Mureto, Plant. Scal. Dous. Passer. Broukh. Vulp. Voss. et Heyn. in prima, qui deinceps lect. nostram reposuit ex Guelff. 1. 2. Witt. 1. duobus Broukh. Angl. 5. et Vat. Heins. 1. eandem servant cod. Lips. edd. pr. maj. min. Bartol. Venet. 2. Brix. Vicent. Rom. Lips. Rheg. Venett. 1487. 1491. 1493. 1500. et Ald. 1.—69 *Quodque* Par. Witt. 2. unus Broukh. Scal. rec. Beroll. 1. 2. 4. ed. pr. maj. et Vicent. *Quotque* unus Stat. quod placebat Heinsio; *Quosque* Berol. 3. Dat. *Quas* Angl. 2. *Quasque* omnes Guelff. Broukh. 1. 3. Witt. 1. cod. Lips. ed. pr. min. Venet. 2. Brix. Rom. Lips. ap. Heyn. Rheg. Venett. 1487. 1491. 1493. et Aldd. quod revocavit Vulp. cum Scal. reposuisset *Quodque* e suo cod. *Albana* Witt. 1. 2. Broukh. 1. 2. 3. Angl. 2. Par. cod. Lips. Berol. 1. 2. 4. omnes Guelff. Corv. Reg. edd. pr. maj. min. Bartol. Venet. 2. Brix. Rheg. Vicent. Venett. 1487. 1491. 1493. et Aldd. *Aniuna* Exc. Lips. et Pocc. et Vat. Heins. 2. *Aulena* Vat. Heins. 1. et Colot. *Albuna s. Tiberis* est ex conj. Scal. *sacris* Reg. *tiberis* Par. et ed. Bartol. *Tiberis*

NOTÆ

linis Sminthei dicitur fuisse.

69 *Aniena*] [*Albuna*] Sibylla fuit Tiburtina: alii legunt, *Albana.* Hanc Romam libros vaticiniorum detulisse docet Tibullus per undas Tiberis, quas sortes seu libros vaticiniorum etsi aqua perluebat, siccas tamen et sicco pectore gestasse traditur, et regi Tarquinio Prisco vendidisse.

70 *Pertuleritque*] [*Perlueritque*] Plures legerunt, *pertulerit,* quod nec male.

Hæ fore dixerunt, belli mala signa, cometen,
Multus ut in terras deplueretque lapis.

per aquas Tiberis, et arido gremio rigaverit. Illæ prænuntiaverunt Cometen futurum esse infaustum omen belli, ut etiam in terram depluerent crebra saxa. Aiunt

Witt. 1. 2. et Venett. 1487. 1491. 1493. *Tybris* unus Broukh. Exc. Pocc. et Venet. 2. *Tibris.* Vatt. 1. 2. cum uno Broukh. *Tyburs* etiam Vatt. 1. 2. *tyburs* Ald. 1. *Tiburs* Exc. Lips. *fulmina* Broukh. 1.—70 *Portavit* Berol. 4. *Portaret* cod. Lips. *perlueritque* Beroll. 2. 4. cod. Lips. Par. Witt. 1. et Broukh. 1. 2. 3. *pertuleritque* Witt. 2. duo Stat. Colb. et Dat. *prætuleritque* Colot. quod H. Voss. in contextum intulit, 'verbum in tota Latinitate inauditum, sensuque cassum. Proba est animadversio Heynii, non idem esse portari, perferrique; 'nam non omnia quæ portantur gestanturque, etiam perferuntur.' Itaque exemplo ejus *pertuleritque* reposui.' *Huschk.*— 71 *Hæc* cod. Lips. Par. Witt. 1. 2. Broukh. 1. omnes Beroll. Exc. Pocc. Stat. Colb. Angll. 3. 4. 5. alii, cum edd. pr. maj. Venet. 2. Brix. Rheg. Vicent. et Venett. 1487. 1491. 1493. *Hæ* Broukh. 2. 3. Guelf. 3. et Aldd. *duxerunt* Berol. 3. *magna signa* Berol. 2. *cometem* Broukh. 1. 2. 3. Dat. Witt. 2. Par. edd. pr. maj. et Venet. 2. *cometen* omnes Beroll. et ed. pr. min.—72 Vat. Statii in marg. *Plurimus in;* cod. Lips. *Multis et;* in Beroll. Par. edd. pr. maj. min. Venet. 2. Rheg. Vicent. et aliis, *Multus et;* Guelf. 2. a m. sec. codd. Mur. et Stat. Guelff. 3. 4. et Venett. 1487. 1491. 1493. *Multus ut:* unus Stat. *in terris;* Angl. 2. et Scal. rec. *in terra:* Beroll. 1. 4. et Guarn. *depule-*

NOTÆ

71 *Hæ fore dixerunt*] Multi legunt, *Hæc;* sed melius *Hæ*, nempe omnes illæ Sibyllæ.

72 *Multus ut in terras deplueretque lapis*] Alii legunt, *Multus et in terris:* alii, *Plurimus in terris*, non, *terras:* et *deplucrit*, non *deplueret*, sed male. Recte enim legitur, *Multus ut in terras deplueretque lapis.* Lapidum porro pluvias frequentissimas suis temporibus Antiqui commemorant, quæ nostra, patrum, avorumque nostrorum ætate, vel nullæ, vel saltem paucissimæ commemorantur. Livius singulis pæne annis lapidatum esse de cœlo, seu lapides pluisse passim refert. Hæc legenti mihi, ac sæpius mecum reputanti, venit in mentem eos lapides non vere lapides, sed grandines ut plurimum fuisse grandioris magnitudinis, insigniqne duritie, lapidum naturam representavisse, proindeque lapidum nomine fuisse donatas. Exempla pono. Julio Cæsare contra Pompeium pugnante legimus exercitum Cæsaris lapidea saxorum grandine pæne obrutum esse. Anno Christi 823. lapidibus grandinavit circa solstitium æstivale in Burgundia. Anno 1567. in Helvetia potissimum in agro Tigurino ingens grando, cujus lapides galliinarum ova superabant, longe lateque devastavit omnia. Ex quibus constat illas frequentissimas lapidum pluvias a Veteribus diffamatas, non vere lapidum fuisse, sed grandinis amplioris magnitudinis. Recentiores porro Literatores nonnulli male censuerunt verbum, 'pluo,' carere supposito, semperque habere ablativum, ut Titus Livius lib. VI. de Bello Macedonico: 'Terracinæ et Amiterni nuntiatum est aliquoties lapidibus pluisse.' Sed præter usitatum Titi Livii in dicendo morem, Valerius Maximus de Prodigiis, 'in Piceno lapides pluisse' ait, sicut et hic, *deplueretque lapis.* Livius ipse lib. X. de Bello Macedonico ait: 'In area

Atque tubas, atque arma ferunt crepitantia cœlo
  Audita, et lucos præcinuisse fugam.
Ipsum etiam Solem defectum lumine vidit 75
  Jungere pallentes nubilus annus equos;
Et simulacra Deum lacrymas fudisse tepentes,
  Fataque vocales præmonuisse boves:—

etiam auditus esse in *aëre buccinas, et tela resonantia, et lucos prædixisse fugam. Quinetiam caliginosus annus spectavit Solem luce destitutum equos pallidos jugare, et Deorum imagines calidos fletus emisisse, et boves locutas prænuntiasse fata. Ista*

ritque; in nonnullis *deplueritque;* Scal. dedit *deplueretque,* ut habent Vindob. Monach. Goth. Voss. 3. et Guelf. 1. a m. sec.—73 Omnes Guelff. et Beroll. Witt. 1. 2. Broukh. 1. 2. 3. Par. Vat. Ursini, et Venett. 2. *strepitantia;* ed. pr. maj. *cripitancia;* Broukh. reposuit *crepitantia* ex Colb. Stat. Exc. Pocc. et Colot. sic antea erat in ed. pr. min. Bartol. Rheg. Venet. 2. et Vicent.; extat etiam in Guelf. 3. pro v. l.—74 Dat. cod. Lips. duo Voss. Beroll. 2. 3. et Ask. *pertimuisse;* Berol. 1. *ptimuisse,* quod idem est; Hamb. *concinuisse;* Angl. 3. *percinuisse;* Angll. 4. 5. *prætimuisse.* Memoratu digna est lectio, *Audita atque lupos præcicinisse fugam* in Berol. 4. Lupos etiam urbi accedentes sive eam pervagantes ululando inter mala portenta habebant Romani. Vide Virg. Georg. I. 485. Jul. Obseq. c. 123.—75 *Ipsum etiam Phœbum* Hamb. *defessum* Dat. Colot. Beroll. 1. 3. et Ask. *lumina* Voss. 5. quod tanquam exquisitius dictum ex e Mattii vetere libro receperat Broukh. improbante Huschk.—76 Par. *patentes,* non *palentes:* Witt. 1. Laud. Angll. 2. 3. 4. et Berol. 1. *nubibus:* Par. Berol. 4. Dat. Exc. Pocc. Corv. ed. pr. maj. (Venet. 2. ap. Broukh.) et Rheg. *amnis,* quod in vett. membr. etiam legi possit *annus,* ut in Beroll. 2. 3. ed. pr. min. Vicent. (Venet. 2. ap. Huschk.) Venett. 1491. 1493. et Aldd. *annis* vel *annus* in Berol. 1. *ānis* (i. e. *amnis,* vel *annis*) in cod. Lips. *ortus* malit Mitscherlich.—77 Vat. Heins. 1. et Guarn. *repentes.* ‘ Pendent vero hæc adhuc a voce *ferunt* in vs. 73. Nam continuare orationem *an-*

NOTÆ

Vulcani et Concordiæ sanguis pluit.’

73 *Atque tubas, atque arma crepitantia* [*strepitantia*] Alii legunt, *crepitantia.* Armorum crepitus, et tubæ sonitus auditos e cœlo Cimbricis Bellis testatur Plinius lib. II. cap. 57. Ovid. Met. XV. ‘ Arma ferunt inter nigras crepitantia nubes, Terribilesque tubas, auditaque cornua cœlo Præmonuisse nefas.’

74 *Lucos præcinuisse fugam*] Ovid. ‘ Cantusque feruntur Auditi, sanctis et verba minantia lucis.’

75 *Ipsum etiam Solem*] Ejusmodi Solis defectum, sicut et pleraque alia hic relata prodigia, accidisse aiunt eo anno, quo Cæsar Dictator occisus est. Refert inprimis Plinius prodigiosum et longiorem Solis defectum illo anno contigisse, totius pæne anni pallore continuo insignem.

77 *Et simulacra Deum*] Livius lib. XLIII. cap. 13. ait: ‘ Cumis in arce Apollo triduum ac tres noctes lacrymavit.’ Lucan. de Prodigiis Bellorum Civilium: ‘ Indigetes flevisse Deos, urbisque laborem Testatos sudore Lares.’

78 *Fataque vocales præmonuisse boves*] Boves locutos sæpissime referunt Scriptores. Valer. Max. lib. I. cap. 6. ait: ‘ C. Volumnio et Servio Sulpicio Consulibus, in urbe bos mugitu

Hæc fuerint olim. Sed tu jam, mitis Apollo,
Prodigia indomitis merge sub æquoribus: 80
Et succensa sacris crepitet bene laurea flammis;
Omine quo felix et sacer annus erit.

omnia *alias acciderunt. Tu vero modo, o benigne Apollo, obrue mari invicto portenta; ut laurus sanctis ignibus cremata fauste strideat, quo præsagio faustus, et sacer annus effluat. Sed laurus prosperu omina edidit. Lætumini, o agricolæ,*

nus vidit fudisse importunum esset. Itaque incommode distichon interjectum structuram et sensum dirimit. Enimvero disticha hæc duo inter se loco mutata sunt, et ita collocari debent:

Atque tubas atque arma ferunt crepituntia cœlo
Audita, et lucos præcinuisse fugam:
Et simulacra deum lucrymas fudisse tepentes,
Futaque vocales præcinuisse boves.
Ipsum etiam,' &c. Heyn.

—78 *Factaque* Guelf. 4. *deos* pro *boves* unus Stat.—79 Dat. Voss. 4. Berol. 3. et ed. Scal. *fuerunt;* nude Broukh. formavit *fuerint,* quod confirmant Monach. et Voss. 5. in Par. cod. Lips. Berol. 4. ceteris, *fuerant.* 'Hoc loco sibi opponuntur *olim* et *jam,* sicut I. 1. 25. 'modo' et 'jam;' alibi 'modo' et 'nunc.' Atque ita hunc versum primus interpunxit Saliger: alii aliter. Witt. 1. duo Angll. et Hamb. *jam tu:* non probo. Sed adhuc dubitant VV. DD. scripseritne Tibullus *Hæc fuerint,* an *fuerunt,* quæ Scaligeri est lectio.' *Huschk. fuerunt* exhibent etiam edd. Delph. Dous. Cant. et Vulp. 1. 'Hoc unice verum, quandoquidem in sententiis absolutis perfecti usus proprius est. Vide Catull. IV. 25. 'Sed hæc prius fuere: nunc,' &c. quem locum ad nostram lect. (*fuerunt*) vindicandam bene contulit Klindw. ad I. 10. 11. Inepte *fuerint.* Corrigendi ansam dedit correpta syllaba *fuĕrunt.* Exempla hujus licentiæ vide II. 3. 12. IV. 5. 4.' *Bach.*—80 *Ingne* (i. e. *tingue*) *sub equoreis* cod. Lips. *mergere* Bartol. et Ald. 1. non in ed. pr min. ut suspicabatur Huschk.—81 *Et* unus Broukh. duo Stat. Witt. 1. 2. Laud. Exc. Perr. Vatt. 1. 2. Dat. Guelf. 3. a marg. omnes Beroll. ed. pr. maj. Venet. 2. Vicent. Rheg. et Brix. quod revocavit Broukh. post Mur. et Stat. *Ut* duo Broukh. cod. Lips. Par. ed. pr. min. et (errat enim Huschk.) Rom. cum paucis aliis; *At* Guelf. 1. et Venett. 1487. 1491. 1493. *En s. s. crepitat* Guelf. 2. ex interpolatione: *trepidet* in Rom.—82 *Homine* Venet. 2. *Nomine* Rheg. pro *erit,* quod omnes Beroll. cod. Lips. Witt. 1. 2. tres Stat. Broukh. 2. 3. Dat. Exc. Perr. et Pocc. Par. edd. pr. maj. min. Bartol. Venet. 2. Vicent. Brix. Rheg. Rom. et Lips. testantur, *eat* habent

NOTÆ

suo in sermonem humanum converso, novitate audientium animos exterruit.' Paulo post: 'Bello etiam Punico secundo constitit Cn. Domitio bovem dixisse: Cave tibi, Roma.' Livius et Plinius frequenter boves locutos commemorant.

80 *Prodigia*] 'Prodigium' signum est insuitatum, quo aliquid prædicitur et portenditur, seu indicatur futurum. 'Ostentum' est quod præter consuetudinem apparet, ut, si videatur cœlum ardere, aut quando aliquod spectrum se ostendit. 'Portentum,' quod porro et diutius tendit, et futurum aliquid postea indicat, ut ululatus canum, et statuarum dejectiones. 'Monstrum' est id quod contra naturam est, et eo monet futura, ut homo tripes.

81 *Crepitet bene laurea*] Veteres existimabant laureis inesse vim quan-

Laurus ubi bona signa dedit, gaudete, coloni;
  Distendet spicis horrea plena Ceres.
Oblitus et musto feriet pede rusticus uvas, 85
  Dolia dum magni deficientque lacus.
At madidus Baccho sua festa Palilia pastor
  Concinet; a stabulis tunc procul este, lupi.

Ceres complebit horrea referta frugibus; et vinitor vino novo inquinatus botros plantis calcabit, quoad cadi et lacus capaces desint. At pastor vino ebrius festa sua Palilia celebrabit: tunc, o lupi, longe recedite ab ovilibus. Ipse vino madens

omnes Guelff. Reg. Corv. Voss. 2. Hamb. Venett. 1487. 1491. 1493. Aldd. Mur. Scal. Dons. Passer. H. Voss. Bauer. et Bach, probante Heyn.—83 *At laurus bona* ed. Colin. et Ald. 1. *Ut laurus bona* Guelff. 1. 4. Rom. Brix. et Venett. 1487. 1491. 1493. *Laurus ubi* Witt. 1. 2. omnes Zwicc. Angll. et Beroll. Broukh. 1. 2. 3. Stat. Land. Exc. Perr. Pocc. Falc. et Lips. Dat. Corv. Vat. 1. 2. 3. 4. Vat. Ursini, Colot. Scal. rec. et vet. edd. pr. maj. min. Bartol. Venet. 2. Vicent. cum aliis; hinc *Laurus io* concinnavit Heins. idque reposuerunt Broukh. et Heyn. *Laurus uti b. s. dedit! Gaudete* ex ingenio in contextum intulit H. Voss. eumque secutus est Bach. 'Reliquum est, ut veterem lectionem *ubi* revocemus, eamque cum Gesnero Thes. L. L. eo sensu sumamus, quo alibi etiam Tibull. posuit, v. c. I. 4. 31. II. 6. 47.' *Huschk. gaudere* ed. pr. maj. et Rheg.—84 *Distentet* Beroll. 1. 3. et alii, cum ed. pr. min. Bartol. Rom. Venett. 1487. 1491. 1493. et Ald. 1. *Descendet* Reg. *Discendet* ed. Lips. ap. Heyn. *Dissentet* Guarn. quasi velit *Distentet;* Par. Beroll. 2. 4. ed. pr. maj. Vicent. Rheg. et Ald. 2. habent *Distendet;* cod. Lips. *Distendet suprcis ōrea.*—85 Berol. 4. *Oblutus:* cod. Lips. Witt. 1. 2. Broukh. 1. 2. 3. Par. Beroll. 2. 3. 4. Guelff. Corv. Reg. et Bartol. *feriet*, quod postea expressum est in Plant. 1569. *feriat* Guelff. 1. 4. edd. pr. maj. min. Venet. 2. Brix. Rheg. Rom. ed. Lips. ap. Heyn. Venett. et Aldd. *fervet* in Berol. 1.—86 Broukh. tacite recepit *deficiantque* ex Witt. 1. 2. duobus suis (2. 3.) Statianis, Angll. 2. 3. 4. 5. et Dat. sed, ut vidit Vossius, corruptis; idem exhibent Par. omnes Beroll. Bartol. Venet. 2. et Vicent. *deficiuntque* Guelff. 1. 4. et ed. pr. min. unde patet ed. pr. min. et Bartol. non eandem esse, ut suspicabatur Huschk. *deficientque* Reg. unus Broukh. ed. pr. maj. et Rheg. *deficiemque* cod. Lips. nempe membranæ unde transcripsit librarius habuerat, forsan in litura, *deficientque.*—87 *Ac* Par. Witt. 1. 2. Broukh. 1. 2. 3. Dat. Reg. Corv. omnes Beroll. ed. pr. min. et Bartol. *At* cod. Lips. ed. pr. maj. Venet. 2. Vicent. Rheg. Brix. ap. Broukh. Venett. 1491. 1493. et Aldd. *Et*

NOTÆ

dam, qua futura demonstrarentur, et rerum exitum ex crepitantis modo, si igni adureretur. Si enim combusta clarius resonaret, felicitatem portendi putabant: contra vero si tacita deflagrasset. Propertius: 'Et tacet extincto laurus adusta foco.'

85 *Oblitus et musto*] Mustum vinum novellum est, et recenter e calcatis uvis aut lacu defluens. Non solum autem vinum, sed novellum quicquid est, recte dicitur 'mustum.' Nævius Gymnastico: 'Utrum est melius, virginemne, an viduam uxorem ducere? Virginem, si musta est.' Vide Nonium.

87 *Palilia Pastor*] Palilia, quæ et Parilia aliis dicuntur, Palis Deæ festa sunt, quæ a pastoribus in agris fiebant undecimo Kal. Maii, quo die Romulus urbem fundavit, ad lupos arcendos, morbosque a pecore pellen-

Ille levis stipulæ solennes potus acervos
Accendet, flammas transilietque sacras; 90
Et fœtus matrona dabit, natusque parenti
Oscula comprensis auribus eripiet.

tenuis paleæ cumulos festos inflammabit, et illos *ignes sacratos transiliet. Et matrona liberos parict et filius patri basia auferet arreptis auribus. Nec pigebit avum*

in marg. Guelf. 3. *bacho* Par. *palida* Rom. *Palilia* scripsit Muretus; ante erat in Aldd. etiam in Venetis *Parilia;* ita Heynius; at *palilia* extat in edd. pr. maj. min. et Bartol. in duobus postremis *sesta* pro *festa.*—88 *Continet* Berol. 2. et a marg. Scal. 1. penes editorem: cod. Lips. *tum;* ceteri *tunc.* Inficetum foret, inquit Huschk. quod neminem maluisse Heynius miratur: *a stabulis hinc procul este lupi.*—89 *Ille levi* Vicent. *solempnis* cod. Lips. *solemnis,* vel *solcnnis,* vel *sollcnnis* omnes Beroll. Witt. 1. 2. Broukh. 1. 2. 3. Par. Guelff. 1. 3. alii, cum edd. pr. maj. min. Venet. 2. Rheg. etc. *solennes* Dat. et Venett. 1491. 1493.—90 'Post *sacras* gravius distinguendum esse cum Broukh. aliisque edd. jam viderunt Voss. et Wund.' *Bach.* 'Ceterum non omnes edd. ante Basil. 1569. factæ, voci *sacras,* quod Voss. affirmat, majorem στιγμὴν vel punctum appositum habent, sed jam Ed. Rheg. duo puncta adhibuit, qua distinctione neque hic, neque, credo, Tuscanella, qui comma apposuit, declarasse censendus est, e Palilium religione expectari etiam lætum natorum proventum. Ridicula affingere bono viro, nefas. Heynius serio ita statuit. Sed recte Edd. illi existimarunt versus 89. 90. cohærere cum versibus 95. 96. &c. (certe Ed. Rheg. etiam voci *senem* vs. 94. duo puncta apposuit) reliqua autem interposita esse ex more Veterum, qui in precationum formulis hæc tria felicitatis publicæ momenta, frugum ubertatem, fœturam gregum, matronarum fœcunditatem plerumque conjungunt. Herod. III. 68. p. 231. Soph. Œd. R. 172. Aristoph. Pac. 1320. Æschyl. Eum. 905.' *Huschk.* Bartol. non interpungit post *Accendet;* nec habet *transiletque* ut in ed. pr. min. et Ald. 1. sed *transilietque.* Vide quæ jam annotavimus ad vs. 86.—92 Beroll. 1. 3. 4. Witt. 1. 2. Broukh. 1. 2. 3. Colb. Guelff. 1. 3. 4. Corv. Angll. 2. 5. Par. edd. pr. maj. min. Bartol. Venet. 2. Brix. Rheg. Rom. Lips. Venett. 1487. 1491. 1493. 1500. et Ald. 1. *comprcssis;* cod. Lips. *complessis;* sec *comprensis* Gyraldus, Livin. aliique emendarunt; primus recepit Scal. e codd. binis jam Stat. prætulerat; accedunt Guelf. 2. Scal. rec. et Vat. Heins. 1. *cum pressis* Angl. 4. *compresis* (i. e. *comprēsis,* vel *comprensis*) Berol. 2. quod egregie explanavit Stat. *naribus* pro *auribus* in ed. pr. min. Bartol. et Ald. 1. *auribus* in Reg. in

NOTÆ

dos. Propert. lib. IV. Eleg. 4. 'Urbi festus erat, dixere Palilia Patres: Hic primus cœpit mœnibus esse dies.'

90 *Flammas transiliet*] 'Palilia,' ait Varro, 'tam publica quam privata sunt apud rusticos, ut congestis cum fœno stipulis ignem magnum et flammas transiliant, his Palilibus se expiari credentes.' Ob hoc etiam Persius 'fumosa Palilia' dixit. Ovid. Fast IV. 'Moxque per ardentes stipulæ crepitantis acervos Trajicias celeri strenua membra pede.' Inde sane videtur ortus mos, quo Veteres quidam Christiani leguntur usi, ignem transiliendi certa anni die e fœno et stipulis excitatum, expiationis causa, et divinationis.

92 *Oscula comprensis auribus*] Alii legunt, *compressis.* Hunc omnium primus locum emendavit Lilius Giraldus: quod tamen quasi suum opus usurpavit Scaliger. Vide Lil. Girald.

Nec tædebit avum parvo advigilare nepoti,
  Balbaque cum puero dicere verba senem:
Tunc operata Deo pubes discumbet in herba, 95
  Arboris antiquæ qua levis umbra cadit;
Aut e veste sua tendent umbracula sertis
  Vincta: coronatus stabit et ante calix.

tenero nepoti advigilare, et vetulum blæsas voces proferre cum puero. Tunc juventus re divina Deo facta super herbam recumbet, qua parte tenue umbraculum arboris annosæ feretur. Aut illi *suis indumentis obtendent sibi umbellas sertis colligatas.*

litura scriptum erat; nempe legebatur olim *naribus.*—93 Broukh. ex Witt. 2. Dat. et Scal. rec. malebat *vigilare;* et sic in Beroll. 1. 3. sed id verbum, ut monet Heyn. paulo aliter dicitur; nempe assiduam operam et curam alicui rei impendere, ut 'studiis, famæ vigilare.'—94 *Bellaque* Reg. *discere verba* conj. Heins. et Heyn. ut II. 3. 4.—95 *Tunc et operta* Par. 'al. *operta*' in marg. cod. Bern. *adoperta* in cod. Lips. et Broukh. 1. *discumbit* cod. idem Broukh. *in umbra* Vat. Heins. 1. 2. Exc. Pocc. et Perr.—96 Idem codd. cum Dat. et Berol. 4. *unda;* Berol. 1. *antiqui q. l. unda,* et in marg. *umbra:* pro *cadit,* quod testantur omnes Beroll. Guelff. 2. 3. Witt. 1. 2. cod. Lips. Par. Broukh. 1. 2. 3. Statiani, Thuan. Colb. Angll. 2. 3. Dat. edd. pr. maj. min. Bartol. Venet. 2. et Rheg. alii ut Corv. Rom. Venett. 1491. 1493. et Aldd. Heynius etiam in Vicent. *cadet* legi profitetur; qua de re dubitat Huschk. Broukh. revocavit *cadit.*—97 *Aut e veste sacris* Guelf. 3. Broukh. 1. Berol. 1. a marg. et sic in ed. pr. min. *Aut cum veste sacris tendent* Venett. 1487. 1491. 1493. *Aut cum veste sua* Rom. ap. Heyn. et sic in Guelff. 1. 4. Reg. et Corv. *Aut e veste sua* cod. Lips. Par. Guelf. 2. Witt. 1. 2. Broukh. 2. 3. Laud. omnes Beroll. Exc. Pocc. et Lips. Scal. rec. Dat. Vatt. 1. 2. Angll. 3. 4. 5. ed. pr. maj. Venet. 2. Vicent. et Rheg. *tendet* Berol. 2. Reg. et ed. pr. min. *tendent* Bartol. Vide quæ annotavimus ad vs. 86.—98 '*Juncta* V. C.' in marg. Scal. 1. penes edi-

NOTÆ

Dialogo 6. Morsum puellorum in libando patris osculo luculenter exprimit Tibullus. Alludit et Plautus huic consuetudini in Pænulo cum Milphionem ita loquentem inducit: 'Sine te exorem, sine te prehendam auriculis, Sive dem suavium.' Idem Plautus alibi: 'Prehende auriculas, compara labella cum labellis.'

95 *Operata Deo pubes*] Rem divinam Deo facere, et 'operari Deo,' idem erat apud Veteres. Vide Notas ad hujus libri primam Elegiam. Virgil. Georg. I. 'Sacra refer Cereri lætis operatus in herbis.'

96 *Arboris antiquæ*] Conviviis lætis et festivis rivi et umbra recte conveniunt. Horat. I. Od. 1. 'Nunc viridi membra sub arbuto Stratus, nunc ad aquæ lene caput sacræ.'

97 *Tendent umbracula sertis*] Per illud vocabulum, *sertis,* hic non intelligi debere fasciculos florum contendit Scaliger. Serta enim idem ipsi est, quod funiculus et restis: unde putat apud Varronem, 'sertam ducere,' idem sit, quod funem seu restim ducere: et sane longe melius colligantur tentoria et umbracula funibus, quam florum fasciculis. Adde quod apud Varronem de Lingua Lat. lib. v. 'serta,' funem significare videatur, sicut et apud Palladium pluribus in locis. Sed forsan ingeniosissimus, et acutissimus Poëta herbam quandam maxime vulgarem intelligit,

At sibi quisque dapes et festas exstruet alte
  Cespitibus mensas, cespitibusque torum. 100
Ingeret hic potus juvenis maledicta puellæ,
  Postmodo quæ votis irrita facta velit.
Nam ferus ille suæ plorabit sobrius idem,
  Et se jurabit mente fuisse mala.

Ipsa quoque collocabitur patera in medio *redimita. Unusquisque vero epulas et mensas geniales, atque lectum cespitibus construet. Ibi juvenis ebrius dicet puellæ convitia, quæ tamen postea votis facta cupiat inania. Etenim ferox ille idem siccus*

torem: certe *Juncta* et *Vincta* fere similia sunt in codd. antiq. *Ipse; coronatus stabit et ipse calix* citat Heynius, sed ex quibus scriptis vel editis nescio: *et ipse* saltem habent cod. Lips. Par. Beroll. 2. 3. Reg. Corv. omnes Guelff. edd. pr. maj. min. aliæ, cui Broukh. ex Witt. 1. 2. Florent. et Sfort. substituit *et ante;* hoc testantur Beroll. 1. 3.—99 *Aut* unus Stat. et Berol. 4. *At tibi* Berol. 3. et Dat. *At libi* ed. pr. min. *extruat* Berol. 3. Dat. Scal. rec. Witt. 2. Par. Brix. et Venett. 1491. 1493. *exstruat* Berol. 4. et Guelff. 1. 2. 4. *exstruet* Beroll. 1. 2. ed. pr. maj. et Venet. 2. *extruet* ed. pr. min. et Vicent. pro *alte* in scriptis quibusdam esse *ante* Scaliger testatur, quod Bauer. mutari mavult in *arte.*—101 *Ingerit* Angl. 2. *Ingeret et* Beroll. 1. 3. Witt. 2. et Dat. pro *maledicta* Vulpius malebat *mala multa,* quia Plaut. et Terent. aliquoties scripserunt 'ingerere mala multa:' at Plaut. etiam Asin. v. 2. 77. 'quum dicta in me ingerebas.' Burm. ad Ovid. Trist. v. 10. 39. *mala dicta* e cod. Matt. affert, cui accedunt Guelf. 3. et Berol. 3.—102 Berol. 1. *qui votis.* 'Broukh. ait vulgatas habere *volet:* ego nusquam vidi.' *Heyn.* nec nos; sed Scal. 1. habet in marg. '*volet* V. C.'—103 Sfort. ap. Stat. *Jam ferus,* quod Vossio placuit. *Nam* explicat versum

NOTÆ

quæ Catoni de Re Rustica cap. 107. 'serta' dicitur, quam Plinius, et alii vocant 'sertam' et 'sertulam Campanam,' quod in Campania frequens maxime sit, vulgo 'melilotus' appellatur. Gramen quidem est ruri passim obvium, et ad tentoria ornanda et umbracula obliganda non prorsus ineptum.

98 *Coronatus stabit et ante calix*] Calices in conviviis coronari, hoc est, floribus redimiri, priscus mos fuit. Et qui e talibus poculis bibebant, tantisper dum ori calix admotus fuerat, coronati dicebantur, hoc est, umbrari. Sic etiam ipsum vinum coronatum et redimitum dicitur, ut apud Virgilium: 'Et vina coronant.' Interdum etiam lascivia quadam convivali in ipsum poculum spargebantur flores. Testis Tertullianus de Carnis Resurrectione. 'At enim,' inquit, 'et calix bene sibi conscius, et de diligentia ministerii commendatus, de coronis quoque potatoris sui inornabitur, aut aspergine florum honorabitur.' Testis etiam et præsto aderit Propert. lib. II. Eleg. 24. 'Nil tibi vina nocent, Cum tua præpendent demissa in pocula serta.'

99 *Festas exstruet mensas*] Mensas festas appellat epulas publicas et solennes, quas ex statis pecorum frugumque proventibus dapatice, et basilicum in morem, festorum dierum aut sacrificiorum causa, a rusticis concelebrari mos erat.

103 *Plorabit sobrius idem*] Qui potus et ebrius puellam convitiis et maledictis incesserit, pœnitentia postmo-

Pace tua, pereantque arcus, pereantque sagittæ, 105
Phœbe, modo in terris erret inermis Amor;
Ars bona: sed postquam sumsit sibi tela Cupido,
Heu, heu, quam multis ars dedit illa malum!
Et mihi præcipue, jaceo cum saucius annum,
Et faveo morbo; tam juvat ipse dolor! 110
Vixque cano Nemesin, sine qua versus mihi nullus
Verba potest, justos aut reperire pedes.

flebit, et jurabit se fuisse animo male sano. Tua venia, O Apollo, nulli sint arcus, nullæ sint sagittæ, dum Cupido nudus in terris vagetur. Ars amandi fuit olim *bona; at ex quo tempore Amor armis se instruxit, heu! quot hominibus ars illa incommodum attulit, ac mihi potissimum quandoquidem jam ab anno vulneratus langueo, et ægritudini indulgeo, quia morbus ipse delectat me. Ægre etiam celebro Nemesin, absque qua nullum carmen potest mihi aut voces aut aptos numeros inve-*

superiorem 102. pro *suæ* Reg. *seuæ:* Beroll. 1. 3. et Dat. *jurabit.*—105 Particulam *que* inscruit Broukh. ex Sfort. Statii; habent etiam Reg. et Goth. *pareant arcus* in Berol. 3. *sagictæ* in ed. pr. min. nempe apiculum prioris *t* in cod. unde ducta est hæc editio, extritum erat, ita ut formam antiq. lit. *c* induerit.—106 *Phœbe*, *nec in* Berol. 1. suprascr. *modo.*—107 Colb. et Thuan. *sumsit sua:* Broukh. 1. et Vicent. *tella;* alter Broukh. *bella.*—108 *Heu heu* testantur cod. Lips. Par. Sfort. et omnes alii Stat. omnes Beroll. Witt. 1. 2. Broukh. 1. 2. 3. Colb. Laud. Angll. 2. 3. 4. 5. edd. pr. maj. min. Venet. 2. Brix. Rheg. et Venett. 1491. 1493. *Heu mihi* Dat. unde patet hunc cod. haudquaquam eundem esse cum Broukh. 2. 3. ut suspicabatur Bach. in Elencho p. XXV. *Eheu* in nonnullis: *ista malum* Witt. 1. 2. Guelff. 2. 3. omnes Beroll. unus Broukh. Colot. Vat. Ursini, et Angll. 2. 3. 4. *ipsa* Par. *illa* testantur omnes Stat. Broukh. 1. 2. cod. Lips. Corv. Reg. Guarn. alii ap. H. Voss. edd. pr. maj. min. Bartol. Venet. 2. Brix. Rheg. Vicent. Lips. Rom. Venett. 1491. 1493. et Aldd.—109 *At* Broukh. 1. unus Stat. et sic conj. Livin. *Et* Vat. Ursini: Ed. pr. maj. *At mihi p. taceo cum saucius armum;* Vicent. *At mihi p. taceo c. s. annum;* ed. pr. min. Rheg. et Venett. 1491. 1493. *Et mihi p. taceo, &c.* Par. etiam *taceo.* Sed *jaceo*, quod Scal. substituit, confirmatur tribus H. Voss. et Guelf. 3. 'Miram scripturam exhibet cod. Lips. *At tibi p. taceo* 9 *sancius annus*, i. e. *cumsancius.*' Huschk. Sed errat Huschkius: 9 *sancius* nihil aliud certe est quam *cum saucius;* literæ enim *n*, *u*, et *v* pæne similes sunt in codd. antiq. Vide quæ annotavimus ad Catull. LXIV. 289. Unus Voss. in marg. *qui*, quod placet Huschkio: ed. pr. min. et Rheg. *sautius:* Heyn. conj. *jaceo cum saucius arcu*, improbante Huschk.—110 *Et foveo morbum* Angl. 5. *tam* est ex emend. Broukh. quod nunc confirmant Monac. unus Stat. Goth. et Voss. 1. *cum* exhibent cod. Lips. Par. omnes Beroll. Guarn. omnes Guelff. Corv. Reg. Witt. 1. 2. Broukh. 1. 2. edd. pr. maj. min. Venet. 2. &c. *tum* in Vat. Statii, et nonnullis aliis; Stat. ipse conj. *dum* quod habent Berol. 2. et Broukh. 3. probante Heyn. *juvet* pro v. l. in Guelf. 2. *dedit ipse* Guarn. *iste* Vat. Ursini.—111 '*Hicque* V. C.' in marg. Scal. 1.

NOTÆ

dum ductus, *sobrius*, hoc est, non potus, siccus et jejunus gratiam delicti fieri postulabit sibi, sacramento etiam interposito discupere sese id infectum indictumque fuisse, utpote quod mala et insana mente fecerit.

111 *Vixque cano Nemesin*] De Nemesi Tibulli amica jam supra, de qua

At tu, nam Divum servat tutela poëtas,
Præmoneo, vati parce, puella, sacro:
Ut Messalinum celebrem, cum præmia belli 115
Ante suos currus oppida victa feret,

nire. Tu vero, o puella, ignosce sancto Vati, prædico tibi, Deorum enim præsidium Poëtas tuetur, ut prædicem Messalinum, ubi portabit ante currum suum urbes

ap. editorem; *Usque* Par. Guarn. Zwicc. 1. 2. Witt. 1. 2. Broukh. 1. 2. 3. omnes Beroll. sex H. Voss. quatuor Stat. Dat. Angll. 2. 3. 4. 5. ed. pr. maj. Venet. 2. Brix. Rheg. &c. corruptum, ait Broukh. ex *Visque*, more Italicæ scripturæ. Sed ab Ald. 2. edi cœptum est *Vixque cano Nemesin;* quam lect. confirmant quatuor Voss. et locus simillimus Propert. II. 16. 32. 34. *Utque cano nemesim* ed. pr. min. *Usque* revocarunt Voss. Bauer. Wund. et Bach. Sant. in Bibl. Crit. p. 87. dicit: 'Audacior quis fortasse tentaret: *Urit amor Nemesis*, ut ad hunc Tibulli versum respexerit Martial. XIV. 193. 'Ussit amatorem Nemesis lasciva Tibullum.'—112 Berol. 1. *jussos;* Colb. *junctos:* unus Broukh. *reperiisse;* Guelf. 2. Beroll. 1. 3. 4. cum tribus aliis, *reperisse*, quod H. Voss. et Bach reposuerunt; Aoristi namque forma delectari aiunt Tibullum. Cf. II. 1. 10. Ovid. Am. I. 4. 38. I. 13. 5. Art. III. 455. Mart. de Spect. VIII. 2. Post h. vs. traduxit Scal. in h. l. e seq. Elegia vss. 15-18.—113 *A tu* Berol. 4. *poëtam* Angl. 3. Aldus verba, *nam D. s. t. poëtas*, uncis circumscripsit; quidni etiam *præmoneo?* inquit Huschkius: Heynius versum interpunxit, *At tu; nam divum servat tutela poëtas;* improbante eodem Huschk. —114 Colot. *tuo* pro *sacro*.—115 *Et* Stat. duo Broukh. Exc. Pocc. Berol. 2. Guelff. 3. 4. ed. pr. min. Bartol. Brix. Venett. 1487. 1491. 1493. et Ald. 1. *Ut* Guelf. 1. cod. Lips. Par. Beroll. 1. 3. 4. ed. pr. maj. Vicent. et Rheg. *celebres* Guelff. 1. 4. Brix. ap. Broukh. et Venett. 1491. 1493. *tum* cod. Lips. —116 *Ante tuos* Dat. *iucta* (i. e. ut recte legi debuerat in cod. *victa*) ed. pr. min.; *juncta* (quod sæpe scribitur *iūcta*) in Dat.; *vincta* (quod sæpe scribitur *vīcta*) in Beroll. 1. 2. 3. *forent* Witt. 2. Berol. 1. *ferent* Beroll. 3. 4. Witt. 1. duo Broukh. unus Stat. Par. Scal. rec. Dat. Angll. 3. 4. 5. Corv. Reg. ed. pr. min. Bartol. Venet. 2. Rheg. et Lips. ap. Heyn. *ferant* Guelff. 1. 4. et Brix. *feret* Vat. Ursini, Berol. 2. ed. pr. maj. et Vicent. *geret* cod. Lips.

NOTÆ

etiam Martial. lib. I. 'Fama est arguti Nemesis formosa Tibulli,' &c.

113 *Divum servat tutela Poëtas*] Vatibus nimirum sunt cum cœlo commercia, Numinisque divinitatem participant. Ovidius: 'At sacri Vates, et Divum cura vocamur.'

116 *Oppida victa feret*] In triumphis præferri solebant tabulæ, sive fercula, in quibus exhibebantur simulacra urbium victarum, montium et fluminum, atque etiam præliorum, quæ adversus hostes gesta fuerant. Hujusmodi pompæ meminit Cicero Orat. in Pison. Meminit Livius lib. XXXVII. ubi scribit: 'Scipio Asiaticus centum triginta septem urbium simulacra in triumpho duxit.' Tacitus Annal. II. 'Vecta spolia, captivi, simulacra montium, fluminum, præliorum,' &c. illa simulacra ex argento fuerunt in triumpho Tiberii. Ut refert Ovid. ex Ponto lib. II. Eleg. 1. in triumpho Julii Cæsaris de Galliis fuerunt ex citro: in ejusdem triumpho Pontico, ex acantho: in Alexandrino, ex testudine: in Hispaniensi, ex argento rasili. Alias ex aliis, atque aliquando ex auro.

Ipse gerens laurus; lauro devinctus agresti
  Miles, Io, magna voce, Triumphe, canet.
Tunc Messala meus pia det spectacula turbæ,
  Et plaudat curru prætereunte pater. 120
Annue; sic tibi sint intonsi, Phœbe, capilli,
  Sic tua perpetuo sit tibi casta soror.

debellatas, armorum fructus. Ego *ipse gestans lauros, sylvestri lauro obstrictus miles clara voce cantabo, Io triumphe. Tunc meus Messala genitor præbeat populo pia spectacula, et gratuletur curru transeunte; exaudi* vota nostra, *o Phœbe, ita tibi sint crines incædui, ita tua soror tibi semper pudica permaneat.*

Berol. 1. a marg., unus Stat. et Colot. *gerent* alter Stat.—117 *Ipse parens* in Venett. Angll. 2. 4. Beroll. 1. 2. 3. Colb. unus Broukh. Dat. Vat. Ursini, et Guelf. 2. exhibent *lauros*, et ita Pighius ad a. 758. Formam *laurus*, quod testantur Guelff. 1. 3. 4. Berol. 4. Witt. 1. 2. duo Broukh. Par. cod. Lips. edd. pr. maj. min. Bartol. Venet. 2. cum aliis, nobiliorem esse altera, *lauros*, monuit H. Vossius: *laurum lauro* Venett. 1491. 1493. *devinctus et ipse* Colb.—118 Berol. 4. *triumpha:* pro *canet*, quod exhibent omnes Beroll. Guelff. Reg. Corv. Witt. 1. 2. duo Broukh. Colb. omnes Stat. Vatt. 1. 2. 3. 4. Vat. Ursini, Scal. rec. et vet. Dat. Exc. Falc. Angll. 1. 2. 3. 4. 5. alii, *canam* e conj. reposuit Scaliger: ‘in quod et ipse incidi, quodque et nunc verum esse arbitror; si modo illa, *Ipse gerens* aliquam vim habere debent. Alioqui interpunctionem muto: *cum....victa feret Ipse gerens laurus: Lauro d. a. Miles.... canet.* Jam merus lusus est, mutare hæc velle, ut scribatur, *Ipse geret laurus*, scilicet Messalinus. Possit sane et hoc scribi.’ *Heyn.*—119 *Tum* e libris nonnullis Stat. Beroll. 1. 3. Zwicc. 1. 2. Dat. Venet. 2. Brix. Rheg. Venett. 1491. 1493. aliisque, cum Broukh. Vulp. et Voss. reposuit Bach; *Dum* habet ed. pr. maj. *Tunc* cod. Lips. Par. Beroll. 2. 4. et ed. pr. min. Langermannus *sua* mavult pro *pia*.—120 *Et placeat* cod. Lips. et a marg. *plaudat:* in uno Stat. *prætereunte parens.* ‘Noluit Poëta id, quod alicui in mentem veniat, ‘*Et plaudat* (sive *plaudant* sc. turba) *c. p. patri.*’ Heyn.—121 *Anue* Par. et sic in ed. pr. maj. *sic sint intonsi tibi* Beroll. 1. 3. *sic tibi sit intonsi* Berol. 4. et in marg. *sic.*—122 *Sit tua p. sit tibi* Berol. 2. *Sic tibi p. sit tua* Angl. 2. *perpetua* cod. Lips. Par. unus Voss. et Ald. 1.

NOTÆ

117 *Ipse gerens laurus*] Victoriæ insigne laureos ramos sibi milites præferebant currum triumphantis sequentes. Festus ait: ‘Laureati milites sequebantur currum triumphantis, ut quasi purgati a cæde humana intrarent urbem,’ &c.

118 *Io, magna voce, triumphe, [canet] canam*] Milites ita ramis laureis ornati *Io triumphe* inclamabant, qua vociferatione fausta omnia bona augurabantur, et victori Duci, et Reipublicæ. Nonnulli porro legunt, *canet*, hoc est, *ego ipse canam, &c.*

121 *Annue; sic tibi sint*] Post preces factas Poëtis familiare est blanditias aliquas addere, quibus Deos demulceant, et ad preces exaudiendas alliciant, per earum rerum, quas illis gratas esse norunt, obtestationem. Quod quidem hac particula, *sic*, fieri solitum observavi. Tibullus lib. III. Eleg. ultima: ‘Candide Liber ades, sic sit tibi mystica vitis Semper, sic hedera tempora vincta feras.’

ELEGIA VI.

Castra Macer sequitur; tenero quid fiet Amori?
Sit comes, et collo fortiter arma gerat?
Et, seu longa virum terræ via, seu vaga ducent
Æquora, cum telis ad latus ire volet?

Macer militiam sectatur, quid eveniet blando Cupidini? Si, ut cacula, militis ille *erit assecla, et impigre cervice portabit arma, et cum jaculis ad latus* heri *incedere cupiet, sive longum terræ iter, sive maria fluctuantia agent hominem:* o

Eadem in edd. pr. maj. et min. præfixa est inscriptio, *Ad amorem:* addit Vicent. *ut revocet Macrum sequentem castra, seque spe Nemesis teneri dicit.*—1 Cod. Lips. Par. ed. pr. maj. Venet. 2. et Rheg. *mater.* Ducta hæc lectio est e libris, ætate præcedentibus illos, qui substituerunt *Venus,* ut Colb. et Colot. Sed jam Vicent. habet *macer;* ed. Lips. ap. Heyn. *mr.* Porro cod. Lips. exhibet *tenero qs fecit amori.* Colb. *misero.*—2 *Si* unus Broukh. *Sit* cod. Lips. Par. omnes Beroll. Witt. 1. 2. Broukh. 2. 3. Colb. tres Palatt. Vat. Heinsii 1. 2. 3. 4. Scal. rec. et vett. Dat. Angll. 1. 2. 3. 4. 5. *gerat* cod. Lips. Broukh. 1. 2. 3. Colb. tres Palatt. edd. pr. maj. min. Bartol. Venet. 2. et Vicent. *ferat* Witt. 1. 2. unus Stat. Dat. Reg. Angll. 3. 4. Brix. Rom. et Venett. 1491. 1493. Scal. correxit, *Si comes, et c. f. a geret, Et....ire volet: Ure quæso, &c.* continuato sensu usque ad *otia liquit,* et ad Macrum omnia refert, contorta et impedita ratione. Heyn. emend. *Si comes e collo fortiter arma geret.*—3 Guelf. 2. Voss. 4. et Berol. 2. *terret* pro *terræ:* hinc nata altera lect. ed. pr. min. *ducunt* pro *ducent;* sed recte conjunguntur tempora *ducent* et *volet:* Angl. 2. exhibet *ducant.* Sfort. *mala* pro *vaga.*—4 Muretus vitium inesse putabat τῷ

NOTÆ

1 *Castra Macer sequitur*] Macrum familiarem suum in militiam relicta puella proficisceutem a proposito deterreri per Amorem cupit Tibullus. Tum in corruptos sui sæculi mores et luxum invehitur. *Macer*] Fuit ille Macer Veronensis, qui libros scripsit de Avibus, de Serpentibus, et de Herbis. Testatur id Ovid. Trist. II. 'Sæpe suas volucres legit mihi grandior ævo, Quæque nocet serpens, quæ juvet herba, Macer.' *Tenero quid fiet Amori*] Sic frequentissime dixerunt optimi lectissimæ Latinitatis Auctores. Plaut. 'Quid fiet mihi postea?' Cicero: 'Diodoto quid faciam?'

2 *Sit* [*Si*] *comes*] Alii legunt: *Sit comes, et collo fortiter arma gerat,* non *geret;* hunc que sensum efficiunt: Macer dedit militiæ nomen, quid interim fiet Amori, cui videtur renuntiasse? Sit omnino miles, et impigre militiæ labores omnes toleret. Amor interim individuus comes ab eo nunquam discedat, et contemtum sui in errone probe ulciscatur. Nos vero sic Poëtæ sententiam procedere putamus: Si Macer vult esse armiger, et comes, et assecla, et velut cacula cum telis sequi militem, vel ducem herum, o Amor, ure eum, &c. Hoc nempe scripsit Tibullus in invidiam vitæ militaris; Macrumque esse caculam potius quam militem facete dixit.

4 *Ad latus ire volet*] Milites ad bellum proficiscentes ducebant secum

Ure, puer, quæso, tua qui ferus otia liquit, 5
Atque iterum erronem sub tua signa voca.
Quodsi militibus parces, erit hic quoque miles,
Ipse levem galea qui sibi portet aquam.

puer, oro, inflamma eum, *qui inhumanus deseruit otium tuum, et rursus reduc vagum illum sub tua vexilla: quod si militibus indulgebis, et is ipse miles erit, qui sibi*

ire, et reponebat *ad latus ille volet;* et hanc emendationem admisit Vulpius, refutavit Heynius, præsertim cum sic parum commode Amor arma simul fortiter collo gerere et ad latus volare diceretur. Eodem incommodo laborat Heinsii conj. *ad latus usque volet.* Omnes omnium libri testantur *ire.*—5 Beroll. 1. 3. *puer otia*, et in marg. 1. *ferus:* Par. Witt. 2. Broukh. 1. ed. pr. min. Venet. 2. et Rheg. *ocia;* Witt. 1. *octia;* ed. pr. maj. et Vicent. *ocia linquit;* unus Stat. habet etiam *linquit.*—6 Pro *erronem* quatuor Palatt. exhibent *heroëm;* unus Palat. *extorrem;* alter Palat. Scal. rec. Angl. 2. Dat. Berol. 4. et Rheg. ap. Broukh. *errorem;* unus Stat. *Et verum erronem*, quod Berol. 1. habet a marg. hinc Passer. faciebat, *Et veterem erronem;* in Goth. *Et iterum erronem;* nihil similius in libris scriptis deprehenditur syllabis *it* et *u.* Hæc scripturæ diversitas suspicionem injecit H. Vossio, falsam esse lectionem vulgatam, ut quæ partim insolita significatione adverbii *iterum* pro *retro* laboret, partim etiam sono auribus molesto. Intulit ergo invitis codd. *Erronemque retro.* Heins. porro et Broukh. conjectura malebant *sub sua signa:* pro *signa* Reg. habet *juga;* Guelf. 2. *lustra;* Scal. rec. *regna;* Angl. 2. *castra.*—7 Florent. Stat. *parcis;* forte verius, inquit Heyn. hinc Passer. fecerat, *parsis*, i. e. peperceris; Guelf. 3. et Monac. *parcas*, (quod reposuerunt H. Voss. et Bach,) sed in Guelf. 3. syl. *es* superscripta. Vulgatam satis confirmant vs. 3. 4. et exempla quæ collegit Huschk. ad 1. 4. 65. *eris hic* Rom. et Venett. *ero et hic* conj. Dous. P.—8 *Ipse levi galea* Florent. Stat. Berol. 4. et Guelf. 2. hoc probatum Broukh. et Vulpio: *Ipse levem g. q. s. p. aquam*, quod ex omnibus fere libris et edd. revocavit Heyn. confirmavit aliquot aliorum poëtarum exemplis Vossius, ut Hor. I. Ep. 16. 17. Ovid. Fast. v. 662. *portat* Beroll. 1. 4. et Guelf. 2. a m. sec. *potet* Venett. 1491. 1493. et Aldd. *portet* omnes Stat. Witt. 1. 2. Broukh. 1. 2. 3. Exc. Pocc. Scal. rec. Dat. Vatt. Heins. 1. 2. Colot. Angll. 2. 3. 4. et Angl. 5. a m. pr. Beroll. 2. 3.

NOTÆ

servos, quos caculas vocant, fustibus et clavis ligneis armatos ad ipsorum tutelam, qui etiam ad latus heri sui arma ferebant. Plautus: 'Video caculam militarem me futurum.'

5 *Puer*] Cupido Deus Amoris, qui puer nudus, alatus, cœcus, et pharetratus fingitur, juxta illud vulgare: 'Cœcus, et alatus, nudus puer, et pharetratus.' Catullus in Argonauticis, seu in Epithalamio Pelei et Thetidis: 'Sancte puer, curis hominum qui gaudia misces.'

5 *Otia*] Venus enim et Amor amant otia, præcipuumque Amoris remedium, militare est, et res agere. Ovid. Rem. Am. 'Otia si tollas, periere Cupidinis arcus, Contemtæque jacent, et sine luce faces.'

6 *Erronem*] Alii legunt, *heroëm;* alii, *extorrem*, quod non est aspernabile.

Sub tua signa voca] Amatorum et Amoris otium et nugæ militiæ quoddam genus est: unde et Ovid. Art. Am. lib. III. 'Militiæ species Amor est, discedite segnes, Non sunt hæc timidis signa petenda viris.'

8 *Qui sibi portet aquam*] Plures legunt, *potet*, galeamque dicunt esse

Castra peto: valeatque Venus, valeantque puellæ!
  Et mihi sunt vires, et mihi facta tuba est. 10
Magna loquor: sed magnifice mihi magna locuto
  Excutiunt clausæ fortia verba fores.
Juravi quoties, rediturum ad limina nunquam!
  Cum bene juravi, pes tamen ipse redit.
Acer Amor, fractas utinam, tua tela, sagittas 15
  Ilicet, extinctas aspiciamque faces!
Tu miserum torques; tu me mihi dira precari
  Cogis, et insana mente nefanda loqui.
Jam mala finissem leto; sed credula vitam
  Spes fovet, et fore cras semper ait melius. 20

aquam vilem casside gerat. Ego *etiam militiam sequor; facessat Venus, facessant et puellæ. Mihi quoque robur est, mihi etiam buccina apta est. Magnifica dico: at mihi magnifica superbe locuto janua obserata dejicit magna dicta. Quam sæpe juravi me nunquam reversurum ad ædes* puellæ? *Nihilominus postquam multum juravi, pedes ipsi* illuc *regrediuntur.* O *asper Cupido, utinam videam arma tua, scilicet* tuas *sagittas disruptas, si fas est, et tædas* tuas *extinctas. Tu* me *infelicem crucias,* ipse *tu impellis me imprecari mihi execranda, et furenti animo nefaria proferre. Plerique* vitæ *miserias morte terminarent; sed credula spes alit vitam,*

Par. edd. pr. maj. min. Bartol. Venet. 2. et Rheg.—10 Muretus paucorum codd. auctoritate recepit *grata tuba est.* Habent hoc Exc. Perr. Pocc. et Broukh. et Vat. Heins. 2. Sed alterum hemistichium, *Et mihi sunt vires* haud dubie requirit et mihi *facta tuba est,* i. e. et mihi convenit res militaris, et ego sum factus, natus idoneus armis. *facta* habent Beroll. Witt. 1. 2. Broukh. 1. 2. 3. sex Palatt. Angll. 3. 4. 5. alii. In nullo libro desideratur *est.*—11 Exc. Lips. *parce locuto:* Hamb. *verba locuto:* Ask. Beroll. 1. 3. unus Stat. Witt. 2. et Dat. *magna loquenti.*—12 In Exc. Vat. Heinsii *grandia* ex interpretatione.—13 Cod. Lips. *quociems relicturum.*—14 *Quom* Witt. 1. Dat. et Berol. 3. *inde* Witt. 1. Magnas turbas hic movit Scaliger. Primum vss. 15-18. retraxit ad sup. Eleg. inter vs. 112. et 113. Porro subjecit hoc loco post illa, *pes tamen ipse redit,* vs. 33-60. ex lib. II. Eleg. 3. *At tu quisquis is es:* et in iis finivit Elegiam hanc, *Barbara gypsatos ferre castasta pedes.* Tum novam eamque septimam Elegiam orsus est cum verbis, *Finirent multi leto mala: credula vitam, &c.*—16 *Scilicet* Beroll. 1. 3. 4. Witt. 1. 2. Broukh. 1. Angll. 2. 3. 4. Par. cod. Lips. *Si licet* Berol. 2. Broukh. 2. 3. et Angl. 5. *Ilicet* Broukh. ex emend. Heins. et cod. Scheff. reposuit; idem testantur Vindob. et Voss. 5. —17 Reg. Corv. Witt. 2. unus Broukh. Angl. 5. et omnes Beroll. *dura* pro *dira;* unus Stat. *cura,* unde ipse *dura* faciebat; *dira* habent Witt. 1. duo Broukh. cod. Lips. Par. alii.—18 *Cogis et in sana* Rheg. *nephanda* cod. Lips.

NOTÆ

militis poculum. Unde Propertius: 'Potabis galea fessus Araxis aquam.' Puto tamen cum antiquis Codicibus legendum, *portet,* juxta illud Claudiani de Consulat. Honorii, lib. III. 'In galea portare nives.'

10 *Mihi facta tuba est*] Alii legunt, *mihi grata tuba est.*

12 *Clausæ fortia verba fores*] Amantibus usque adeo molesta est exclusio, ut nihil putetur in amore gravius. Hic vero notatur amantium instabi-

Spes alit agricolas; spes sulcis credit aratis
Semina, quæ magno fœnore reddat ager.

et dicit continuo cras melius futurum esse. Spes fovet aratores, spes committit cultis agris sementem, quam terra larga cum usura restituat. Ipsa spes *capit aves*

Par. ed. pr. maj. Rheg. et Venett. 1491. 1493. *pudenda* Colb.—19 *Finirent multi leto mala: credula, &c.* Exc. Scal. quod melius ait ille, atque adeo novæ inde Elegiæ initium fecit; eum secutus est Broukh. Nostram lectionem testantur Witt. 1. 2. Broukh. 1. 2. 3. Colb. Beroll. 3. 4. omnes Statiaui, quinque Palatt. omnes Angll. Exc. Vatt. Heins. 1. 2. 3. 4. et Vat. Ursini: *Jam mala fovissem leto* Dat. et Beroll. 1. 3. *Jam data fuissem* Guarn. *læto* ed. pr. maj. *crudela* Berol. 3.—20 Nostram structuram testantur omnes Beroll. Witt. 1. 2. Broukh. 1. 2. 3. Colb. duo Stat. Albertus de Eyb in Margarita Poëtica p. 61. Dat. Angll. 3. 4. Par. cod. Lips. Reg. Corv. Guelf. 2. Guarn. decem ap. H. Voss. (e quibus unus *forte* pro *fore*, unus item *erit* habet pro *ait*,) et ed. pr. maj. *semper cras fore ait melius* Goth. ap. Voss. duo Stat. ed. pr. min. et Bartol. probante Dousa. Alterum verborum ordinem, scilicet, *melius cras fore semper ait* exhibent Angl. 5. Zwicc. 1. 2. Guelf. 2. a marg. Venet. 2. Rom. an. 1475. Vicent. Rheg. Brix. Venett. 1487. 1491. 1493. 1500. &c. ad Heynianam usque recensionem: hunc revocarunt Voss. et Bach. 'Versus suffragiuosus, si non numero, at tamen verborum collocatione. Male *melius* sententiæ præponitur, quod rectius in altera lectioue, ut res ipsa, suspenditur. Sed etiam numerus suspectus. Auribus, inquit, (Vossius,) hic versus magis blanditur quam ille: audio. Sed fallax est istud aurium judicium, tanto hoc loco fallacius, quanto sæpius accidit Tibullo, ut numeri, ad nostrum sensum duriores, quos ille admodum frequentat, mutarentur ab interpolatoribus in meliores. Exempla vide ap. Heyn. (cf. I. 1. 50. I. 5. 62. II. 1. 8. II. 3. 40. et Broukh. ibid. ipsi II. 6. 22. item II. 6. 32. III. 6. 10. III. 6. 48. et Broukh. ibid.) Ergo fortasse assumenda est lectio ed. pr. min. Nullo modo. Nam ut in illa structura *melius*, ita in hac *semper* minus accurate præpositum, nec bene divulsum est ab *ait;* verbum autem *fore*, in quo haud dubie magna hoc loco vis inest, ita rursus collocatum video, ut pæne totum absorbeatur. Omnes veritatis numeros explet, sive librorum auctoritatem spectes, sive verborum collocationem, sive denique consuetudinem Tibulli, lectio ed. pr. maj. quam post tot annorum decursum sanissimo judicio restituit Heynius.' *Huschk.*—21 Heins. ad Sab. Ep. III. 91. *pax sulcis.* Berol. 4. et Ald. 2. *aratris.*—22 Berol. 1. et Ask. *quæ ut;* Berol. 3. *q ut:* cod. Lips. *femore reddit ager;* etiam Voss. 5. *reddit;* Par. *reddet.* Hunc versum imitatione adumbravit Ovid. Rem. Am. 174. 'Quæ tibi cum multo fœnore reddat ager:' unde Heins. l. c. correxit,

NOTÆ

litas, qui nunc aliud sibi proponunt, nunc aliud eligunt.

19 *Jam mala finissem leto* [*Finirent leto multi mala*] Plures legunt: *Jam mala finissem leto: sed credula vitam Spes fovet, &c.* Nemesin suam ne se præstet inexorabilem rogat, et Phrynes lenunculæ calliditatem detestatur.

20 *Spes fovet*] Ad Tibulli fere mentem Ovidius: 'Spes bona dat vires, animus quoque pascitur illa.' Nam sola spe lactantur mortales, quæ justitia, fide, pietate, ceterisque virtutibus in Cœlum fugientibus inter homines sola remansit. Unde illud ex Theognide: 'Spes Dea, quæ gentes falsa dulcedine semper Pasceret, in terris sola relicta fuit.' Spes autem credula dicitur, quod amatores faciat credulos de meliori fortunæ eventu.

22 *Fœnore*] Id est, reditu: fœnus enim hic est terræ proventus.

Hæc laqueo volucres, hæc captat arundine pisces,
  Cum tenues hamos abdidit ante cibus.
Spes etiam valida solatur compede vinctum; 25
  Crura sonant ferro, sed canit inter opus.
Spes facilem Nemesin spondet mihi; sed negat illa.
  Hei mihi, ne vincas, dura puella, Deam!
Parce, per immatura tuæ precor ossa sororis;
  Sic bene sub tenera parva quiescat humo. 30

laqueo, et pisces calamo, ubi antea exiguos uncos esca occultavit. Spes quoque sublevat constrictum firmis compedibus. Crura ipsi *catenis resonant, tamen cantat inter laborem. Spes Nemesim mihi benignam promittit: at illa detrectat. Heu me! o puella sæva, ne superes Divam. Indulge, rogo te, per ossa præmatura tuæ sororis. Ita placide tenera requiescat sub molli terra. Ipsa mihi veneranda est;*

quæ multo, improbante Bach; etiam Ovid. Fast. I. 694. 'ingenti fœnore' dixit.—23 Dat. ed. pr. maj. Venet. 2. et Rheg. *harundine.*—24 *Quom* Berol. 3. Dat. et unus Broukh. *hamos addidit an cibus*, i. e. *āte*, vel *ante*. Liber unus Broukh. in marg. *arte;* sic Burm. ad Propert. II. 25. 50. et sic in marg. Scal. 1. ap. editorem, scilicet, '*arte* V. C.' hoc receperunt Baner. et Voss. interpretantes 'dolo,' ut ap. Liv. I. 15. et Ovid. Met. XV. 473. Scribit tamen Huschk. Mirum, nulli dum editori in mentem venisse, hoc reponere, illud repudiare. Nam res ipsa loquitur. 'Fallaces' etiam cibos hos vocat Ovidius. Nimirum homines isti, pro simplicitate sua, existimarunt, piscatorem hamos cibo abdentem, hoc ipsum *arte*, i. e. fraude efficere, nec opus esse artem *arte* cumulare vel abdere. Vicent. *amos.* Heins. tentabat, *Cum tenues hamis subdidit ante cibos.* Sed cf. Ovid. Rem. 210. et Met. XV. 476.—26 *Cornua sonant* Guelf. 1. et Venett. *Arma sonant* in aliis: *et canit* Reg. *intus opus* Angl. 2.—27 Cod. Lips. Par. et edd. pr. maj. et min. *Nemesim.*—28 'Lectionem *Heu mihi* nescio an primum Heynius intulerit. Ego in nulla ante eum curata editione invenio, et, quod plus est, in nullo libro scripto. Par. *Hey mihi*, i. e. *Hei mihi;* cod. Lips. *Hei mihi:* ita edd. pr. etc. Theodorus Marcilius ap. Hor. Epod. XI. 7. corrigebat *Heu mi*, sive *Heu mihi*, pro *Heu me:* Credo, ait Bentl. quia alicubi apud Plaut. sic editum est: sed nihil mutandum. Recte. Ad extremum addit vir summus: Græci tamen οἴμοι casu dativo efferunt. Mirum. Nonne etiam Latini scribunt *Hei mihi?* immo perpetuo scribunt *Hei mihi, Heu me.* Libri meliores non variant, quin omnes consentiunt apud Propert. I. 3. 38. Iidem constanter alibi exhibent *Heu*, exhibituri etiam, nisi fallor, *Heu me*, si hac formula usus esset Propertius.' *Huschk.* Pro *dura* Laud. *lenta*, quod reposuit H. Voss. improbante et contra pugnante eodem Huschkio: unus Stat. et Guelf. 2. *bella:* Voss. 3. *non vincas pura puella.*—30 Guelf. 1. *sub terra;* Santen. in Bibl. Crit. P. III. p. 87. conj.

NOTÆ

23 *Arundine*] Hamis calamo infixis. Hamus autem est species unci curvi et parvi, cui esca piscibus objicienda affigitur.

25 *Compede vinctum*] Compes vinculi genus est, cujus arctura vinciebantur rei, captivi, et servi ad ergastula missi, atque etiam fossores, qui semper vincti et compediti erant. Juvenalis Sat. II. 'Squalidus in magna fastidit compede fossor.'

28 *Deam*] Spem nempe, quam non secus ac Fortunam Deam fecerunt. Ædis Spei in foro Olitorio meminit

Illa mihi sancta est; illius dona sepulcro
  Et madefacta meis serta feram lacrymis;
Illius ad tumulum fugiam, supplexque sedebo,
  Et mea cum muto fata querar cinere.
Non feret usque suum te propter flere clientem; 35
  Illius ut verbis, sis mihi lenta, veto:

munera ipsius tumulo inferam, et flores irrigatos lacrymis meis. Ad ipsius sepulcrum confugiam, et venerabundus assidebo, et deflebo cum illius Manibus tacitis sortem meam. Non patietur me *suum clientem semper plorare tui causa. Ut mihi*

sub tenui: Vat. Heins. 1. *sancta* pro *parva:* Reg. *quiescit.*—31 *Illa modo sancta est* cod. Lips.—32 Par. *ferant;* cod. Lips. et ed. pr. min. *serta feram;* ed. pr. maj. Venet. 2. Lips. ap. Heyn. et Rheg. *serta gerat;* Vicent. *geram.*—34 Angl. 2. *facta querar.*—35 Beroll. 1. 3. *tuum:* Cod. Lips. *fere;* unus Voss. *ferre;* Berol. 4. *foret u. s. te p. ferre.*—36 *Illius et* Angl. 2. 'Potest vero hic versus dupliciter construi: *Illius verbis veto;* ut *sis mihi lenta;* quod exemplum esset structuræ hujus verbi, quale se invenisse ullum negabat Perizon. ad Sanctii Minerv. p. 813. vel etiam: *Illius ut verbis,* h. e. tanquam ejus verbis: *veto sis* pro, ne sis.' *Heyn.* At *veto* ut *sis mihi lenta* Latinitati repugnare ait Huschk. Vide Hor. II. Sat. 3. 187. et III. Od. 2. 26. Broukh. 1. fortasse etiam unus et alter Stat. cum Ald. 2. Gryph. et Plant. *dura,* quod nulla habet editio antiqua: *lenta* revocavit Scal. idque testantur cod. Lips. Par. omnes Beroll. duo Broukh. Witt. 1. 2. unus Stat. Scal. rec. Dat. Angll. 3. 4. 5. et

NOTÆ

Cicero, quam fulmine dicit ictam. Ovid. de illa Dea: 'Hæc Dea, cum fugerent sceleratas Numina terras, in Dis invisa sola remansit humo.'

29 *Per immatura ossa*] Hoc est, per sororem tuam ante tempus in ossa et cadaver conversam; seu per mortem sororis tuæ intempestivam, et ante diem venientem. Sic Propert. lib. III. dixit: 'Per te immaturum mortis adimus iter.'

30 *Sic bene sub tenera parva quiescat humo*] Vita functis placidam quietem, terramque levem et mollem precabantur. Vetustæ testantur Inscriptiones, passimque Poëtæ, aliique Scriptores. Ovid. de Tibulli obitu: 'Ossa quieta, precor, tuta requiescite in urna, Et sit humus cineri non onerosa tuo.' Vide Notas in Elegiam quartam hujus libri.

31 *Dona sepulcro*] Quæ tumulis mortuorum offerebant, vel rogo cum cadavere comburenda injiciebant, munera dicebant. Vide Notas in Elegiam quartam hujus libri.

33 *Supplexque sedebo*] Solenne erat et usitatum lugentibus mortuos, ad sepulcrum sedere. In sacris Codicibus Ezechielis cap. 8. 'Ecce mulieres sedebant plangentes Adonidem.' Propert. lib. III. Eleg. 14. 'Afferet huc unguenta mihi, sertisque sepulcrum Ornabit custos ad mea busta sedens.'

35 *Te propter flere clientem*] Cultorem. Cliens est, quasi 'coliens,' a 'colens' dictus. Se clientem vocat sororis Nemesis, quod ejus olim amoribus, sicut Nemesi fuerit deditus, et quod eam præterea jam fato functam veneretur, maximisque prosequatur honoribus.

Ne tibi neglecti mittant mala somnia Manes,
  Mœstaque sopitæ stet soror ante torum,
Qualis, ab excelsa præceps delapsa fenestra,
  Venit ad infernos sanguinolenta lacus. 40
Desino, ne dominæ luctus renoventur acerbi.
  Non ego sum tanti, ploret ut illa semel.
Nec lacrymis oculos digna est fœdare loquaces.
  Lena nocet nobis; ipsa puella bona est.
Lena vetat miserum Phryne, furtimque tabellas 45
  Occulto portans itque reditque sinu.

lenis sis ipsius verbis deprecor; ne ejus *umbra* a te *contemta immittat tibi nova insomnia, ac soror* tua *dormienti tibi obversetur ante lectum, qualis ruens præceps ex alta fenestra cruenta adiit ad Stygios Lacus.* Sed his *abstineo, ne dolor sævus amicæ recrudescat; non ego tanti sum, ut ipsa vel semel fleat. Neque merita est argutos ocellos fletibus maculare. Ipsa est benigna fœmina,* sed *lena nobis obstat. Phryne lena infelicem* me *prohibet, et ipsa clam ferens arcano gremio literulas it et*

omnes edd. ante Ald. 2.—37 *Et tibi* Colb. *Nam tibi* Guelff. 1. 4. Brix. et Venett. 1491. 1493. *Non tibi* ed. pr. maj. Venet. 2. Rheg. et Lips. ap. Heyn. *Nec tibi* Beroll. 1. 4. et cod. Lips. *Nunc tibi* Rom. *Nec mihi* Berol. 3. *Ne mihi* Dat. *nova somnia,* i. e. quæ cum aliquo terrore animum percellunt, exhibent Witt. 2. unus Stat. Exc. Perr. et Voss. 1. 2. 3. cum edd. Scal. Broukh. Voss. et Bach: *nova semina* (i. e. *semnia,* et recte *somnia*) Berol. 1. Sed cf. Virg. Æn. v. 840. Tibull. I. 5. 13. III. 4. 95. et Hom. Od. Υ. 87.—38 *Mixtaque.... thorum* cod. Lips.—39 Berol. 2. *elapsa:* unus Stat. *sagitta* pro *fenestra.*—40 Ed. pr. min. *ad infernas.*—41 *Desine* duo Stat. Colb. et ed. pr. maj. *Desinam* in uno; *Des modo ne* in cod. Lips.—45 *Lena necat* Colot. Vatt. Heins. 1. 2. et Vat. Ursini, quod reposuerunt Broukh. et Heyn. *vetat,* quod illo simillimum est in codd. exhibent omnes Angll. et Beroll. Par. cod. Lips. novem ap. Voss. edd. pr. maj. min. Bartol. Rheg. Vicent. et Venett. 1491. 1493. *Lerna vetat* Berol. 4. *hirne* Berol. 1. *phirne* Beroll. 2. 3. Par. ed. pr. maj. et Rheg. *fyrne* cod. Lips. *phyrne,* vel *Phyrne* ed. pr. min. Venett. 1491. 1493. et Aldd. *furne* Vicent. Muretus reformavit *Phryne,* quod testatur Berol. 4. *Lena vetat miserum recipi* Exc. Perr. et Pocc. *fabellas* Berol. 3.—46 *Occulto positas* Berol.

NOTÆ

37 *Somnia*] Nocturnæ sunt apparitiones et spectra, quæ homines perterrefaciunt.

38 *Stet soror ante torum*] Nemesis quippe soror, de qua noster Poëta, cum e fenestra præceps decidisset, e vita repente excessit; ut statim subjicitur: *Qualis ab excelsa præceps delapsa fenestra.*

40 *Venit*] Ivit, adiit.

43 *Oculos fœdare loquaces*] Internos animi sensus loquuntur oculi inprimis amantium, maximamque vim habent vocis, unde 'loquaces' seu 'arguti' dicuntur. Cicero: 'Nam et oculi nimis arguti, quemadmodum animo affecti simus, loquuntur.'

45 *Lena vetat miserum Phryne*] Quidam legunt, *necat.* Phryne idoneum est lenæ nomen; Phryne enim quondam fuit scortum Athenis celebre, quæ cum amatoribus pacta est se labefacturam Xenocratis constantiam.

Furtimque tabellas] Ancillæ ceteræque fœminæ solebant, sicut et nunc, tabellas, literulas, seu libros amato-

Sæpe ego, cum dominæ dulces a limine duro
  Agnosco voces, hæc negat esse domi.
Sæpe, ubi nox promissa mihi est, languere puellam
  Nuntiat, aut aliquas extimuisse minas. 50
Tunc morior curis, tunc mens mihi perdita fingit,
  Quisve meam teneat, quot teneatve modis.
Tunc tibi, lena, precor diras. Satis anxia vives,
  Moverit e votis pars quotacumque Deos.

redit. Non raro quando ego suavem amicæ vocem ab ostio audio, inficiatur hæc ipsam *esse domi. Frequenter, postquam pacta est mihi nox, monet puellam ægrotare, aut reformidasse aliquas comminationes. Tum angoribus exanimor, tum animus vecors mihi effingit, vel quis meam* puellam *teneat, vel quot modis teneat. Tum te, o lena, diris devoveo. Abunde curis gravata,* et miseriis afflicta *vitam degas;* utinam *quantulacumque portio e* meis *votis Divos commoverit.*

1.—47 Pro *duro,* (quod exhibent Exc. Lips. et Pocc. Laud. Colot. Vat. Heins. 2. Angll. 2. 5. Guelf. 1. plures ap. H. Voss. edd. pr. maj. min. Bartol. Venet. 2. Brix. Vicent. Rheg. et Venett.) *diro* habent cod. Lips. Par. Guelf. 2. Hamb. omnes Beroll. Goth. alii, idque primum Ald. reposuerat.—49 Witt. 2. unus Broukh. duo Stat. Angl. 5. Corv. et cod. Lips. *nox mihi promissa est.* Edd. omnes vulgatam structuram exprimunt, servato verbo *est,* quod aberat ab uno Broukh. et Berol. 2. *permissa* in Reg.—50 Beroll. 1. 2. 3. Colb. Broukh. 3. Dat. et Ask. *pertimuisse;* Angll. et Berol. 4. agnoscunt *extimuisse,* quod firmatur Ovid. Her. XVII. 83. ' Et sæpe extimui, ne vir meus illa videret.' cf. Tibull. II. 3. 68. et Propert. III. 11. 42.—51 *Tum m. c. tum* H. Voss. *Tunc m. c. tunc* cod. Lips. Par. Beroll. et ed. pr. min. *sed mens* Exc. Perr. Vatt. Heins. 1. 2. ed. pr. maj. Venet. 2. Vicent. et Rheg. *tunc mens mea* Guelff. 1. 4. Rom. et Venett. 1491. 1493. *tum mens mihi* omnes Stat. *et mens* faciebat Heins. *mea* pro *mihi* habent etiam unus Broukh. et Colb. *ō perdita* cod. Lips. forsan pro *cum perdita:* Angl. 2. *fugit* pro *fingit.*—52 Berol. 2. *Quisne m. t. quotque teneatque:* Cod. Lips. *quod teneatve meam,* et in marg. *mōis:* unus Broukh. et Reg. *teneatque.*—53 *Tum* H. Voss. *diras satis anxia vivas* cod. Lips. Par. et Venett. 1491. 1493. *dure satis anxia vivas* ed. pr. maj. Vicent. Lips. ap. Heyn. et Rheg. *dire satis anxia vivas* unus H. Voss. *diræ* Guelf. 3. sed ascriptum *as;* unus H. Voss. et ed. pr. min. *dira: satis anxia vivas.* Heins. emend. *fati anxia* pro *satis anxia,* scilicet quia Silius Ital. IX. 450. hac formula usus est, vel etiam quia adverbium *satis* non bene adjectivo adjungi putavit. Hoeufftius Pericc. Crit. p. 222. scribit: ' Mallem Broukhusius sententiam versu majore non absolvisset; cum minore rectius conjunxit Heyn. manifeste enim subintelligitur *si* in *moverit;* quo sensu videri posset poëta scripsisse *vives.*' Huschk. addit: ' Hoc ab illo dubitanter positum, mihi prorsus nullam dubitationem habere videtur. Hoc exigit temporum consecutio, si *moverit, vives,* vel *pars quotacumque moverit, vives;* alterum, si *moverit, vivas,* merum est scripturæ mendum.' Vide Wyngarden Act. Soc. Traj. p. 193.—54 Cod. Lips. *cotacunque.* In fine hujus libri in Par. hæc leguntur, *Albii Tibulli poëtæ illustris liber secundus explicit. Incipit liber tercius ad Neæram amasiam suam.* In ed. pr. min. finis libri novique initium significatur ita, *Liber secundus explicit: incipit tertius.*

NOTÆ

rios, et alia scripta arcana sinu suo gestare. Ovid. Art. Am. lib. III.
' Conscia cum scriptas possit portare tabellas, Quas tegat in tepido fascia lata sinu.'

ALBII TIBULLI

ELEGIARUM

LIBER TERTIUS.

ELEGIA I.

MARTIS Romani festæ venere Kalendæ;
Exoriens nostris hinc fuit annus avis.

Kalendæ celebres Romani Martis advenerunt, unde nostris quondam *majoribus*

'Adhuc Tibullus suos ipsos amores cecinit. Nunc progreditur ad celebrandos aliorum sive veros sive fictos amores, Lygdami et Neæræ libro tertio, Cerinthi et Sulpiciæ libro quarto.' *Huschk.* Librum tertium Lygdamo Vossius, quartum Sulpiciæ aliisque auctoribus tribuit Heynius. In Guelf. 2. ascriptum est, *Hic liber est de amoribus Lygdami et Neæræ. Etenim Tibullus amavit solam Deliam et Nemesin: quod Ovidius ostendit.* In cod. Lips. *Ad Neæram suam:* cd. pr. maj. *Ad Neæram amasiam suam Liber* III. Sed notabilis est observatio V. D. ad marg. Vicent. in Bibliotheca Gotting. 'Hic liber inscriptus videtur Lygdami nomine, qui amabat Neæram. Alioquin Tibulli solas duas, Deliam et Nemesim, agnoscit Ovidius.' Nempe putavit V. D. librum Tibulli tertium Lygdami nomine inscriptum fuisse ad eum fere modum, quo liber Propertii primus putatur Cynthiæ. Huschk. conj. inscriptum fuisse *Epistolæ;* nam hic Epistolæ scribuntur *ad Neæram, ad Familiares.* Conjecturam suam confirmant notationes quædam cod. Par. Elegiæ libri tertii sextæ, id est, ultimæ, cui in hoc cod. annectitur Carmen libri quarti XII. *Ne tibi sim, mea lux, &c.* hæc addita est Nota: 'Repetuntur hi tres versus (hæc tria disticha) infra in fine libri, Epistola: *Estne tibi,* in fine Epistolæ.' Nimirum 'in fine Epistolæ' propterea, quod hic etiam cod. Carmen XII. annexum exhibet Carmini XI. Jam huic Carmini XII. hæc ascripta sunt verba: 'Habentur hi tres versus supra eodem libro circha medium Epistola: *Si mihi dificile est,* in fine Epistolæ.' Nempe 'eodem libro' scripsit Grammaticus, quia liber III. et IV. unum in hoc cod. constituunt librum, ut verba 'circha medium' sumenda sint pro, circa medium librum tertium. Medium autem circiter locum universæ hujus farraginis obtinet Elegia libri, quem nos dicimus, tertii sexta, a cujus versu 33. *Si mihi (Hei mihi) difficile est, &c.* nova vel separata incipit in hoc cod. Elegia, quam Grammaticus vicissim *Epistolam* appellat. In Exc. Perr. *Hic liber inscriptus videtur Ligdami nomine, qui Neeram amabat. Nam et Ovidius Amicas Tibulli duas agnoscit, Deliam et Nemesin.*—1 *Kalendæ* ed. pr. min. cum Par. *Calendæ* ed. pr. maj. cum cod. Lips. Vide Quintil. I. 4. 9. I. 7. 10. et Diomedem p. 417. ed. Putsch.—2 Om-

Et vaga nunc certa discurrunt undique pompa
  Perque vias urbis munera perque domos.
Dicite, Pierides, quonam donetur honore 5
  Seu mea, seu fallor, cara Neæra tamen.

annus incepit. Jam vero dona vaga hinc inde solenni ritu concursant per vicos et domos civitatis. O *Pierides, docete quonam munere debeat* a me *honerari Neæra,* quæ *sive mea est, sive decipior, nihilominus est mihi vere dilecta.* Mulieres *pul-*

nes Beroll. Par. Broukh. 1. 2. 3. Witt. 2. et plurimi alii cum edd. pr. maj. min. Bartol. Venet. 2. Brix. Rheg. Vicent. Venett. 1491. 1493. &c. *hic fuit,* quod Vulp. retinuit in ed. 1749. *hic sinit* cod. Lips. *sic fuit* Witt. 1. *hinc fuit* reposuit e suo libro, quicum consentiunt duo Voss. Ask. Monac. et Bern. —3 *Ut vaga* Guelff. 1. 4. et ed. Rom. quod recepit H. Voss. tanquam vividius, improbantibus Huschk. et Bach: *certa...pompa* displicet Lachmanno ad Propert. p. 164. reponenti *crebra,* quod occupavit Mitscherlichius in Tent. Crit. p. 12. *non certæ d. u. pompæ* Dat. *non certe d. u. pompæ* Berol. 3. *nunc certe d. u. pompæ* Berol. 1. et a m. sec. *certa d. u. pompa:* Angl. 2. habet *tecta* pro *certa.*—6 *Scit mea* Berol. 2. *falor* cod. Lips. Heinsius *seu falso,* locum ita

NOTÆ

1 *Martis Romani Kalendæ*] In more fuit olim positum apud Romanos, ut Kalendis Martiis ad invicem, maxime ad amicas mulieres, dona seu strenæ mitterentur. Quæ quidem consuetudo a Rege Tatio manasse dicitur, qui primum Romuli hostis, deinde collega in regno Romano fuit. Symmachus lib. x. Epistola 28. 'Ab exortu pæne urbis Martiæ strenarum usus adolevit, auctoritate Tatii regis, qui verbenas felicis arboris ex luco Streniæ anni novi auspices primus accepit.' Idem ejusdem lib. Epist. 20. 'Kalendas anni auspices, quibus mensium recursus operitur, impertiendis strenis dicavit Antiquitas.' Unde Poëta Musas obsecrat et obtestatur, ut ipsi velint aperire, quo potissimum dono carissimam suam Neæram debeat munerari. Tum easdem Musas enixe precatur, ut Versuum suorum Libellum diligenter exornatum et expolitum ad eam velint perferre, ipsumque apud eandem in quam maxima gratia ponere.

2 *Exoriens hinc fuit annus*] Decem mensium annum Romulus fecit, quorum primus fuit Martius, sic dictus vel a Marte, quod nempe is Romuli pater crederetur, vel ab illius gentis in re militari alacritate et præstantia. Macrobius lib. II. cap. 12. 'Romulus primum anni mensem genitori suo dicavit.' Festus vero de hoc ait: 'Martius mensis initium anni fuit et in Latio et post Romam conditam, eo quod gens erat bellicosissima.' Numa vero Pompilius, qui post Romulum regnavit, duos menses anno adjecit, Januarium nempe et Februarium; annumque a Kalendis Januarii, non amplius a Kalendis Martii initium habere voluit, quod postmodum Romani religiose observarunt. Kalendæ tamen Martiæ celebres maxime semper fuerunt, quod his strenæ etiam et munera mitterentur, et ignis novus Vestæ aris accenderetur, cujus denuo servandi cura incipiente velut anno inciperet.

5 *Pierides*] Musæ, quæ unde ita dictæ sint, supra sæpius et pluribus diximus.

Carmine formosæ, pretio capiuntur avaræ.
  Gaudeat, ut digna est, versibus illa meis.
Lutea sed niveum involvat membrana libellum,
  Pumex cui canas tondeat ante comas; 10
Summaque prætexat tenuis fastigia chartæ,
  Indicet ut nomen, litera facta, meum:

chræ versibus deliniuntur; sed *avaræ pecunia* tantum *et mercede capiuntur. Mea* vero Neæra *carminibus* meis *delectetur, ut meretur. At membrana crocea involvat librum* meum *nitidum,* quem ad illam mitto, *et pumex ante omnia exæquet albas comas; et litera picta obducat summa fastigia levis chartæ, ut nomen meum*

construens, *seu mea, seu cara tamen,* si fallor.—8 Verba, *ut digna est,* uncinata sunt in ed. pr. maj. Vicent. Rheg. et duobus Zwicc. pro *meis* Mur. corrigit *tuis;* et sic Colot. et Berol. 4. a m. sec.—9 *Luctea* Berol. 2. *Luthea* ed. pr. maj. et Vicent. *sol* Berol. 1. et a marg. *sed:* cod. Lips. *niveis i. m. linebellum;* Berol. 3. *involvant.*—10 *Pumicet et* Beroll. 3. 4. plerique Stat. Par. Witt. 1. 2. Broukh. 1. 2. Exc. Lips. Angll. 2. 3. 4. 5. alii, cum edd. pr. maj. min. Venet. 2. Brix. Rheg. Vicent. Venett. 1491. 1493. et Aldd. *Pumicet et canas pumicet arte* Berol. 1. et in marg. *tondeat;* in Berol. 2. cod. Lips. Pont. uno Broukh. et uno Stat. *Punicet et;* Guelf. 2. Voss. 3. 5. Exc. Perr. et Vatt. Heins. 2. *Pumex et;* Berol. 4. *Et pumex* a m. sec. Vat. Heins. 1. et Colot. *Pumex sed;* Scal. rec. *Pumix et; Puniet et* unus Heinsii, qui primum emendaverat, *Pumice et incanas,* deinde *Pumice quæ canas,* ut *tondeat* sit pro tondeatur, vel tondendas præbeat: *Pumiceque et* Guelf. 1. 'Fac in vetere quodam libro exaratum fuisse *Pumix c̄,* in alio *Pumix qū.* Hinc librarius fecit *Pumice que:* quod cum metro adversari videret, addidit commune illud supplementum *et.* Abjice hoc *et,* quod peperit alteram lectionem *Pumicet et,* mutansque *c̄* in *cui,* vel *qū* in *quoi,* (ut infra ad initium Eleg. 2.) lege, *Pumex cui canas, &c.* Sic habes lectionem, consuetudini Albianæ vel maxime convenientem.' *Huschk.* Cf. I. 6. 40. II. 1. 78. II. 2. 5. et II. 3. 43. *cavas tondeat arte* ed. pr. maj. et Vicent. nullus cod. habet *cavas,* perpauci *arte:* cod. Lips. Par. Beroll. 2. 3. 4. alii, cum ed. pr. min. Venet. 2. Rheg. Brix. Venett. 1491. 1493. et Aldd. *ante.*—11 *Spumaque p̄texat* cod. Lips. quod utrum sit *protexat,* inquit Huschk. an *prætexat,* ignoro; nam unus Stat. habet *protexat;* Par. *protexit:* sed vera lectio est *prætexat.* Cod. Lips. certissime habet *prætexat;* litera enim *p̄* lineolam contractionis supra habens omnino *pre,* vel *præ,* nunquam *pro* significat; sed *ꝑ* cum lineola recta inferius per caudam, *per,* cum lineola curva *pro,* legenda est. Berol. 1. *prætext at:* ed. Rheg. ap. Huschk. ascriptum exhibet in marg. *phyliris,* i. e. *philyris,* pro *tenuis.*—12 *Indicet et* Berol. 2. et unus Broukh. pro v. l. et sic in ed. Basil. 1569. *litera facta,* vel *littera facta* habent omnes Broukhusii, Statii, Vossii, Par. et Beroll. et sic in edd. vett. usque ad Basil. 1569. quæ exhibet *littera pacta,* quod arripuit H. Voss. Nullus cod.

NOTÆ

7 *Carmine formosæ*] Formosæ mulieres fastuosæ et arrogantes, quæ laudari amant; unde laudibus maxime deliniuntur.

9 *Lutea sed niveum involvat membrana*] Præclarum hic Tibulli locus testimonium de Veterum cura in exornandis et compingendis libris exhibet. Membranæ porro coloris lutei, seu crocei, aliquando etiam albi fiebant. Isodorus: 'Membranæ aut candidæ, aut luteæ, aut purpureæ sunt.'

Atque inter geminas pingantur cornua frontes;
Sic etenim comtum mittere oportet opus.
Per vos, auctores hujus mihi carminis, oro 15
Castaliamque umbram Pieriosque lacus,

ostendat: atque etiam inter geminas frontes cornua describantur; nam ita ornatum opus mittere oportet. Obsecro autem vos, o Musæ, *quæ mihi inspirastis hos versus, per vos* ipsas, *et per lucos Castalios, fontesque Pierios, adite domum*

habet *pacta;* Lips. *fata;* Guelf. 4. *sancta;* Schwarzius, ut jam Livineius, conj. *picta.* Pro *meum,* (quod testantur tres Voss. Angll. 3. 4. Laud. et sex alii pro v. l. scilicet Witt. 1. 2. Broukh. 1. 2. 3. et Angl. 2.) *tuum* exhibent cod. Lips. Par. omnes Beroll. Witt. 1. 2. Broukb. 1. 2. 3. Angl. 2. edd. pr. maj. min. Venet. 2. Brix. Rheg. Vicent. Venett. 1491. 1493. etc. *suum* Vat. Ursini.—14 In ed. pr. min. et Bartol. *Sic et †n† comptum:* absque hac ed. nesciremus qui factum sit, ut alii libri scripti editique exhiberent *Sic etenim,* alii *Sic etiam.* Nunc res apparet. Nimirum codex antiquissimus vocem obtulit mutilam, quam bona fide expressit illius auctor Editionis, ceteri pro suo quisque captu mutarunt partim in *etenim,* partim in *etiam.* Illud legitur in Par. Broukh. 1. 2. 3. Beroll. Colb. Witt. 1. 2. Statianis, Vat. Ursini, ed. pr. maj. Venet. 2. et Vicent. hoc in Guelf. 1. 4. Brix. Rom. ap. Heyn. Venett. 1491. 1493. et Ald. 1. *Sic et enim* cod. Lips. Vossius, quanquam nihil lacunosi in libris suis reperit, voci *etenim,* quam latam vocat, substituit *teneræ:* hoc magis delet quam explet veteris scripturæ vestigia, et magis languet quam *etiam.*—15 *Perque hos* Berol. 2. *Par vos* Par. *Parvos* Guarn. De præp. *per* in formulis obtestandi longe a suo casu remota, vide Gronov. ad Liv. XXIX. 18. Heins. ad Sil. I. 658. cf. Tibull. IV. 5. 7. et Virg. Æn. X. 369. *ejus* Dat. et Berol. 3. at *hujus* in marg. Berol. 3. *Per vos auctores, Musæ* exempl. Lips. (num cod. Lips.?) quod, si uno modo libro confirmaretur, Huschk. non dubitaret in contextum inferre.—16 *Castaliam umbrosam* Par. *Castalium nu-*

NOTÆ

13 *Inter geminas pingantur cornua frontes*] Cornua librorum sunt ornamenta, quæ variis plerumque coloribus pingebantur, erantque vulgo capitula quædam cornea, ossea, vel eburnea, in speciem lunulæ cujusdam efformata et corniculata, quæ ad frontem, et calcem, seu finem, et umbilicum librorum affigi solebant. Cornua illa, seu lunulam corniculatam Ausonius Menidem vocat in Commemorat. Professorum Burdigalens. XXVI. ‘ Quos legis a prima deductos Menide libri, Doctores patriæ scito fuisse meæ.’ Cornua in fronte librorum fuisse designata docet hoc in loco noster Poëta, cui concinit Ovid. Trist. I. ‘ Nec titulus minio, nec cedro charta notetur; Candida nec nigra cornua fronte geras.’ Ad umbilicum et calcem seu finem librorum apposita etiam fuisse cornua constat ex Martial. lib. XI. Epigr. 108. ‘ Explicitum nobis usque ad sua cornua librum, Et quasi perfectum, Septiciane, canis.’ Frontes vero librorum dicuntur extremitates membranarum in spiram complicatarum, quæ pumice poliebantur, dum in lucem emitterentur libri.

15 *Per vos, auctores*] Fœminino hic genere auctor effertur. Is porro dicitur auctor, qui rei alicujus efficiendæ facultatem habet, vel cujus ductu res aliqua perficitur. Unde cum Musæ Carminum Præsides fingantur, recte Poëtæ nostro ‘ auctores carminis’ dicuntur.

16 *Castaliamque umbram*] Amœnitas loci hic umbra dicitur: fontes enim

Ite domum, cultumque illi donate libellum,
Sicut erit: nullus defluat inde color.
Illa mihi referet, si nostri mutua cura est,
An minor, an toto pectore deciderim. 20

Neæræ meæ, *et offerte illi nitidum* meum *librum, qualis erit; nullus ex eo color decidat. Ipsa mihi* tum *renuntiabit, utrum sit ipsi mutuus amor mei, utrum*

men Voss. 4. in ora tamen *Castaliamque umbram:* Guelf. 2. pro *umbram* ab al. m. ascriptum habet *undam:* editio H. Voss. mendose *Castiliamque.*—18 *Sicut erit* testantur omnes Beroll. Par. cod. Lips. et edd. vett. ante Aldd. Statius, qui post Aldum edidit *Sicut erat*, in Vaticano, ait, *Sicut erit.* Num igitur in aliis Statianis *Sicut erat?* Ita videtur, sed non probaverit Huschkius: nam quod Romani in Epistolis imperfectum ponunt pro tempore præsenti, fit hoc, ubi de actione sermo est, quæ, quando Epistola legitur, præterlapsa est. Nunc autem sermo est de re corporea, nondum absoluta, per singulas certe partes ita descripta, ut nasci ante oculos nostros videatur, quam Musæ rogantur ut perferant Neæræ non *Sicut est*, nec *Sicut erat*, sed *Sicut erit*, i. e. qualis erit, ut supra scribit I. 3. 91. Hanc veram esse lect. contendit idem Huschkius. *Sicut erat* H. Voss. Bauer. et Bach reposuerunt. Bach scribit: 'In Vat. aliisque libris id Statius reperit.' Hoc falsum est. Subjungit: 'Vulg. *erit* vix bonum præbet sensum; etiam si corruptus et attritus esset habitus libelli.'—19 Santenius maluit, *Ille mihi;* Bauer. proposuit, *Ulla mihi:* Witt. 1. Broukh. 1. 2. 3. Guelff. 1. 4. Berol. 1. ed. pr. maj. Venet. 2. Brix. Rheg. Rom. et Venett. 1487. *referat*, quod Heynio placuit, adeoque reduxit in ed. tertia: *referet* Par. cod. Lips. Reg. Corv. Witt. 2. unus Stat. Dat. Angll. 3. 4. 5. Vat. Heins. 2. Vat. Ursini, duo Guelff. Guarn. tres ap. H. Voss. Beroll. 2. 3. 4. Bartol. Cyllenius in Comment. Venett. 1491. 1493. 1500. 1520. Dons. Passer. Scal. Vulp. Broukh. Cant. Lips. 1812. Voss. Wund. et Bach; *refferat* Vicent. *refert* ed. pr. min. et Aldd. Et hic patet edd. pr. min. et Bartol. duas a se esse omnino diversas. In altera hujus versus parte nihil usquam discrepantiæ reperitur, nisi quod Witt. 2. Dat. et Beroll. 1. 3. habent *nostri si.* Sed duplex vitium in his verbis deprehendisse sibi videtur Vossius, primum negans, recte deinceps poni *si....an*, pro *an....an*, deinde addens, nec illud ferri posse *si est*, cum sequatur *an deciderim:* hinc induxit in textum *nostri sit*, quemadmodum Virg. Georg. II. 227. et Martial. XI. 60. Vossium secutus est Bach. Sed cf. Propert. III. 5. 39. et Hor. I. Epist. 3. 30. —20 *An myrtum* Berol. 1. a marg. *An maneam* unus Stat. Vatt. Heins. 1. 2. et

NOTÆ

et fluvii arboribus consiti amœniores sunt et delectabiliores. Castalius autem fons est in Phocide ad radices Parnassi montis, Apollini consecratus, et Musis, quæ inde Castalides dictæ sunt.

Pieriosque lacus] An hic Tibullus fontem aliquem ad Pierum montem Thessaliæ Musis sacrum; an aliquem alium in Pieria regione, an Aganippen, seu Hippocrenen, Bœotiæ fontem iisdem Musis consecratum, intelligat, omnino incertum est.

20 *Pectore deciderim*] Hoc est, 'utrum mei penitus sit oblita;' curæ enim amantium in pectore, id est, in corde, esse dicuntur, non in memoria; quia nempe amor affectus est voluntatis, qua fertur amans in rem amatam; at memoria est etiam rerum, quæ nullo amore commendantur: malorum quippe præteritorum et miseriarum meminimus, quas minime volumus, aut amore prosequimur.

Sed primum nympham longa donate salute,
Atque hæc summisso dicite verba sono:
Hæc tibi vir quondam, nunc frater, casta Neæra,
Mittit et, accipias munera parva, rogat;

minor, utrum denique *ex ejus animo prorsus exciderim. Sed ante omnia multam illi dicite salutem, quam meretur, et hos* illi *voce humili referte sermones: O Neæra pudica,* ille qui fuit tuus *olim maritus, modo* autem est tantum *frater, hæc tibi*

Guelf. 2. et sic Pontanum legisse monent Pocc. et Perr. Heinsius conj. *Anne amer;* et in marg. Ald. *An maneam, toto p. an exciderim,* vel *Immemori totus p. an exciderim;* Ayrmann. in Vita Tibulli, 86. *Aut minor, an;* Stat. in Vat. viderat *e toto,* et hinc conj. *et toto;* sic scribens, *An minor, et* (vel *ac*) *toto pectore deciderim?* Laud. Ask. Berol. 1. et Angll. 2. 3. habent *corpore* pro *pectore;* Angl. 4. *corpore,* vel *pectore.*—21 *Sed premium* Dat. *Sed p. meritum* Berol. 1. Scal. rec. Angl. 3. Par. Ask. et Hamb. unde alii fecerunt *marathum* ut in Laud. et Angl. 2. vel *myrtum,* ut in Exc. Lips. vel *myrcum,* ut in Thuan. vel, ut in Reg. *myrthum;* unus Stat. duo Palatt. unus Broukh. Commel. Hamb. Voss. 2. Exc. Pocc. et Perr. Corv. Berol. 4. Angll. 3. 4. 5. Rom. an. 1475. Venett. 1487. 1520. Dous. Scal. Passer. Broukh. Voss. Wund. et Bach, *meritam;* hoc pro v. l. habent etiam Berol. 2. et Broukh. 2. *Sed primum larga* in Witt. 1. sed lacunam alia manus alio incausto supplevit, inserendo *nympham,* quod testantur Broukh. 1. 2. Beroll. 2. 3. edd. pr. maj. min. Bartol. Venet. 2. Vicent. Rheg. Aldd. et Stat. *mympham* cod. Lips. Pro *longa* complures libri, in his cod. Lips. Par. Beroll. 2. 4. Witt. 1. Broukh. 1. 2. 3. Reg: Corv. Guelff. Angll. 3. 4. 5. Colb. edd. pr. maj. min. Bartol. Venet. 2. Vicent. Rheg. Lips. Rom. Venett. 1487. 1491. 1493. 1520. etc. *larga:* sed in Scal. rec. Dat. uno Stat. duobus Palatt. Witt. 2. Beroll. 1. 3. et Exc. Perr. est *longa,* quod Scaliger reposuit, laudans Virg. Ecl. III. 79. et Propert. III. 11. 50. cf. Stat. IV. Sylv. 4. 10. Santen. ad Propert. p. 917. malit, *Et primum, &c.*—22 *At hæc* Berol. 3. *Atque hoc* Berol. 4. *ducite verba* Berol. 2.—23 Pro *vir* Voss. 3. *doix,* i. e. inquit Huschk. *conjux;* quæ glossa e marg. in textum irrepsit: pro *quondam* in cod. Lips. *condam.*—24 Colb. Guelff. 1. 4. Rom. Brix. et Venett. 1487. 1491. 1493. *ut* pro *et;* sed excipienda est, quam Heyn. addit Ald. 1. quæ *et*

NOTÆ

21 *Longa donate salute*] Tanquam optima; seu, 'Jubete multis verbis salvere.' Salutare autem et salutem dicere non tantum advenientibus, ut nonnulli putarunt, sed abeuntibus etiam tribuitur. 'Longum' enim 'salvere,' 'longum valere' dicebant Veteres. 'Et longum, formose, vale, vale, inquit, Iola.'

23 *Hæc tibi vir quondam*] Sic etiam ad mentem sui,uostrique Tibulli Ovidius Heroid. Epist. VIII. 'Alloquor Hermione nuper fratremque virumque, Nunc fratrem; nomen conjugis alter habet.' Istud vocabulum, *quondam,* hoc loco non præteritum, sed futurum designat tempus, ut apud Virgilium: 'quondam tua dicere facta Tempus erit.' Primum autem hunc versum sequens ille aperte interpretatur, 'Sive sibi conjux, sive futura soror.' Non enim legitimo unquam matrimonio juncta fuit cum Tibullo Neæra, sed tantum de ejus amore sperare se profitetur, ut postea relictis omnibus aliis uni sibi adhæsura sit. Tibullo enim, qui hic ficto Lygdami nomine videtur adumbrari, promiserat Neæra se futuram uxorem: at mutata deinde sententia, ut est varium et mutabile genus fœmina, ad quendam alium appulerat animum.

Teque suis jurat caram magis esse medullis: 25
Sive sibi conjux, sive futura soror.
Sed potius conjux; hujus spem nominis illi
Auferet extincto pallida Ditis aqua.

paucula dona mittit, et orat, ut *accepta habeas;* insuper *etiam jurat te* sibi *plus suis medullis esse dilectam, seu* velis esse *ipsi uxor, seu* sis tantum *futura soror: at potius uxor; hujus* quidem *nominis spem mortuo ipsi eripiet* tantum *lucida aqua Ditis.*

habet: *ut acceptes* Berol. 2.—25 Cod. Lips. *jurat que caram:* Reg. *magis caram;* deberet saltem, inquit Heynius, *mage caram.*—27 Berol. 1. *spes.*—28 Guelff. 3. 4. *Aufert,* i. e. *Auferet;* vide ad v. 19. ed. pr. min. *Auferat:* Reg. *dulcis aqua.*

NOTÆ

Id vero cum comperisset Lygdamus, vel potius sub Lygdami persona Tibullus, amore incensus omnem movit lapidem, ut nuptias istas divelleret, Neæræque animum sibi reconciliaret. At inprimis, ut eam flecteret, misit ad eam suum hunc tertium Elegiarum librum, in quo viri et conjugis nomine utitur, ut in Neæræ memoriam revocet nuptiarum et vinculi sponsionem, qua se Tibullo obligarat. Iste igitur sensus est horum versuum: Accipies, o Neæra, ab eo hoc munusculum, qui, quondam tuis adductus verbis, et lactatus promissis, speravit fore ut tuo conjugio et amplexu frueretur, ideoque te amavit ut vir; nunc vero cum ipsum descrendo alterius esse vis, non abjicit ille quidem omnino conjugis spem, sed eodem interim amore te complectitur, quo frater sororem solet. Atque ita tibi persuadeas, te mihi semper fore carissimam; sive soror tantum mihi, sive, quod longe vehementius opto, uxor futura sis; hujus enim nominis spem sola mihi mors eripere poterit.

28 *Pallida Ditis aqua*] Lethe, adeoque mors. Pallidam porro dicit aquam, quam infra dicit ignavam Elegia tertia: ‘ Dives in ignava luridus Orcus aqua.’ Idem etiam infra Eleg. quinta: ‘ Parcite, pallentes undas quicumque tenetis.’ Dis autem Deus Inferorum est, frater Jovis et Neptuni, qui et Pluto dictus est; utroque nomine a divitiis deducto, quæ ab inferis, id est, ab intimis terræ visceribus, eruuntur.

ELEGIA II.

Qui primus caram juveni, carumque puellæ
Eripuit juvenem, ferreus ille fuit.

Ille fuit inhumanus, qui primo amabilem puellam viro ætate florenti, et puellæ

In ed. pr. maj. inscripta est, *Queritur de discidio amoris:* ed. pr. min. præmittit hæc, *De amoris discidio queritur nomine ligdami:* ed. Rheg. *Cū queritur*

Durus et ille fuit, qui tantum ferre dolorem,
  Vivere et erepta conjuge qui potuit.
Non ego firmus in hoc; non hæc patientia nostro 5
  Ingenio; frangit fortia corda dolor.
Nec mihi vera loqui pudor est, vitæque fateri
  Tot mala perpessæ tædia nata meæ.

juvenem dilectum abstulit. Ille etiam fuit stupidus et vecors, qui potuit tam magnum pati malum, et ablata sibi puella in vivis superesse. Non equidem sim *ipse* tam *constans; neque talis est animi mei durities. Dejicit* etiam *dolor fortes animos. Ista* quidem *dicere me pudet, et confiteri tædia cognita vitæ meæ, quæ*

de dissidio amoris ligdani et optat funeri suo interesse Neæram: et ejusdem Lygdami epithafium. 'Illud *Cū*, non dubito, quin mutandum sit in *Qui*, ut clare legitur in cod. Lips. *Qui de amoris dissidio queritur nomine Lygdami, &c.* h. e. Elegia, quæ in fronte habet *Qui*. Sic Veteres citare solebant libros et carmina.' *Huschk.*—1 *Qui primum* Broukh. 1. et vulgg. inde ab Aldd. *Cui primus* Angl. 2. *Quis primus* Berol. 1. *Qui primus* Thuan. Scheff. Beroll. 2. 3. 4. omnes Stat. Broukh. 2. 3. Witt. 1. 2. liber Mattii ap. Broukh. Laud. Exc. Pocc. Vat. Heins. 2. Dat. Angll. 4. 5. Corv. Reg. Par. cod. Lips. edd. pr. maj. min. Venet. 2. Rheg. Brix. et Vicent. *carumve* Guelf. 1. Guelf. 3. pro v. l. Colb. Dat. Vat. Ursini, Angll. 3. 4. Beroll. 1. 2. 3. Voss. 4. Monac. et Hamb. *caræque* ed. pr. Vicent. Rheg. et Venett.—2 *Erripuit* Par. et Voss. 4. *Erripiunt* Berol. 3. *Eripiunt* Dat.—3 *Ferreus ille fuit* boni aliquot libri repetunt, ut Exc. Pocc. et Perr. Vatt. Heins. 1. 2. et Colot. sed particula *et* abesse nequit, nisi cum Hoeufftio Peric. p. 222. legere malis, *Durior ille fuit;* quam Huschk. egregiam vocat emendationem. Vide Sant. Bibl. Crit. p. 72. Cf. Ovid. Her. xv. 154. seq. XIII. 140. Art. Am. I. 536.—4 Reg. *exempta conjuge.*—5 *Non ego fortis* Exc. Pocc. Colot. et Vat. Heins. 2. Nostram lect. exprimit ed. pr. min. eandemque habent Par. Beroll. 1. 3. 4. unus Broukh. complures ap. H. Voss. Witt. 2. Reg. Corv. Rom. an. 1475. Venett. 1487. 1491. 1493. Aldd. Colin. et Gryph. eam Jov. Pontano deberi Pocc. et Perr. in Excerptis notarunt; nam in libris antiquis legi, *non hoc patiemur et æquo Ingenio;* sic cod. Lips. Witt. 1. Broukh. 1. Vat. Heins. 2. ed. pr. maj. Venet. 2. Rheg. Vicent. cum aliis; in Berol. 2. *non patiemur e nostro*, sed lacunam supplevit alia manus, scribendo inter lineas *hoc;* et sic est in uno Broukhusii: in Vat. Statii, *non hoc nostro patiemur Ingenio;* Goth. *non hæc nostro patientia Ingenio.* 'Quod si Pontanus e mendosa librorum scriptura vulgatam formavit, laudandus est, non reprehendendus. Vix aliter scribere potuit Tibullus.' *Huschk.*—7 *Hæc mihi verba* cod Lips. Broukh. 1.

NOTÆ

1 *Qui primus, &c.*] Acriter invehitur Poëta noster in eum, qui primus amantes, seu juvenem et puellam sese mutuo diligentes, ab invicem distrahendi rationem invenerit; tantumque dolorem dicit esse, quem cepit e suo suæque Neæræ dissidio, ut ex eo mortem sibi vitæ pertæso imminere præsentiat. Quidam tamen opinantur minime ficto Lygdami nomine Tibullum adumbrari, sed ipsum revera pro Lygdamo puero loqui, cujus dissidium cum Neæra suis carminibus dolet, aitque ejus tantum esse dolorem, ut brevi mors ipsi immineat.

4 *Vivere qui potuit*] Res enim tam gravis et molesta exigebat, ut dolore moreretur; quemadmodum, referente Plinio, M. Lepidus, facto cum uxore Apuleia divortio, nimio dolore ex-

Ergo cum tenuem fuero mutatus in umbram,
  Candidaque ossa super nigra favilla teget: 10
Ante meum veniat, longos incomta capillos,
  Et fleat ante meum mœsta Neæra rogum.

tot mala passa est. Cum igitur fuero conversus in umbram inanem, et pulvis ater ossa mea *alba conteget, tristis Neæra accedat effusis comis inornata, et mœrens*

Vat. Heins. 1. Colot. ed. pr. maj. Venet. 2. Vicent. Rheg. *Hæc mihi vera* Colb. ed. pr. min. Bartol. Rom. an. 1475. et Venett. cum Comment. Cyllenii; *Non mihi vera* Witt. 1. *Hæc mihi nunc* Reg. *Nec mihi vera* Par. omnes Beroll. duo Broukh. Witt. 2. Vat. Ursini, et Venett. 1487. 1491. 1493. nam quod Heynius scribit, 'Ita emendatum in Ald. 2.' nihil est. Error ortus ob similitudinem inter *H* et *N* in vett. codd. et consuetudinem scribendi diphthongum *æ* simplice *e*. Distichon spurium putat Guyetus.—8 Scaligeri liber, unus Palat. Exc. Broukh. et Guelf. 2. *nota;* cod. Lips. *nacta;* Heins. conj. *tædia tanta:* unus Stat. et Reg. *tot superesse meæ;* quam lect. ortam ex παρηχήσει *tot m. perpessæ*, assumsit Ald. 1. propagarunt Gryph. et Plant. Nostram tuentur plur. Stat. Witt. 1. 2. Corv. Broukh. 1. 2. 3. Colb. unus Palat. Laud. Exc. Pocc. et Perr. Scal. rec. Dat. Vatt. Heins. 1. 2. Angll. 3. 4. 5. omnes Beroll. ed. pr. min. Bartol. Venet. 2. Rheg. Rom. Vicent. Lips. Brix. Venett. 1487. 1491. 1493. 1500. 1520. &c. *tedia nata* ed. pr. maj.—9 *Ergo ergo* cod. Lips. *Ergo ego cum* Guelf. 1. 2. Broukh. 1. Witt. 2. sed manu secunda, al. codd. cum ed. pr. maj. Vicent. Brix. Venett. 1491. 1493. Aldd. et Plant. sed Statio observante, 'abest ab omnibus libris scriptis *ego:* delendum igitur:' abest etiam a Laud. Broukh. 2. 3. omnibus Beroll. Witt. 1. Dat. Angl. 3. Par. ed. Bartol. Venet. 2. et Rheg. Broukhusius delevit 'propter dactylorum intempestivam celeritatem in re lugubri.' Vulgatam exprimere voluit haud dubie ed. pr. min. *Ergo cum tenuem.*—10 *Candida ossa* Berol. 2. *Candida quæ ossa supra* ed. pr. maj. Vicent. et Rheg. *supra* est etiam in Reg. Corv. Guelf. 3. Witt. 2. duobus Broukh. Exc. ejusdem, Colb. Exc. Pocc. Angll. 2. 3. 4. Venet. 2. et ed. Lips. ap. Heyn. ortum e scriptura *sup*$_{\bar{r}}$, quam exhibent cod. Lips. et Venett. 1491. 1493. Pro *nigra* duo Voss. *magna;* cod. Lips. *mgna favila.*—11 Beroll. 1. 3. *longas veniat;* Angl. 2. *veniet;* Scheff. *inculta capellos.* —12 Berol. 2. unus Broukh. *casta*, et in utroque pro v. l. *mæsta;* Vindob. ed.

NOTÆ

tinctus est.

9 *Tenuem mutatus in umbram*] Eodem dixit modo, quo dicturus est mox, 'versus in ossa,' hujus Elegiæ versu 26. 'Sic ego componi, versus in ossa, velim.'

11 *Longos incomta capillos*] Ut omnia ad mœrorem et tristitiam essent composita, Veteres capillamento etiam luctum testabantur. In fœminis quidem crines solutos, ac circum colla fluitantes observare licet, quemadmodum etiam in viris, qui comam alerent; sed frequentius in fœminis, quibus fere proprium hoc auctilis capillitii et ad talos usque promissi decus natura concessit. Plutarchus in Problematis testatur fœminas 'solutis crinibus' funus fuisse prosecutas. Idem aperte declarat Livius lib. I. de sorore Horatiorum: 'Solvit crines, et flebiliter nomine sponsum mortuum appellat.' Idem testatur Ovid. Fast. II. de Lucretia: 'passis sedet illa capillis, Ut solet ad nati mater itura rogum.' Idem Epist. Ariadnes ad Theseum: 'Aspice demissos lugentis more capillos, Et tunicas lacrymis sicut ab imbre graves.' Idem etiam docet nos Petronius in

Sed veniat caræ matris comitata dolore;
Mœreat hæc genero, mœreat illa viro.
Præfatæque meos Manes, animamque precatæ, 15
Perfusæque pias ante liquore manus:

ad meum rogum ejuletur. Accedat autem dilectæ genitricis suæ *luctu comitata: hæc generi, illa conjugis vicem doleat; quæ cum prius manes meos fuerint allocutæ,*

pr. min. et Bartol. habent etiam *casta.*—13 *Sed veniet* Laud. et Aldd. *veniat* testantur cod. Lips. Par. Witt. 1. 2. omnes Beroll. Broukh. 1. 2. 3. tres Stat. Dat. ed. pr. maj. min. Bartol. Venet. 2. et Rheg.—14 'Quis,' inquit Lipsius Var. Lectt. II. 13. 'quis in Latina lingua ita hospes est? aut quis aliquem Romani sermonis sensum habeat, qui non statim videat orationis illius barbariem et sordes?' Legit igitur, *Mœreat h. generom, m. i. virom.* E contrario Vulpius: 'Versus elegantissimæ simplicitatis, quales fieri jampridem desierunt. *genero* et *viro* possunt esse tertii casus.' 'Sed,' inquit Lipsius, 'Veteres constat dixisse 'mœrere aliqua re,'' &c.—15 *Præfatæ ante* in omnibus fere scriptis et editis libris. 'Sed prorsus abjiciendum est illud *ante*, eique substituendum vel *atque*, vel, quod probabilius videbitur, *que*, id quod in contex-

NOTÆ

Satir. de celebri illa Matrona Ephesina: 'Non contenta vulgari more funus passis prosequi crinibus, aut nudatum pectus in conspectu frequentiæ plangere.'

13 *Veniat matris comitata dolore*] Amici, cognati, et affines in funeribus præcipue conspiciebantur; horum enim propria erat funeris cura; ut docet Aristot. Ethic. lib. IV. Εἰς τὰ κήδη δὲ μάλιστα δεῖ τοὺς συγγενεῖς ἁπαντᾶν: *In funera cognatos potissimum prodire oportet.* Plin. lib. XXXIII. cap. 11. 'Semper defuncto aliquo totus aderat familiæ ejus, qui unquam fuerat, populus.' Non autem solum viri, sed fœminæ etiam funera prosequebantur, unaque filiæ etiam innuptæ cum reliquis cognatis mulieribus; quæ non solum lacrymas ubertim fundebant, sed ad exemplum etiam Præficarum, quæ plangendi modum ceteris dabant, pectora sibi percutiebant, crines genasque sæpius lacerabant, vultumque etiam ipsum. Servius in Æn. III. 'Varro dicit mulieres in exequiis et luctu ideo solitas ora lacerare, ut sanguine ostenso inferis satisfaciant.' Ovid. Trist. III. Eleg. 3. 'Parce tamen lacerare genas, nec scinde capillos: Non tibi nunc primum, lux mea, raptus ero.'

14 *Mœreat hæc genero, mœreat illa viro*] Hoc est, generi sui mortem mater, conjugis sui filia mortem deploret, seu casum doleat. Mœrere namque sicut et dolere auferendi non minus eleganter, quam accusandi casum regit. Cicero Orat. pro Sextio: 'Non verebar, ne quis perditorum civium mortem mœreret.' Serv. Sulpit. apud eundem Cic. lib. IV. Epist. 5. 'Da hoc illi mortuæ, da ceteris amicis et familiaribus, qui tuo dolore mœrent.'

15 *Præfatæque meos Manes*] Mirum in modum funeris, luctus, et ossilegii formam, omnesque cærimonias noster depinxit hac Elegia Tibullus. Consuetudo igitur fuit, cum aliquis esset vita functus, ut propinquiores et amici mortuum per intervalla proprio nomine vocarent, animamque ejus conclamarent per septem dies, per quos servari mos erat cadaver, quod in primis aqua calida abluebant, et ungebant. Octavo autem die, post ultimam mortui conclamationem, funus efferebatur, præcedente tibi-

Pars quæ sola mei superabit corporis, ossa
Incinctæ nigra candida veste legant;

et animam meam *vocaverint, atque pias manus aqua abluerint, discinctæ atro vestimento colligant ossa* mea *albicantia, quæ portio corporis mei unica supererit:*

tum inferre non dubitavi. Propius quidem *atque* abest ab *ante*, quam *que;* sed *ante* mihi ortum videbatur ex syllabis repetitis *atæ* verbi *Præfatæ*, quod scribebatur *Prefate*, sicut *ãte* pro *ante;* nec obstat huic emend. repetitio copulæ *que*. Cf. Propert. IV. 8. 65.' *Huschk.* In Guelf. 1. *Præfatæ*, et superscriptum *ertæ;* ed. pr. maj. Vicent. et Rheg. *Prefate:* omnes Stat. quinque Palatt. Witt. 1. 2. Scheff. Broukh. 1. 2. 3. Scal. rec. et Vat. Ursini, *rogatæ;* Dat. omnes Beroll. Angll. 2. 3. 4. (Guelf. 2. a m. sec.) Reg. Corv. Par. edd. pr. maj. min. Vicent. Rheg. aliis, *rogate;* Colb. duo Palatt. et ed. Rom. *rogantes;* Angl. 5. *rogate*, vel *precatæ;* Bach conj. *animamque recentem;* Heins. et H. Voss. *animamque rogatam*, aut *rogando;* (cf. Ovid. Fast. VI. 303.) Cyllenius et Heyn. *animaque rogata*; idem Heyn. etiam putabat *animamque vagantem;* (cf. Ovid. Fast. II. 565. Trist. III. 3. 63. Met. VII. 611. Macrob. in S. Scip. I. 9. Davis. ad Cic. Tusc. I. 12.) Statius *togatæ*, et sic legitur in Guelf. 2. at Scal. conjicit et recepit *rigatæ*, ut cum sequentibus conjungatur. 'Recte itaque ab eo discessit Broukh. et recepit *animamque precatæ*, quod sane inter cetera minimam reprehensionem habet.' *Heyn.* Hoc testantur Exc. Perr. et Pocc. Vatt. Heins. 1. 2. Colot. Angl. 5. a m. sec. et Venet. 1487.—17 *Pars quoque* omnes fere Stat. Berol. 3. edd. pr. maj. min. Bartol. Vicent. Rheg. et Rom. *Pars quæque* cod. Lips. *Parsque* Berol. 2. *superabunt* Bernart. ad Stat. II. Sylv. 6. 90.—18 Omnes Guelff. Beroll. cod. Lips. Par.

NOTÆ

cine, qui næniam funebrem laudes mortui atque facta recensentem, tum ipsius virtutes, integritatem, et fidem, non saltabundus, sed stans Phrygio modulo caneret. Cum autem ad locum funus venisset, ubi mortuus esset cremandus; tunc prosequentium funus corona circumstans fletibus Præficæ, id est, planctuum principi, tamdiu respondebat, quamdiu consumto cadavere propinqui cineres et ossa colligerent, quæ vino, lacte, odoribus, et unguentis delibuta sepulcro inferebant; mortuoque sic composito omnes sigillatim 'Salve et vale,' novissimumque verbum illud, 'Licet,' inclamabant, vel supremum 'vale' ter alta voce pronuntiabant hoc modo: 'Vale, vale, vale;' 'Salve et vale.' Sæpius etiam subjungebant ista verba: 'Nos te ordine, quo natura permiserit, sequemur.' Virgil. Æn. II. 'Sic o sic positum affati discedite corpus.' Ubi Servius ait: 'Sensus talis est: Præstate mihi vos funebre solatium, hoc est, affamini me, ut dici mortuis solet, Vale, vale, vale.' Virgilius etiam Æn. XI. 'Salve æternum mihi, maxime Palla, Æternumque vale.' Ex his manifestum est, *præfari Manes, animamque precari*, apud Tibullum nostrum, nihil aliud esse, quam eo quo diximus modo, 'Manes mortui vocare, animamque conclamare,' seu postquam mortuus esset in tumulo compositus ultimum 'vale' inclamare, ut moris erat, juxta illud Virgilii Æn. III. 'animamque sepulcro Condimus, et magna supremum voce ciemus.' Et Æn. VI. 'Tunc egomet tumulum Rhœtæo in littore inanem Constitui, et magna Manes ter voce vocavi.'

16 *Perfusæque pias liquore manus*] Mos erat, ut propinqui et amici, antequam mortui reliquias et ossa colli-

Et primum annoso spargant collecta Lyæo,
Mox etiam niveo fundere lacte parent; 20
Post hæc carbaseis humorem tollere velis,
Atque in marmorea ponere sicca domo.

deinde sic *collecta perfundant veteri Lyæo, ac statim lacte candido conspergant, demumque lineis linteis ea siccare laborent, siccataque in marmoreo monumento*

Corv. Reg. Witt. 1. 2. Broukh. 1. 2. 3. Colb. Angll. 2. 3. 4. 5. edd. pr. maj. min. Bartol. Venet. 2. Brix. Rheg. Venett. 1491. 1493. &c. *legent.*—19 In isdem *spargent*. Unde lectio *legant* et *spargant* non apparet; silent Editores. *perfusa* Berol. 2. duo Stat. et Broukh. 1. 2. *perfusa lyæo* ed. pr. min. *perfusa lyeo* Bartol. *collecta liæo* ed. pr. maj. *lieo* Beroll. 1. 2. 3.—20 Pro *fundere* legitur *spargere* in Colb. et uno Broukh. atque hic pro v. l. *fundere.*—21 Reg.

NOTÆ

gerent, et sepulcro componerent, manus aqua pura abluissent, qui etiam cum aliis circumstantibus a Sacerdote ter aqua pura aspergebantur, sive lustrabantur.

18 *Incinctæ nigra veste*] Qui mortuorum reliquias et ossa colligebant, hoc fecisse discinctos, et soluta fluxaque veste, constat ex hoc loco Tibulli, et ex Suetonio in Augusto cap. 100. 'Reliquias legerunt primores Equestris Ordinis tunicati, et discincti, pedibusque nudis, et in Mausoleum condiderunt.' Quod etiam induti essent atris seu nigris vestibus, quæ propria erant lugentium indumenta, innumera cum nostro Tibullo probant Scriptorum testimonia. Propert. lib. IV. Eleg. 7. 'Denique quis nostro curvum te funere vidit? Atram quis lacrymis incaluisse togam?' Juvenalis Sat. X. 'Hæc data pœna diu viventibus, ut renovata Semper clade, domus multis in luctibus, inque Perpetuo mœrore, et nigra veste senescant.' Servius Æn. XI. 'Morem lugendi quidam dicunt Ægyptios invenisse, eosque primos Liberum, quem Osirin appellant, a fratre Typhone per insidias interemtum atra veste luxisse, inde ceteris gentibus traditum, ut intra annum finiretur luctus.' Sicut enim apud Veteres albus color semper pro signo lætitiæ habitus est, ita color niger semper luctus et tristitiæ fuit indicium.

19 *Annoso spargant collecta Lyæo*] Sumitur hic Lyæus seu Bacchus pro vino per metonymiam. Non solum mos erat apud Romanos, ut cineres et ossa mortuorum vino veteri conspergerentur, ad Manes propitiandos, dum tumulo conderentur; sed lex etiam erat, ut sacrorum Novendialium ritu sepulcra defunctorum vino perfunderentur: ut testatur Festus. 'Respersum vinum,' inquit, 'apud Antiquos dictum est, quo Novendialibus sacris mortuorum sepulcra spargebantur.'

20 *Niveo fundere lacte*] Apud Antiquos in more positum fuisse, ut lacte etiam conspergerentur reliquiæ et ossa mortuorum, cum Tibullo nostro docet Virgilius Æn. III. 'Inferimus tepido spumantia cymbia lacte, Sanguinis et sacri pateras, animamque sepulcro Condimus.'

21 *Carbaseis humorem tollere velis*] Alii legunt *ventis*. Hinc porro constat ossa mortuorum, postquam essent vino, lacte, atque variis odoribus respersa, Veteres linteis exsiccasse et abstersisse, ut humor quo fuerant irrigata, exsugeretur. Quod etiam nunc apud Turcas fieri consuevisse

Illuc, quas mittit dives Panchaia merces,
Eoique Arabes, pinguis et Assyria,

condere. His etiam indantur merces, quas felix profert Panchaia, pinguisque

Posthac: Par. *garbaseis:* idem cod. cum omnibus Stat. Beroll. 1. 2. 4. duobus Palatt. Witt. 1. 2. Broukh. 1. 2. 3. Angll. 2. 3. 4. 5. Guelff. Corv. Reg. edd. pr. maj. min. Bartol. Venet. 2. Brix. Rheg. &c. *ventis;* Colot. *vittis;* Vicent. *vinclis:* cod. Lips. medio versui interjectam exhibet vocem inexplicabilem, *Post hæc carbaseis ubo humorem tollere ventis:* Mureti emendationem *velis* exhibent Vat. Heins. 1. tres ap. H. Voss. et Berol. 3. eamque reposuerunt Dous. Passer. Broukh. Vulp. et recentiores. Huic Vossius substituit *villis,* improbante Huschkio. In Scal. 1. penes Editorem ad marg. scripserat vir quidam doctus lectionem, quæ omnino genuina videtur; nempe, *Post hæc et sparsis humorem tollere ventis, Atque, &c.* Sensus est: Post hæc parent et tollere humorem ossibus, illa exponendo ventis, atque ponere sicca, &c. Idem vir doctus aliam etiam ibidem lectionem subjungit non sane contemnendam, *Post hæc obpositis humorem tollere ventis.* Utrique lectioni additæ sunt literæ 'V. C.' i. e. vet. cod. 'Ventum' exposuerunt nonnulli ad versum Propertii, I. 6. 17. 'Osculaque opposito dicat sibi debita vento,' de 'veste tenui et pellucida;' quid ergo si h. l. legamus *appositis,* ut sensus sit: Post hæc parent humorem absorbere tenui linteo? Vide Notam in Delph.—23 *Illic* habent omnes Beroll. cod. Lips. Guelff. Corv. Reg. alii; *Illuc* debetur Passeratio, idque firmant Vindob. et Par. *mittet* in Corv.—24 In omnibus fere codd. et edd. vett. *dives et Assyria;* sic in cod. Lips. omnibus Par. Corv. Guelff. edd. pr.

NOTÆ

refert Philippus Lonicerus Hist. Turc. Tom. I. Part. 2. cap. 19. 'Ablutum cadaver duobus linteis funeralibus itidem e xylino textis abstergunt et exsiccant, siccatumque cadaver thymiamate aspergunt,' &c.

22 *Marmorea ponere sicca domo*] Hic 'domus' sumitur pro tumulo seu monumento, quod erat ut plurimum marmoreum, maxime si ditiores fuissent mortui, aut non infimo loco nati.

23 *Panchaia*] Regio est Arabiæ Felicis, in qua arbores thuriferæ sponte nascuntur. Hanc nonnulli putant eandem esse cum Sabæa regione, in qua etiam thus nascitur. 'Totaque thuriferis Panchaia pinguis arenis.'

24 *Eoique Arabes*] Arabia Orientalis est et late patens Asiæ ad mare Erythræum inter sinum Persicum et sinum Arabicum regio, in qua est Panchaia a Poëtis tantopere decantata. In ea etiam regione mons est ille celeberrimus in Sacris Scripturis Sina, qui et Oreb dicitur. Incolæ Arabiæ dicuntur Arabes, unguentis et aromatibus ditissimi, qui dicuntur Eoi, quod ad orientem seu auroram sint positi; Aurora quippe Græce dicitur ἠώς. Unde Eous dicitur Orientalis, eodem prorsus modo, quo Hesperius dicitur occidentalis, seu ad occidentem solem positus. Ovid. Amor. lib. II. 'Gallus et Hesperiis, et Gallus notus Eois.' Propert. lib. II. 'Sive illam Hesperius, sive illam ostendet Eous.'

Pinguis et Assyria] Assyria regio est majoris Asiæ, ita dicta ab Assur filio Sem, quæ, si Straboni credimus, Babyloniam, Mesopotamiam, maximamque circumjacentium regionum partem complectitur. Assyria dicta est etiam a Græcis, Syria, sed longe multo latiores fuerunt fines Syriæ quam Assyriæ, quæ secundum rei veritatem pars tantum Syriæ fuit. De hac jam supra diximus.

Et nostri memores lacrymæ fundantur eodem; 25
Sic ego componi, versus in ossa, velim.
Sed tristem mortis demonstret litera casum,
Atque hæc in celebri carmina fronte notet:

Assyria, Eoique Arabes, simulque una cum his lacrymæ mei memores. Ita ego *cupio in ossa mutatus collocari. At mæstam inscriptio causam leti indicet, hosque*

maj. min. etc. *pinguis et Assyria* in textum intulit Muretus, quam lect. testantur Guelf. 3. pro v. l. Reg. Witt. 2. duo Stat. Exc. Vat. Heins. 1. Vat. Ursini, et Colot.—25 Beroll. 1. 2. 3. *funduntur;* et in Berol. 1. a m. pr. *fundantur;* Bartol. *fundentur.*—26 In duobus Stat. *componi carmen.*—27 *Et* in Colb. *Sit* in quibusdam Stat. unde Ed. Basil. fecit *Sic:* Vat. Heins. 1. et Colot. *designet;* Dat. *demonstrent;* Berol. 4. *demonstrat;* in Vulg. *causam.* 'Cum libri quidam Florent. Statii, Guelff. 1. 2. 4. edd. Rom. 1475. Brix. et Venett. 1491. 1493. pro *causam* claris literis exhibeant *casum,* aio et confirmo, Tibullum scripsisse, *Sed tristem mortis demonstret litera casum.* Hanc lectionem tam evidentem in ordinem recipere non dubitavi.' *Huschk.* Cf. Cic. de Senect. 19. et Virg.

NOTÆ

25 *Lacrymæ fundantur*] Mortuorum ossa, antequam tumulo conderentur, lacrymis amicorum irrigari solita fuisse, innumera probant Veterum testimonia. Ovid. Epist. Hypermnest. ad Lynceum: 'Et sepeli lacrymis perfusa fidelibus ossa.'

26 *Sic ego componi, versus in ossa*] Reliquias et ossa mortuorum vino, lacte, unguentis, et odoribus delibuta, lacrymis etiam irrigata componebant, hoc est, in sepulcro collocabant, et sepeliebant. Unde vox illa, 'componere,' et 'componi,' apud Veteres pro 'sepelire,' et 'sepeliri' sæpius usurpatur. Horat. I. Sat. 9. 'Omnes composui.' Propert. lib. II. Eleg. 24. 'Tu mea compones ossa.' Catullus noster de fratre suo: 'Quem nunc tam longe, non inter nota sepulcra, Nec prope cognatos compositum cineres.' Cornelius etiam Tacitus Lib. I. Histor. 47. 'Pisonem Verania uxor ac frater Scribonianus composuere.' Non tamen cineres et ossa nude componebantur seu sepeliebantur, sed vasculis quibusdam inclusa, quæ Latini 'Urnas' vocaverunt. Urnæ porro illæ, pro cujuscumque conditione et facultate, erant vel viles vel pretiosæ. Homerus enim refert Iliad. Ψ. et Ω. illustrium Virorum ossa aureis urnis fuisse composita seu condita. Eutropius de Trajano lib. VIII. 'Solus omnium Imperatorum intra urbem sepultus est. Ossa ejus collocata in urna aurea in foro, quod ædificavit sibi.' Urnæ vero argenteæ meminit Ammian. Marcell. lib. XIX. 'Post incensum corpus, ossaque in argenteam urnam conjecta,' &c. Fictilium denique urnarum meminit Propertius lib. II. Eleg. 13. 'Deinde ubi suppositus cinerem me fecerit ardor, Accipiat Manes parvula testa meos.' Fuerunt etiam aliquando istæ urnæ marmoreæ et lapideæ, ut habet Xiphilinus in Severo. *Καὶ μετὰ τοῦτο τὰ ὀστᾶ εἰς ὑδρίαν πορφύρου λίθου ἐμβλήθεντα, ἔς τε τὴν Ῥώμην ἐκομίσθη, καὶ ἐς τὸ Ἀντωνινεῖον ἀπετέθη: Ossa in urnam factam ex lapide porphyretico conjecta Romam perlata, et in Antoniano reposita sunt.*

27 *Mortis demonstret litera casum* [*causam*] Ex innumeris veterum Auctorum testimoniis constat olim tumulis titulos et inscriptiones, quæ modo

LYGDAMUS HIC SITUS EST; DOLOR HUIC, ET CURA NEÆRÆ
CONJUGIS EREPTÆ, CAUSA PERIRE FUIT. 30

versus in insigni titulo designet: Hic jacet Lygdamus. Ipsi mœror et amor Neæræ sponsæ abreptæ causa fuit moriendi.

Æn. x. 791.—28 Colb. Dat. et Beroll. 1. 3. *notent.*—29 *Lygdamus* et superscr. *Albius* in Berol. 4. *hunc* Reg. Maxima pars codd. omnes Palatt. Witt. 1. 2. duo Broukh. Par. cum ed. pr. min. Venet. 2. Rheg. Rom. Vicent. Brix. &c. exhibent *causa Neæra:* substituit Muretus *cura*, quod confirmant unus Broukh. Exc. Pocc. et Perr. Vatt. Heins. 1. 2. Colot. Berol. 4. a marg. Voss. 1. 4. 5. Goth. Bern. et Ask. *cā* compendio scriptum erat in Statianis, quod utrumque possit significare: Beroll. 1. 2. 3. et cod. Lips. *cā neera*, vel *Neera;* extat *cā* etiam in Berol. 4. et Venett. 1491. 1493. *dolor huic est causa*, vel *clausa* V. D. ad oram Rheg. ap. Huschk. *cara neæra* in Guelf. 2. et superscr. *cura.*

NOTÆ

versibus modo prosa oratione concipiebantur, addi consuevisse. Ovid. Epist. Hypermnest. ad Lyncum seu Lynceum: 'Sculptaque sint titulo nostra sepulcra brevi.' Martialis lib. x. Epigr. 71. 'Quisquis læta tuis, et sera parentibus optas Fata, brevem titulum marmoris hujus ama.' Virgil. Ecl. v. 'Et tumulum facite, et tumulo superaddite carmen.' Trebellius Pollio in Valerianis: 'Mittendum in literas censui hunc Valerianum circa Mediolanum sepultum addito titulo, Claudii jussu, VALERIANUS IMPERATOR.' Istæ porro monumentorum inscriptiones apud Romanos erant adeo frequentes, ut puerorum etiam et servorum viliumque capitum sepulcra titulis exornarentur, quod ex infinitis lapidibus videre est. Ex his autem nostri Tibulli verbis, *mortis demonstret litera causam, &c.* innotescit non solum nomen, parentes, familiam, et patriam defunctorum, sed mortis interdum etiam causam tumulis ascriptam fuisse; quod etiam testatur Ovid. Met. IX. 'Neve merere meo subscribi causa sepulcro.' Idem Ovid. Epist. Phyllidis ad Demophoontem: 'Inscribere meo causa invidiosa sepulcro.' Idem Fast. III. tumulo Didus incisum carmen fingens: 'tumulique in marmore carmen Hoc breve, quod moriens ipsa reliquit, erat: Præbuit Æneas et causam mortis, et ensem: Ipsa sua Dido concidit icta manu.' Ejus generis etiam est illa infelicis inscriptio monumenti apud Plin. lib. XXIX. cap. 1. qua mortuus vivos admonet, SE TURBA MEDICORUM PEIISSE.

28 *Celebri fronte*] Frons hic a nonnullis sumitur pro longitudine, quomodo sumitur a vetere Interprete Horatii I. Sat. 8. in hunc versum: 'Mille pedes in fronte, trecentos cippus in agrum Hic dabat.' Ubi vetus Interpres ait, 'in fronte,' id est, 'in longitudine;' 'in agrum,' hoc est, 'in latitudine.' Ab aliis autem frons hic sumitur pro tumuli frontispicio, seu parte illa, quæ viam spectaret celebrem seu tritam, ut moris erat apud Veteres, ut tumuli et monumenta secus vias maxime celebriores exstruerentur. Virgil. in Culice: 'His tumulus super inseritur, tum fronte locatur Elogium.'

29 *Lygdamus hic situs est*] Solennes erant verborum formulæ, quibus tumulorum tituli inscriptionesque concipiebantur, HIC SITUS EST, vel, HIC JACET. Ovid. Met. II. 'Hic situs est Phaëthon currus auriga paterni.' Tibullus etiam noster lib. I. Eleg. 3.

NOTÆ

'Quod si fatales jam nunc explevimus annos, Fac lapis inscriptis stet super ossa notis: Hic jacet immiti consumtus morte Tibullus, Messalam terra dum sequiturque mari.' Martial. lib. VI. Epigr. 57. 'Hoc jacet in tumulo, raptus puerilibus annis, Pantagathus domini cura dolorque sui.' Plinius Junior lib. VI. Epist. 10. 'Hic situs est Rufus, pulso qui vindice quondam Imperium asseruit non sibi, sed patriæ.'

Dolor, et cura Neæræ, &c.] Constat ex Horatio Ode ad Tibullum Neæram ejusdem Tibulli amicam esse Glyceram; nam de eadem re ibi sermo, de qua hic agitur, nempe de dolore Tibulli ob creptos sibi amores. Unde forsan ficto nomine et simulato Neæram, quomodo se Lygdamum vocat.

ELEGIA III.

Quid prodest cœlum votis implesse, Neæra,
Blandaque cum multa thura dedisse prece:
Non, ut marmorei prodirem e limine tecti,
Insignis clara conspicuusque domo;

O *Neæra, quid juvat Superos votis onerasse, et grata* Diis *thura cum plurimis precibus obtulisse? Non* equidem hoc feci, *ut e domo ex marmore structa clarus,*

Ed. pr. maj. hanc habet inscriptionem, *Epithaphion ad Neæram;* ed. pr. min. *ad Neeram.*—1 Reg. Voss. 3. Zwic. 1. edd. pr. maj. et min. *flammis* pro *votis;* Vicent. *votis* in textu, et *flammis* in margine; Rheg. et Venett. 1487. 1491. 1493. *votis.* Nil variant codd.—2 Statius, non prolata auctoritate, edidit *tulisse,* quod lect. extat in cod. Par. improbante Huschkio.—3 In Reg. *a limine;* in omnibus aliis codd. *e limine,* nisi quod præpositio abest a Corv. volente Heynio; hanc omiserunt H. Voss. et Bach: Dousa ex uno libro, quem nemo novit, et ex edd. antiquiss. ut ait, (quæ omnes nihilominus habent *tecti*)

NOTÆ

1 *Quid prodest*] Tibullus Neæram alloquens, eamque vehementer sibi reconciliari cupiens, vota multa se Diis persolvisse, ut ipsa sibi restituatur, dicit; negatque quicquam sibi a carissima Neæra abstracto posse esse aut contingere apud mortales jucundum; seque exoptare significat e vivis abire ad Inferos, si nulla sit spes fore, ut in gratiam cum ipsa redeat.

2 *Blandaque thura*] Thura dicuntur *blanda,* quod nempe Diis quasi blandiantur, ut facilius exorentur, vel quod blandos eos seu propitios faciant. Unde etiam Propert. lib. IV. Eleg. 6. 'Costum molle date, et blandi mihi thuris honores.'

4 *Insignis clara conspicuusque domo*] Sensus est: Vota Diis persolvi, non ut nobilis et claritate generis illustris fierem, aut opulentus, et dives,

Aut ut multa mei renovarent jugera tauri, 5
Et magnas messes terra benigna daret :
Sed tecum ut longæ sociarem gaudia vitæ,
Inque tuo caderet nostra senecta sinu ;
Tunc cum, permensæ defunctus tempore lucis,
Nudus Lethæa cogerer ire rate ? 10

et nobili genere illustris prodirem, vel ut mei boves plurima agri *jugera exercerent, et ut tellus fœcunda redderet amplas messes: at ut tecum,* o Neæra, *explerem diuturnæ vitæ gaudia, et mea senectus occumberet in tuo gremio; tunc* nempe *quando exacto vitæ spatio nudus compellerer vehi Lethæo navigio. Etenim quid*

reposuit *templi:* omnes omnium codd. exhibent *tecti.*—5 Berol. 1. *renoventur;* in marg. *renovarent:* Venett. 1487. 1491. 1493. *tanti* pro *tauri.*—6 Berol. 4. *dedit.*—7 In Vat. Statii, Reg. Sfort. Par. Witt. 2. quatuor Palatt. et Dat. cum ed. pr. min. et Ald. 1. *sociarent;* Scaliger e suo reposuerat *satiarem,* quod etiam erat in Thuan. Commel. Guelff. 1. 4. uno Palat. Brix. et Venett. 1491. 1493. *sotiarent* Broukh. 1. *sociarem* testantur cod. Lips. Witt. 1. duo Broukh. Exc. Broukh. Colot. omnes Beroll. Corv. Guelff. 2. 3. alii, cum ed. pr. maj. Bartol. Venet. 2. Rheg. etc. *tempora* pro *gaudia* in Colb. Brix. et marg. Berol. 3.—8 *Atque* Colb.—9 *Tum quum* Venet. Scot. an. 1549. et H. Voss. *quom* Dat. et Berol. 3. *Tunc cum* exhibent Par. Exc. Pocc. et Perr. unus Stat. duo Broukh. tres Voss. et edd. pr. maj. et min. *Nunc cum* cod. Lips. *præmensæ* habent septem codd. Statii, Berol. 1. (ed. pr. min.) Aldd. Colin. Gryph. 1534. Basil. 1539. Colin. 1529. 1534. hinc reposuerat Broukhusius: *permenso* unus Stat. Witt. 2. unus Broukh. Exc. Pocc. et Perr. Vatt. Heins. 1. 2. Dat. Corv. Par. et tres H. Voss. cum Plant. 1560. 1569. Dous. 1592. et Gryph. 1573. *ꝑmenso,* i. e. *permenso,* cod. Lips. et Berol. 4. *Tunc cū ꝑmensæ* Venet. 1491. *Tūc cum permēsæ* Venet. 1493. quod idem est; et omnibus literis manifestum, *Tunc cum permensæ* Berol. 2. Zwicc. duo Stat. sex Palatt. Colb. Witt. 1. ed. pr. maj. Bartol. Venet. 2. Rom. et Vicent. *Tunc cum per mense* in Rheg. *permensæ* est etiam in Venett. 1487. 1500. Comment. Cyllenii, Gryph. 1537. 1542. 1561. Par. 1543. Basil. 1546. 1569. 1592. Venet. Scot. 1549. *permense* Reg. Error ortus est, quod nescirent ꝑ cum recta linea infra per caudam, semper *per,* vel *par,* legendum esse, nunquam vero *pro,* sive *præ.* Vide ad vs. 11. Eleg. hujus libri primæ. Pro *defunctus* Colb. habet *perfunctus:* omnes fere Stat. Palatt. unus Broukh. edd. pr. maj. min. Venet. 2. Rom. Vicent. etc. *tempora;* Guelff. 3. 4. unus Stat. Witt. 1. 2. duo Broukh. Vatt. Heins. 1. 2. Par. Exc. Pocc. et Perr. tres Voss. Beroll. 1. 3. 4. omnes Angll. ed. Bartol. Venet. 1491. Dous. et Passer. *tempore,* quod etiam reposuerunt H. Voss. et Bach : *tēpore* in Venet. 1493.—10 Ed. pr. maj. Vicent. et Rheg. *lethea,* quæ macula adhuc inhæret edd. Broukh. et Vulp. Ed. pr. min. *Læthæa;* Venett. 1491. 1493. *læthea.* Ceterum Broukh. hæc scribit: ' Magna est soni scabrities in his *rer, re, ra.* Edd. priscæ habent fere *cogeret.* Sed quid illo

NOTÆ

sed ut teipsa frui potirique, totamque vitam tecum exigere, et in sinu tuo senex obire possem.

10 *Lethæa cogerer ire rate*] Cymbam seu navigium Charontis intelligit; quem Veteres mortuorum animas per Paludem Stygem ad Inferos et flumen Lethe transvehere finxerunt. Unde 'Portitor Inferorum' dicitur. Virgil. Æn. VI. 'Ipse ratem conto subigit, velisque ministrat, Et ferruginea subvectat corpora cymba.'

Nam grave quid prodest pondus mihi divitis auri?
Arvaque si findant pinguia mille boves?
Quidve domus prodest Phrygiis innixa columnis,
Tænare, sive tuis, sive, Caryste, tuis?

me juvat grande pondus auri pretiosi, ac si mille tauri arent agros feraces? Quid etiam juvant palatia sustentata Phrygiis columnis? vel tuis, o Tænare, vel etiam

faciamus?' Edd. pr. maj. min. et Vincent. habent *cogerer*. Quo quid faciendum sit vides. Ed. Lips. ap. Heyn. Rheg. et Venett. 1491. 1493. *cogeret*, quod merum est mendum.—11 *Quid prodesse potest pondus mihi* Exc. Scal. *quid pondus prodest mihi* Sfort.—12 Cod. Lips. Ask. Monac. Voss. 3. Beroll. 1. 4. et Basil. 1569. *fundant;* et sic Vincent. in Speculo Doctr. VI. 73. legens, *Prataque si fundant;* Angl. 2. *scindant*.—13 Colb. et ed. pr. min. *subnixa;* Berol. 4. *annixa;* Par. tres Santen. alii, cum edd. pr. maj. Bartol. Venet. 2. Rheg. Vicent. etc. lect. nostram confirmant.—14 *Tronare* Berol. 1. *Trænare* Par. *turisse* Berol. 2. in marg. *tareste* et *chariste;* Par. *Thariste;* edd. pr. maj.

NOTÆ

13 *Phrygiis innixa columnis*] Marmor Phrygium seu Phrygius lapis magno fuit in honore apud Antiquos. Horat. III. Odarum: 'Quod si dolentem nec Phrygius lapis.' Lapis autem Phrygius alio nomine dictus est 'Synnadicus,' ab urbe Phrygiæ Synnada, in cujus solo olim marmor illud laudatissimum effodiebatur; ut testatur Strabo Geograph. lib. XII. cujus quidem verba referre non pigebit: Σύνναδα δ' ἔστιν οὐ μεγάλη πόλις· πρόκειται δ' αὐτῆς ἐλαιόφυτον πεδίον, ὅσον ἑξήκοντα σταδίων. Ἐπέκεινα δ' ἐστὶ Δοκιμία κωμὴ, καὶ τὸ λατόμιον τοῦ Συνναδικοῦ λίθου. Οὕτω μὲν Ῥωμαῖοι καλοῦσιν· οἱ δ' ἐπιχώριοι Δοκιμίτην καὶ Δοκιμαίαν. Κατ' ἀρχὰς μὲν μικρὰς βώλους ἐδίδοντο τοῦ μετάλλου. Διὰ δὲ τὴν νυνὶ πολυτέλειαν τῶν Ῥωμαίων κίονες ἐξαιροῦνται μονόλιθοι μεγάλοι, πλησιάζοντες τῷ ἀλαβαστρίτῃ λίθῳ κατὰ τὴν ποικιλίαν· ὥστε, καίπερ πολλῆς οὔσης τῆς ἐπὶ θάλατταν ἀγωγῆς τῶν τηλικούτων φορτίων, ὅμως καὶ κίονες καὶ πλάκες εἰς Ῥώμην κομίζονται θαυμασταὶ κατὰ τὸ μέγεθος καὶ κάλλος: *Synnada urbs est non magna; ante eam jacet campus oleis consitus, stadiorum circiter sexaginta. Ulterius est Docimia pagus, et lapidicinæ* [*seu lapidifodinæ*] *Synnadici lapidis. Sic enim Romani appellant; nam incolæ Decimitidem et Docimæam vocant. Hæ fodinæ initio exiguas glebas emittebant: sed ob sumtuum magnitudinem, quam nunc faciunt Romani, eruuntur magnæ columnæ solidi lapidis, varietate ad alabastricum accedentes lapidem; ita ut quanquam multum hujusce onerum ad mare venum deducatur, tamen et columnæ et tabulæ Romam perferuntur magnitudine atque pulchritudine admirandæ.* Unde et Claudianus in Stilichone scripsit: 'pretiosaque picto Marmore, purpureis cedit cui Synnada venis.'

14 *Tænare, sive tuis*] 'Tænarus, -i,' sive 'Tænara, -orum,' promontorium est Laconiæ regionis in Peloponneso, ubi antrum olim ostendebatur per quod Herculem ab Inferis rediisse Poëtæ fabulati sunt, Cerberumque vinctum ad Superos traxisse: vulgoque creditum est apud Veteres eas Inferorum esse fauces. Juxta hunc specum, qui valde umbrosus ad radices montis est, marmor coloris viridis 'Laconicum' dictum effodiebatur, quod et 'Tænarium' a loco cognominabatur. Propert. lib. III. Eleg. 2. 'Quod non Tænariis domus est mihi fulta columnis.'

Et nemora in domibus sacros imitantia lucos? 15
Auratæque trabes, marmoreumque solum?
Quidve, in Erythræo legitur quæ littore concha,
Tinctaque Sidonio murice lana juvat?

tuis, o *Caryste?* Quid etiam prosunt *sylvæ in tectis sanctos* Deorum *referentes saltus? quid trabes deauratæ, et pavimentum marmoreum? Quid denique prosunt gemmæ, quæ in mari Erythræo colliguntur, et lana ostro Sidonio infecta, atque*

min. Bartol. et Aldd. *Chariste;* Berol. 4. Vicent. et Rheg. *cariste.*—17 *Quidve in erithræo legitur quæ in litore concha* Par. *Quidve meri traheo legit ī litore cōca,* apposita verbo *legit* desuper syllaba *ur*, in cod. Lips. *Quid vel Erythræo* intulit H. Voss. contra omnium librorum fidem, improbante Huschkio.—18 *Cinc-*

NOTÆ

Sive, Caryste, tuis] Carystus, seu Carystos, Insulæ Eubœæ oppidum est in maris littore ad radices Ochæ montis situm, cujus meminerunt Strabo lib. x. Plin. lib. iv. cap. 12. et Pompon. Mela lib. ii. Apud illam olim civitatem marmoreæ columnæ excidebantur macularum multiplicisque coloris varietate in primis commendatæ, quæ a loco 'Carystiæ' dictæ sunt. Ibidem etiam dicitur a Strabone nasci lapis textilis, ex quo pannus et mantilia conficiuntur, quæ ubi sordes contraxerunt, in flammam injecta purgantur, perinde atque lotione linteorum maculæ eluuntur. Locus etiam est in Laconica regione Carystus nomine juxta Arcadiam, unde vinum Carystium celebre, et unde etiam, si Stephano credatur, marmor et columnæ eruebantur.

15 *Nemora in domibus sacros imitantia lucos*] Sylvæ manu hominum consitæ, et viridaria voluptatis gratia et amœnitatis, olim in nobilium virorum ædibus et domorum tectis frequentissima fuerunt. Unde Seneca Epist. 122. 'Non vivunt contra naturam, qui pomaria in summis turribus serunt? quorum sylvæ in tectis domorum ac fastigiis nutant, inde ortis radicibus, quo improbe cacumina egissent?' Alter Seneca in Thyeste: 'Nulla culminibus meis imposita nutat sylva.' Horat. iii. Od. 10. 'Audis quo strepitu janua, quo nemus Inter pulchra situm tecta remugiat Ventis?' Luci porro sunt loca incæduis arboribus consita, Deorum numinibus, et Religioni, vel alicujus magni Viri cineribus consecrata: unde maxime quondam circa delubra aut sepulcra erant posita.

16 *Auratæque trabes*] Trabes apud Antiquos auro illinebantur, ut sumtuosiores viderentur; quod nostris quidem etiam temporibus apud multos factitari cernimus.

Marmoreumque solum] Hic *solum* pro pavimento sumitur. Mirum quidem est, quantum elegantiæ et luxus olim, sicut et nostris temporibus, a voluptuariis quæsitum sit in pavimentis, quæ fuerunt picta, tessellata, sculptilia, scutulata, et sectilia, hoc est, segmentis pretiosi marmoris, vel laterculorum, murrhinorum, aut vitri lignive tesselis compaginata, vel coloribus amœnissimis tincta. Horum omnium differentiam Plin. lib. xxxvi. cap. 25. et Vitruv. lib. v. cap. 10. et lib. vii. cap. 1. explicarunt.

17 *Erythræo littore concha*] Mare Erythræum proprie dicitur pars illa Oceani Orientalis, quæ ad Arabiam, inde Persicum et Arabicum sinum accedit. Hic autem sumitur pro mari toto Orientali, in quo lapilli pretiosi, unionesque, et conchæ gemmas et

Et quæ præterea populus miratur? in illis
  Invidia est; falso plurima vulgus amat. 20
Non opibus mentes hominum curæque levantur;
  Nam Fortuna sua tempora lege regit.
Sit mihi paupertas tecum jucunda, Neæra;
  At sine te regum munera nulla volo.

insuper cetera *quæ plebs admiratur? In his* enim omnibus *livor est. Multa* sunt quæ *temere multitudo diligit. Non* equidem *divitiis mentes mortalium et solicitudines sublevantur; suis enim legibus fortuna ordinat tempora.* O cara *Neæra, sit mihi tecum grata pauperies; at vero absque te omnes divitias regum nolo.*

tàque in ed. pr. maj. Vicent. et Rheg. Literæ *T*, *t*, et *C*, *c*, pæne similes sunt in codd. *Tinctaque Sidonia* ed. pr. min. *Sydonio* Par. Alteram verbi *Sidonio* syllabam, præeunte Virg. Æn. IV. 137. corripuit Noster: alii producunt, ut Propert. II. 16. 55. et Sil. I. 444.—19 *Est quæ* conj. Scal. *miratur amalque* Guy. Vide infra.—20 'Omnes libri mei tum scripti tum editi pentametrum sic exhibent, *Invidia quæ falso plurima vulgus amat:* cod. et ed. Lips. *Invidia que.* Ad oram Vicent. notatum: '*Invidia est falso* em. Pontanus:' sic Exc. Pocc. Perr. et Scal. Vindob. et Voss. 3. (adde Vatt. Heins. 1. 2. Berol. 4. a marg. Guelf. 2. et Colot.) Hanc lect. recte reposuit Scal. nec video, cur Heynio displicuerit sententia vel locutio, 'invidiam esse aliqua in re.' *Huschk. Invidia quæ* habent etiam omnes Beroll. Witt. 1. 2. Broukh. 1. 2. 3. Reg. Corv. Guelf. 1. 3. 4. Angll. 2. Venet. 2. Brix. et Rheg. *Invidiam falso* conj. Guy. *Divitiis falso* Heins. *Invidia falso* in uno Palat. et ed. Rom. ap. Heyn. qui conj. *et illis Invidet: heu f. p. v. amat!* Berol. 1. exhibet *vulgus ĥt*, i. e. *habet.*—21 Cod. Lips. Broukh. 1. 2. quatuor Palatt. Voss. 1. Bern. ed. pr. min. Aldd. Mur. et Basil. 1546. 1569. 1592. *homini*, quod revocarunt H. Voss. et Bach; in Ask. *hominis;* Witt. 1. 2. unus Broukh. Exc. Lips. Statiani, Scal. rec. Dat. Vatt. Heins. 1. 2. Angll. 3. 4. Par. et Beroll. *hominum*, quod servant etiam ed. pr. maj. Bartol. Venet. 2. Vicent. Rheg. et Venett. 1487. 1491. 1493.—22 Cod. Lips. et Vicent. *tempore.* Pro *regit*, (quod testantur Reg. Guelf. 2. Colot. Vatt. Heins. 1. 2. et Vicent. in margine, et reposuerunt Mur. Scal. Passer. Dous. et recentiores,) *gerit* exhibent omnes Beroll. et Stat. omnes Palatt. Witt. 1. 2. Zwiec. 1. 2. Broukh. 1. 2. 3. Guelff. 1. 3. 4. Corv. Colb. Angll. 2. 3. 4. 5. cod. Lips. Par. edd. pr. maj. min. Bartol. Venet. 2. Brix. Rheg. Vicent. in contextu, &c.: *gerit* defendunt ex Ovid. Met. III. 316. Publ. Syr. et Lactant. I. 2. *regit* e Sallustio Jug. 101. Justin. I. 9. Virg. Æn. XII. 405. et Eurip. Hec. 840.—23 Par. Witt. 1. 2. unus Broukh. Dat. ed. pr. maj. et Venet. 2. ap. Broukh. *jocunda.*—24 *Et sine* Berol. 4. a m. sec. Angll. 2. 3. 4. 5. Witt. 1. Colb. Laud.

NOTÆ

margaritas proferentes inveniuntur. De concharum origine et luxu, vide Plin. lib. IX. cap. 35.

18 *Sidonio murice*] Marinus piscis est murex ex concharum genere, cujus succo purpura tingitur. Ideo vocatur murex conchylium κατ' ἐξοχὴν, et sumitur sæpius pro ipsa purpura, quæ optima apud Sidonem tingebatur. Sidon porro civitas est nobilissima Phœniciæ ad mare, de dignitate, claritate, et antiquitate cum Tyro ejusdem etiam regionis inclyta urbe contendens.

21 *Non opibus mentes curæque levantur*] Præclaræ huic sententiæ similis est ista Varronis: 'Non fit thesauris, non auro pectus solutum.' Horat.

O niveam, quæ te poterit mihi reddere, lucem! 25
O mihi felicem terque quaterque diem!
At si, pro dulci reditu quæcumque voventur,
Audiat aversa non meus aure Deus;
Nec me regna juvent, nec Lydius aurifer amnis,
Nec, quas terrarum sustinet orbis, opes. 30

O felicem diem, qui te mihi valebit restituere! o lucem septies beatam! Sed si omnia, quæ pro jucundo reditu ad me tuo *devoventur, Deus mihi non propitius aversis auribus percipiat: neque mihi imperia placeant, nec Lydius fluvius aurum ferens, neque omnes divitiæ, quas totus continet mundus. Ista alii exoptent.* Tan-

Exc. Pocc. Vat. Heins. 2. Venct. 2. Brix. et Vicent. *Et sine te regnum* ed. pr. maj. et Rheg. *At sine te regum* Par. cod. Lips. et ed. pr. min. *tempora* pro *munera* Laud. *regnu* Berol. 3. *velim* Colot. et Hamb. quod reposuit H. Voss. Heinsius conj. *Si sine te, regum, &c.*—25 Reg. *poterit quæ nunc mihi;* Witt. 2. et Voss. 4. *poterit quæ te mihi:* nullus liber, *mihi te poterit quæ,* ut edidit H. Voss.—26 Berol. 3. *ter quaterque.*—27 *At mihi pro* Beroll. 1. 3. *foventur* Ald. 1.—28 Par. Laud. cod. Lips. Exc. Lips. Witt. 1. Broukh. 1. 2. Dat. Angll. 2. 5. Beroll. 1. 2. 3. Guelf. 2. alii, cum edd. pr. maj. min. Bartol. Venet. 2. et Rheg. *adversu;* in Berol. 4. et aliis, cum Venett. 1491. 1493. *aversa:* Heins. conj. *Respuat aversa.*—29 *Non* Witt. 1. 2. Reg. Laud. et Angll. 2. 3. 4. 5. *Nec* omnes Beroll. Par. cod. Lips. Broukh. 1. 2. 3. alii, cum edd. pr. maj. min. Bartol. &c. *juvant* Par. cod. Lips. omnes Beroll. Witt. 1. 2. Broukh. 1. 2. 3. Statiani, Dat. Angll. 2. 3. 4. 5. edd. pr. maj. min. Bartol. Venet. 2. Brix. Rheg. Vicent. ed. Lips. Rom. Venett. 1487. 1491. 1493. 1500. 1520. Ald. 1. et Scal. *juvent* Ald. 2. et vulgg. ex quo cod. nescio: *non Lydius* Reg. *nec lidius* Par. *aureus* Laud. et Angl. 2.—30 Berol. 2. *q.*

NOTÆ

etiam similiter: 'non æris acervus et auri Ægroto domini deduxit corpore febrim.'

24 *Sine te regum munera nulla volo*] Idem jam supra lib. I. Eleg. 9. vs. 34. 'Et regum magnæ despiciantur opes.' Idem etiam præsentis hujus Elegiæ vs. 29. 'Nec me regna juvent, nec Lydius aurifer amnis, Nec, quas terrarum sustinet orbis, opes. Hæc alii cupiant; liceat mihi, paupere cultu, Securo cara conjuge posse frui.' Plautus etiam in Curcul. in eandem fere sententiam dixit: 'Sibi sua habeant regna reges, sibi divitias divites, Sibi honores, sibi virtutes, sibi pugnas, sibi prælia; Dum mihi abstineant invidere, sibi quisque habeat, quod suum est.' Et post pauca: 'Siquidem Hercle mihi regnum detur, nunquam id potius persequar Quando ego te video.'

25 *O niveam lucem*] Hoc est, faustam et fortunatam, quomodo Catullus Carm. XVIII. dicit: 'Fulsere quondam candidi tibi soles.'

27 *Pro reditu quæcumque voventur*] Veteres pro reditu eorum, qui longe a patria peregrinarentur, susciperc vota consueverant; ut densa probat exemplorum nubes: Virgil. Æn. II. 'Votum pro reditu simulant.' Ovid. lib. II. Amor. Eleg. 11. 'pro reditu victima vota cadet.' Sueton. in Caligul. cap. 14. 'Cum paucos post dies in proximas Campaniæ Insulas trajecisset, vota pro reditu suscepta sunt.'

29 *Nec Lydius aurifer amnis*] Pactolum Lydiæ fluvium intelligit, qui dici-

Hæc alii cupiant; liceat mihi, paupere cultu,
Securo cara conjuge posse frui.
Adsis, et timidis faveas, Saturnia, votis,
Et faveas, concha, Cypria, vecta tua.
Aut si Fata negant reditum, tristesque Sorores, 35
Stamina quæ ducunt, quæque futura canunt:

tum *mihi securo contingat tenui cultu posse potiri dilecta mihi sponsa. Ades mihi, o Saturnia, et annue supplicibus votis;* tu quoque *adsis, o Dea Cypri, quæ concha tua veheris. Vel si duræ sorores, quæ* vitæ nostræ *fila volvunt, et res futuras*

terrenas substinet; Witt. 1. 2. habent etiam *substinet.*—31 *Nec alii* Berol. 4. *cupiunt* Berol. 2. *capiant* Colb. Reg. ed. pr. maj. Venet. 2. et Rheg. *H. alios capiant* Broukh. *cupiant* cod. Lips. Par. et ed. pr. min. *Hoc alii cupiunt* conj. Vincent. Spec. Doctr.—32 Unus Palat. *curva* pro *cara.* Heynius *Securo vitæ munere* citat in Obss. e conj. ejusdem Vincent.—33 *Adsisque* Dat. *Adsis ut* Angl. 4.—34 *Cyprida* Reg. *Cyrpia* ed. pr. maj. *cipria grata* cod. Lips.—35 *At* Laud. Exc. Broukh. Angl. 2. et Guelf. 2. a m. sec. et hoc præferat Heyn. *reditus* Reg. cum edd. Rom. et Brix. Vide I. 3. 13. Heins. conj. *Stygiæque Sorores,* cf. Burm. ad Grat. Cyneg. 477. vel *trinæque sorores,* quod etiam in mentem venerat Ayrmanno, vel etiam *vitæque sorores.*—36 In omnibus fere codd. et edd. *neunt,* quod Scal. pro *nent* dictum esse contendit; *neent* Guelf. 3. Heinsius ad Ovid. Epist. XVII. 194. emendavit *canunt,* ut, errore ex similitudine inter ultimam præcedentis et primam proxime sequentis vocis syllabam orto, primum scriptum fuerit, *futura nunt.* Hanc Heins. emend. primus recepit Broukh. agnoscunt illam Monac. et Berol. 3. a m. sec.

NOTÆ

tur aureas arenas et strigmenta auri simul cum undis devolvisse; unde 'Chrysorrhoas' dictus est. Cur autem Pactolus aureas arenas trahere dictus sit, hanc afferunt rationem Hyginus fabula 191. et Fulgent. Mythologicon lib. II. Midas rex Apollinem, vel, ut vult Hyginus, Bacchum petiit, ut quicquid tangeret, aurum fieret: quod cum impetrasset, ac cibus etiam ejus et potus in aurum converterentur, et fame cruciaretur, et ita esset necessitas aurea, et locuples penuria, Deum petiit, ut sibi tam speciosum donum eriperet. Responsum itaque accepit, ut caput flumine Pactolo ter abluneret; quo facto per Midæ corporis contactum fluminis aquæ factæ sunt aureæ, unde dictus est aquas aureas et fluctus aureos traxisse.

33 *Saturnia*] Juno Saturni filia, Jovis soror; sic dicta a patre Saturno. Virgil. Æn. XII. 830. 'Et germana Jovis, Saturnique altera proles.'

34 *Concha, Cypria, vecta tua*] Venus quæ 'Cypris' et 'Cypria' dicitur, vel quod in Cypro genita sit; ut vult Hesiodus; vel quod ei primum in Cypro Insula templum sit constitutum; ut vult Festus; vel ut alii volunt, quod maxime in Cypro coleretur. Dicitur autem concha vehi Venus, quod ex spumis in mari concepta, et primum genita in concha statim devecta sit in Cyprum Insulam. Venerem concha vectam et e mari exeuntem dedicavit Augustus in delubro patris Cæsaris, ut refert Plin. lib. XXXV. cap. 10.

35 *Tristesque Sorores*] Parcas intelligit, quæ tres a Poëtis finguntur fatis præsidere, vitæ humanæ stamina ad arbitrium dispensantes. Hæ porro

Me vocet in vastos amnes nigramque paludem
Dives in ignava luridus Orcus aqua.

ordinant, redire ad me Neæram *renuunt; tristis Orcus languida palude me trahat in profunda flumina, et obscuros lacus Ditis.*

eodem dueit *nount* in Voss. 4. Quanta enim similitudo litt. *c* et *o* intereedat, ubique libb. scriptt. observare lieet. Posse per se ferri *neunt* putat Baeh, citans Hom. Od. I. 17. et Martial. I. 98.—37 H. Voss. edidit *ad vastos*, eontra omnium codd. et edd. fidem, improbante Huschk. Cf. Propert. I. 3. 6. et Hom. Il. Σ. 520. '*ad* pro vulg. *in*, eum H. Vossio, quanquam nullo libro add. in textum immisi. Morientes non *in*, sed *ad* Stygem descendere vel vocari dicuntur. Negligentia librarii e vs. seq. depravatum. Locis a Voss. laud. adde Ovid. Met. III. 272.' *Bach.* Adde etiam, si vis, Ovid. Trist. I. 2. 65. Propert. II. 34. 53. et Virg. Æn. VI. 404. *vestros* Scal. ree.—38 *Ditis* Exe. Pocc. Perr. et Bronkh. Vatt. Heins. 1. 2. et Colot. *Dius* unus Heins. *Divis* Berol. 3. et Dat. *Dives* Par. cod. Lips. Beroll. 1. 2. 4. edd. pr. maj. min. Bartol. &e. pro *in* Augll. 2. 3. 4. exhibent *et*. Falso Heynius scribit Venet. 2. habere *ignaram:* habet hoe cod. Heinsii chartaceus, seil. Dat. et Berol. 3. Ask. et Berol. 1. habent *ignara;* Vindob. *et ignava:* eod. Lips. Par. Witt. 1. 2. Reg. et Bronkh. 1. 2. *Orchus;* vide Serv. ad Virg. Georg. I. 277. Berol. 2. *horchus;* ed. Rom. *ortus*. Vide ad vs. 18.

NOTÆ

sunt Clotho, Laehesis, et Atropos, quarum primam volunt colum gestare, alteram nendo humanæ vitæ terminum præfinire, tertiam denique filum ineidere, hoc est, vitam nostram tempore statuto abrumpere. Unde etiam illud tritum: 'Clotho eolum bajulat, Laehesis net, Atropos oeeat.'

36 *Futura canunt*] Plures eum Scaligero legunt, *neunt*, sed male: barbarum enim est illud, nee potest esse a 'neo, nes, nere,' quod in tertia persona plurali non exit in *neunt*, sed in *nent*. Cum autem Pareæ non modo lanifieæ, sed etiam fatidicæ dicantur a Poëtis, quales et Catullus in Epithalamio Pelei et Thetidis indueit, dieens, 'Veridieos Pareæ cœperunt edere eantus;' et post pauea, 'Talia præfantes quondam felicia Pelei Carmina divino eeeinerunt omine Pareæ:' hinc constare videtur nostræ lectionis sinceritas, quam etiam Tibullo nostro eontra Sealigerum asseruit eruditissimus et sagaeissimus N. Heinsius ad Ovid. Heroid. Epist. XVII. 194.

37 *Nigramque paludem*] Stygem apud Inferos fluvium vel paludem, a Superis tanta in veneratione habitam, ut nefas dueerent quiequam eorum, quæ per Stygem jurassent, quovis modo violare. Si quis vero contra feeisset, totos centum annos divinitate spoliatus a nectare arcebatur.

38 *Luridus Orcus*] Inferorum fluvius est ab Styge defluens, qui sæpius pro Plutone sumitur, atque etiam pro Charonte. Isidor. Orig. lib. VIII. 'Oreum vocant reeeptorem mortium, unde et orea nuncupatur vas, quod recipit aquas.' Hie vero sumitur pro fluvio Inferorum, qui dieitur etiam 'luridus' ab Horatio III. Od. 4. 'Mœretque partus fulmine luridum Missos ad Oreum.'

ELEGIA IV.

Di meliora ferant, nec sint insomnia vera,
Quæ tulit extrema pessima nocte quies.

Oro ut *meliora dent Divi, et ne sint somnia* mea *vera quæ pessimus somnus*

'Multa sunt in hoc Carmine, quæ severiori judici displicere possint. In exordio nonnulla sunt perplexe dicta, et iterum iterumque retractata. Si forte hæc librariorum fraudi debentur, in Apollinis tamen descriptione copiam earum rerum, quas brevius narratas malis, poëtæ vix pro egregio invento annumeres: uti nec illud ipsum, quod Apolline res digna est visa, a quo poëtæ nuntiaretur puellæ perfidia, et quidem tam operose ac copiose. Quod sub fin. dicere poëtico more volebat, Neæram non esse puellam sine humanitatis sensu natam, vide, quo cum fastidio legentis, et in ipso ornatu jejune, extulit vss. 85-93. cum vss. 85. 86. satis superque essent. Verbo, otiosa rerum ac verborum copia laborare videtur totum Carmen; etsi sint alia in eo Tibullo digna, nec dubitare liceat, Tibullum ejus esse auctorem.' *Heyn.* In ed. pr. maj. Inscriptio est, *De Somnio:* in ed. pr. min. nihil enotatum.—1 *Dic meliora* ed. pr. min. *Qui meliora* Berol. 3. *Di* vel *Dii* in aliis: '*ferant* Guelf. 1. a pr. m.' *Heynius;* errore forsan typothetarum: *nec sint mihi somnia* Par. Witt. 1. 2. Laud. Vat. Ursini, Berol. 1. unus Broukh. Colot. Angll. 2. 3. 4. 5. Corv. Guelf. 3. a pr. m. ed. pr. maj. Venet. 2. Lips. ap. Heyn. Vicent. et Rheg. *nec mihi sint somnia* ed. pr. min. *nec sint mea somnia* Exc. Pocc. et Perr. Vatt. Heins. 1. 2. Guelf. 4. Rom. Brix. et Venett. 1491. 1493. *m' somnia* in Reg. *insomnia* testantur cod. Lips. duo Broukh. Statiani, Beroll. 2. 3. 4. alii ap. H. Voss.—2 Cod. Lips. *hecsterna;* Par. Colb. Exc. Pocc. Beroll. 1. 2. Statiani, unus Broukh. ed. pr. maj. Venet. 2. Vicent. Rheg. Venett. 1487. 1491. 1493. 1500. 1520. &c. *hesterna;* Broukh. 2. Witt. 1. 2. Dat. Angl. 4. Berol. 3. et ed. pr. min. *externa;* alter Broukh. et Berol. 2. *esterna:* nostram lect. testantur Scaligeri liber et Reg. Placet *extrema* propterea, quod vs. 21. somnium matutino tempore oblatum dicitur. Nonnulli codd. ut Par. Scal. rec. et Guarn. habent *pexima* pro *pessima;* ed. pr. min. *proxima;* ita etiam omnes Stat. duo Voss. et Guelf. 3. *pessima* omnes Beroll. Witt. 1. 2. Broukh. 1. 2. 3. Exc. Pocc. ed. pr. maj. Venet. 2. et

NOTÆ

1 *Di meliora ferant*] Somnium suum refert Tibullus, illudque abominatur ut vanum et inane, quo sibi visus fuerat ex Apolline ipso didicisse Neæram alterius viri amore esse correptam: ipsam vero tandem Dei jussu monet, ne quid ejusmodi consilii capiat, Deosque precatur, ut mala ista et insomnia averruncent. Interdum porro Veteres malum quodcumque imminens amolientes dicere solebant absolute, 'Di melius,' vel 'Di meliora:' ut Valer. Max. lib. v. 'Di melius, quod hunc animum viris earum non dederunt.' Interdum vero verbum addebant, ut hic Tibullus, *Di meliora ferant.* Lucil. Sat. XXVII. 'Di maluerint meliora, atque amentiam averruncassint tuam.' Symmach. lib. II. Epist. 55. 'Dii meliora procurent.' Sic et apud Plautum: 'Dii melius faciant,' 'Dii melius faxint.'

2 *Quæ tulit extrema* [*hesterna*] *nocte quies*] 'Noctem hesternam' Tibullus

Ite procul, vani, falsumque avertite visum;
Desinite in somnis quærere velle fidem.
Divi vera monent; venturæ nuntia sortis, 5
Vera monent Tuscis exta probata viris:
Somnia fallaci ludunt temeraria nocte,
Et pavidas mentes falsa timere jubent:

hesterna nocte induxit. Longe abscedite, o insomnia, *et depellite frustraneam et fictam apparitionem, desistite cupere,* ut *vobis fides adhibeatur. Dii vera nuntiant; futuri eventus intestina prænuntia approbata Tuscis hominibus veritatem* etiam *indicant.* At *insomnia vana dolosa nocte deludunt timidos hominum animos, cogunt-*

Venett. 1491. 1493.—3 *Ite procul vanum* Witt. 2. Broukh. 2. Exc. Lips. Dat. Scal. rec. Beroll. 1. 3. 4. Angll. 3. 4. (Angl. 5. a pr. m. Berol. 2. a marg.) et Corv. quod reposuerat Scal. *vani* exhibent omnes Stat. et Guelff. quinque Palatt. Zwicc. 1. 2. cod. Lips. Par. Goth. Berol. 2. a m. pr. Angll. 1. 2. Witt. 1. duo Broukh. Colb. edd. pr. maj. min. Bartol. Venet. 2. Brix. Rheg. Vicent. Rom. Lips. ap. Heyn. Venett. 1487. 1491. 1493. 1500. 1520. Aldd. Gryph. &c. Wassenbergius tentabat, *Ite p. vani falsique facessite visus;* Waardenburgius, *I. p. vates; falsum ne a. visum; Desinite in somnis;* vel, *Desino et in vobis:* H. Vossius intulit in textum, *I. p. Somni, falsumque a v. Desinite in vanis.* Pro *in somnis* (quod exhibet Vat. Heins. 1.) plurimi, ut omnes Stat. Witt. 1. 2. Broukh. 1. 2. 3. Angll. 1. 2. et Beroll. 1. 2. 4. cum edd. vett. habent *in votis;* unde Stat. formaverat *invētis*, i. e. *inventis*, et postea *invitis;* sed retinuit lect. *in votis;* cod. Lips. *innotis*, quod eodem tendit; Heins. malit, *in veris;* in ora Rheg. ap. Huschk. *ignotis;* Mur. suspicatus est legendum *in vanis;* hoc arripuit H. Voss. Scal. e conj. edidit *in vobis;* hinc Guy. fecit *in nobis;* Berol. 3. *Desine invotis;* Guelf. 1. habet *Desine et in votis;* unde Bach, favente Lenzio in Eph. Heidl. II. 12. in textum admisit *Desinite et vobis:* idem Bach conj. *Ite procul vanis, fulsumque advertite visum; Desinite a nobis*, i. e. aliis iisque credulis visum vestrum objicite falsum, non mihi, qui nunquam vobis fidem habebo. Inconcinne omnes, inquit Huschk. qui nostram lectionem firmari putat h. l. Cic. Div. II. 59. 'Quod si, ceteris temporibus, falsis visis credendum non est; non video, quid præcipui somnus habeat, in quo valeant falsa pro veris. Quod si insanorum visis fides non est habenda, quia falsa sunt; cur credatur somniantium visis, quæ multo etiam perturbatiora sunt, non intelligo.' Cf. vs. 12. et Ovid. Met. XV. 565.—5 Witt. 2. et Scal. rec. *movent*, quod etiam *monent* legi possit in cod. antiq. *nuntia mortis* in Reg. *numina sortis* Sfort. et Exc. Lips.—6 *Vera manent* Guelf. 2. at emendat alia manus *monent;* Witt. 2. et Scal. rec. hic quoque habent *movent.*—8 Nullus liber *vana timere habet*, repositum propterea ab H. Voss. quia

NOTÆ

dixit etiam infra hujus lib. Eleg. 7. 37. 'Hesterna quam te solum quod nocte reliqui.'

5 *Divi vera monent*] O somnia, desinite quærere, ut in vobis fides reperiatur, quoniam solummodo Dii vera prænuntiant, non vos. Exta etiam vere indicant Deorum voluntatem; somnia vero fallacibus spectris, et imaginibus falsis, et errantibus umbris timidas mentes hominum deludunt. In oraculis et extispiciis veritas inest, non in somniis.

6 *Tuscis exta probata viris*] Tuscorum gens quantopere artis extispisciuæ, seu aruspicinæ, religione, rerumque divinarum intelligentia excellere credita sit, norunt omnes, qui Veterum monumenta tantisper attigerunt.

Et natum in curas hominum genus omina noctis
  Farre pio placant et saliente sale. 10
Sed tamen, utcumque est, sive illi vera monenti,
  Mendaci somno credere sive volent;

que vana etiam et *falsa metuere; sed humana gens in solicitudines prona noctis omina mola et sale crepitante deveneratur. Attamen quomodocumque res tandem sit, seu illi cupient vera indicari, seu fidem habere fallaci sopori: Lucina afferat*

præcesserat vs. 7. *fallaci.* Infra non offendit El. 6. 46. loco magis suspecto, 'Aut fallat blanda sordida lingua prece: Etsi perque suos fallax jurarit ocellos.'—9 Locus varietate lectionis notabilis. *Et vanum ventura* unus Stat. sex Palatt. Broukh. 1. Ask. Voss. 5. cod. Lips. Beroll. 1. 4. Scal. rec. Vat. Heins. 3. Angl. 5. a m. sec. et ed. pr. min. *At vanum in curas* Exc. Lips. et sic conj. Heins. *At pronum in curas* conj. quoque idem Heinsius; *Et vanum in curas* Exc. Perr. et Pocc. *Et vanum in curam* Venet. 2. Rheg. et Lips. ap. H. Voss. *Et natum in curam* ed. pr. maj. et Lips. ap. Heyn. *At natum in curas* unus Mur. Vat. Heins. 1. Vat. Ursini, Monac. et Vindob. quam lect. probabilem vocat Huschkius; *Et tantum metuens* unus Stat. *Et natum metuens* unus Broukh. Angl. 1. et Beroll. 2. 3. *Et vatum metuens* Dat. *Et natum maturas* Par. et Bern. *Et vanum metuens* Guelff. 1. 4. cum edd. Rom. Venett. 1491. 1493. et Aldd. *Et vatum in curas* Witt. 2. *Et varium ventura* Witt. 1. et Angl. 5. *Et varium metuens* Angl. 5. a m. sec. *Et vatum ventura* Witt. 2. a m. sec. In marg. Rheg. ap. Huschk. hæc annotantur: 'Septem Mss. *Et vanum ventura hominum genus.* Quæ vera est tot libris scriptura, modo legas, *Et vanum venturi hominum genus:* quomodo sæpe loquitur Silius Italicus. Palat. sextus (ap. Gebhardum) *Et natum in curas.* Sed Græcismus causa erroris.' *Et natum in curas* testantur etiam duo Stat. Corv. Reg. Guelf. 3. unus Broukh. Vat. Heins. 3. Angll. 2. 3. 4. Bartol. et marg. Venet. 2. ap. Heins. *Et nata in curas h. gens* unus Heins. *navum in curas* conj. Heyn. *agmina noctis* Scheff. et Angl. 4. *omnia noctis* Berol. 3. et Angl. 4. a m. sec. et sic in ed. pr. min. et Ald. 1. *omīa noctis* ed. pr. maj. *omina noctis* exhibent Witt. 1. 2. Broukh. 1. Exc. Pocc. et Perr. Laud. Vatt. Heins. 1. 2. 3. Beroll. 1. 4. Par. et Bartol. *omina noctes* Berol. 4. *noctis* in Par. a recentiori manu additum est, ea, quæ prius extabat, voce erasa.—10 Rheg. *placent;* Lips. ap. Heyn. *pioque placent.*—11 *Et tamen* Par. Corv. omnes Beroll. cod. Lips. ed. pr. min. Venet. 2. Venett. 1491. 1493. et vulgg. De confusione formularum *Et tamen, Sed tamen,* vide primam Bentleii annotationem ad Terent. Ed. pr. maj. et Vicent. cum tribus codd. Guyeti exhibent *Sed tamen,* quod reposuerunt H. Voss. Wund. et Bach: *utrimque* unus Broukh. *utrunque* Beroll. 1. 2. 3. alter Broukh. Scal. rec. et Dat. *utrumque* Reg. et Rom. *moneri* Par. Witt. 1. Broukh. 1. 2. 3. Beroll. 1. 4. Angl. 3. et ed. pr. min. *moveri* Witt. 2. Angl. 4. et cod. Lips. *monenti* Vat. Stat. Florent. Laud. Exc. Pocc. Vatt. Heins. 1. 2. Vat. Ursini, omnes Guelff. Beroll. 2. 3. ed. pr. maj. Vicent. et Venett. 1491. 1493.—12 Par. Ask. Goth. Beroll. 1. 3. Guelf. 3. superscr. et Dat.

NOTÆ

10 *Farre pio placant*] Hic *far* Poëta noster pro mola posuit; ut etiam Virg. Æn. v. 'Canæ penetralia Vestæ Farre pio, et plena supplex veneratur acerra.' Mola autem nihil aliud est quam far molitum, tostum, et sale sparsum, quo hostiæ mactandæ perfundebantur: unde immolare proprie est ejusmodi mola et sale hostiam perfusam offerre, seu sacrificare.

Et saliente sale] Sal cum in ignem injicitur sponte crepitans exilit, seu emicat. Unde et Horat. lib. III. Od.

Efficiat vanos noctis Lucina timores,
  Et frustra immeritum prætimuisse velit:
Si mea nec turpi mens est obnoxia facto, 15
  Nec læsit magnos impia lingua Deos.
Jam Nox æthereum nigris emensa quadrigis
  Mundum cœruleo laverat amne rotas:
Nec me sopierat menti Deus utilis ægræ;
  Somnus solicitas deficit ante domos. 20

inanes metus noctis, et incassum cupiat immerentem me *metuisse; si meus animus malo facinore non est obstrictus, neque lingua mea Divos potentes offendit. Jam tum nox sublime Cœlum atris quadrigis emensa, abluerat currum* suum *cœrulo oceano; neque* tamen *somnus animo anxio utilis me soporaverat. Apud domos enim curis*

velint.—13 *Afficiat* Berol. 4. *Et sitiat* Berol. 3. *Eficiat* Witt. 1.—14 Cod. Lips. *immemorem tum timuisse;* Witt. 1. et Laud. *inmeritum;* Beroll. 1. 2. 3. Par. omnes ap. Stat. Broukh. et Heins. omnes Palatt. et Guelff. cum edd. pr. maj. min. Bartol. Venet. 2. Brix. Rheg. Vicent. Rom. Lips. Venett. 1487. 1491. 1493. 1500. 1520. Aldd. etc. *pertimuisse;* Gebhardus correxit *prætimuisse*, quod recepit Broukh. et confirmant Berol. 4. Reg. Corv. Monac. Goth. et duo Voss.—15 *Sic mea* Dat. Zwicc. 1. 2. Par. Beroll. 1. 2. 3. a m. sec. unus Broukh. Venet. 2. Lips. ap. Heyn. et Reg. *Sic me* ed. pr. min. *Dii mea* cod. Lips. Palatt. et unus Broukh. *Si mea* omnes Beroll. Vicent. ed. pr. maj. Venett. 1491. 1493. et Aldd.—16 Par. *magicos:* cod. Lips. *turba.* —17 Guelf. 2. et Florent. *dimensa;* Par. Broukh. 2. 3. Guelff. 1. 4. Corv. Reg. Angll. 1. 2. 3. 4. Beroll. 2. 4. ed. pr. min. Venet. 2. Rheg. Brix. Rom. Lips. ap. Heyn. Venett. 1491. 1493. et Aldd. *emersa;* cod. Lips. *magris emersa;* Beroll. 1. *bijugis emensa;* Berol. 3. *biugis emensa;* ed. pr. maj. Bartol. Vicent. et Basil. 1530. habent etiam *emensa;* id confirmant Angl. 5. Guelf. 3. Monac. Voss. 2. Voss. 5. a marg. et Zwic. 1. ‘ Hoc unice verum, cum de exeunte nocte agatur, quam ut Deam descendere Oceanum sibi fingebant veteres.’ *Bach.*—18 *Non dum* cod. Lips. *Nundum* Bartol. Scaliger tacite e suo, et post eum Broukh. receperant *cæruleas.* Rursus ejecit Heynius idonea de causa, ‘ ut *amnis* habeat aliquid adjunctum, quod Oceani notionem propius adducat.’ *cæruleas* item habet Voss. 2.—19 Interpunctio nos-

NOTÆ

‘ Farre pio, et saliente mica.’

13 *Lucina*] Quæ eadem est Diana et Luna, a luce sic dicta. Catullus XXXIV. 13. ‘ Tu Lucina dolentibus Juno dicta puerperis: Tu potens Trivia, et notho es Dicta lumine Luna.’

14 *Velit*] Deos obtestabantur, ut vellent annuere. Virg. Æn. I. ‘ Hunc lætum Tyriisque diem Trojaque profectis Esse velis.’ Noster etiam Tibullus infra lib. IV. ad Priapum: ‘ Pro quibus officiis, si fas est, Sancte, paciscar, Assiduus custos ruris ut esse velis.’ Plin. Epistol. lib. X. ‘ Precati sumus Deos, ut velint ea semper solvi, semperque signari.’

17 *Jam nox æthereum*] Describit noctis tempus, quo somnia solent mentes hominum dormientium iuvadere, jam præcessisse, diemque demum advenisse, cum somno tandem oppressus Apollinem sibi visus est videre.

18 *Cœruleo laverat amne rotas*] Amnis hic pro Oceano ponitur, ut etiam supra dixit II. 5. 62. ‘ Solis anhelantes abluit amnis equos.’

20 *Solicitas deficit ante domos*] In

Tandem, cum summo Phœbus prospexit ab ortu,
  Pressit languentis lumina sera quies.
Hic juvenis, casta redimitus tempora lauro,
  Est visus nostra ponere sede pedem.
*Non illo quicquam formosius ulla priorum 25
  * Ætas, humanum nec videt illud opus.

agitatas deficit. Denique cum Phœbus ab alto Oriente respexit, tardus sopor languido mihi oculos obruit. Tunc juvenis coronatus lauru casta visus est mihi ingredi domum meam. Nihil unquam ulla Majorum nostrorum ætas habuit isto

tra debetur Cantero Nov. Lect. I. 18. eam admiserunt H. Voss. et Bach. Vossius monet hanc distinctionem evertere emendationes Heinsii, *deficit ille domos,* vel *defit is ante domos.* Omnes antehac Edd. locum interpunxerunt, ut *Somnus* retraheretur ad versum superiorem.—21 *Quom tandem summo* Berol. 3. *Tandem quom* Dat. *somno* pro *summo* Guelff. 1. 4. Vat. Stat. ed. pr. maj. Venet. 2. Brix. Rheg. *somnos* unus Broukh. et Berol. 4. *sōno* (i. e. *somno*) Venett. 1491. 1493. *somo* Rom. i. e. *sommo,* pro *summo,* vel *somno:* Witt. 2. *perspexit;* Angl. 1. *despexit;* Angl. 2. *præspexit.*—22 *Præssit* ed. pr. maj. Vicent. et Rheg. *lumina fessa* Witt. 2. Reg. Sfort. duo alii Stat. Vat. Ursini, Vindob. ed. pr. min. et Bartol. *lumina victa* Hamb. *lumina festa* Guelf. 3. pro v. l.—23 Par. cod. Lips. omnes Beroll. alii, cum edd. vett. *lauro;* Ask. Vindob. Goth. et Bern. *lauru;* hoc reposuit H. Voss.—25. 26 ' Scholastica *νόησις,* Tibullo prorsus indigna, sive sententiam ipsam spectes sive verborum insolentiam. Sie se digne laudaturum putavit is, qui versus ascripsit, præclaram Apollinis speciem, quam informavit poëta, omni illam quidem laude dignam, sed non tam inepta et inficeta. *Non ulla,* inquit, priorum *ætas* vidit formosius *opus.* Nunquam ita scribunt Veteres, sed vel ' ætatem priorum ' vel ' ætatem priorem,' non ætates majores plures commemorant nisi ubi de aurea, argentea et ferrea loquuntur.' *Huschk.* Ed. pr. maj. expressit *illa* pro *ulla.* Pro *videt* unus Stat. et Goth. *fuit;* unus Broukh. et Berol. 4. *valet,* et pro v. l. *videt.* Heins. conj. *nec dedit;* Heyn. *Non vidit quicquam.....nec fuit illud opus,* quod cum Strombeckio in textum intulit Bach. Vir doctus ad marg. Rheg. ap. Huschk. proposuit, *nec videt ullus opus;* addit tamen: ' Versus mendosus, et olens juncturam.' ' Huic igitur pentameter, mihi totum distichon subditicium videtur: quo ejecto non magis aliquid desiderabitur, quam apud Balbum, qui hunc locum pæne ad verbum descripsit T. I. p. 128.' *Huschk.* H.

NOTÆ

domibus solicitis, seu solicitudine agitatis, desideratur ac penitus deficit somnus, nec illas adit, in quibus pleni curarum homines habitant. Unde Seneca in Troade dixit, ' Ignotam venire afflictis quietem.' Notum denique est eos insomnes maxime agere noctes, qui amoris ardore, aut quovis alio curarum æstu percelluntur. Ovidius: ' ignes Ipse suos nutrit, cura removente soporem.'

23 *Redimitus tempora lauro*] Habitum et characteres describit Apollinis, cui apposite lauream in capite tribuit, juxta illud Ovidii Met. I. ubi Apollo de lauro, in quam Nympha Daphne ipsi dilecta conversa est, ait: ' At conjux quoniam mea non potes esse, Arbor eris certe, dixit, mea: semper habebunt Te coma, te citharæ, te nostræ, Laure, pharetræ.'

Intonsi crines longa cervice fluebant;
Stillabat Syrio myrtea rore coma.

pulchrius, neque humanum fuit istud simulacrum. Longi capilli sublimi cervice defluebant, flava cæsaries madebat Tyrio nardo: erat ipsi nitor, qualem præ se habet

Voss. *quicquam* corruptum censens servato pron. *illo*, versus ita concinnavit, *Non illo vidit formosius ulla priorum Ætas (humanum nec fuit illud) opus.*— 28 *Spirabat*, ad Broukh. 2. Berol. 2. et Vindob. jam a S. Fabricio ad Terent. Adelph. I. 2. e scriptis notatum, præeuntibus Plaut. Gryph. Passer. Morell. aliisque, cum Lips. 1812. Wund. et Voss. favente Lenzio, revocavit Bach: *Stillabat* cod. Lips. omnes Stat. Witt. 1. 2. Broukh. 1. 3. Par. Beroll. 1. 3. 4. Guelff. Corv. Reg. alii, cum edd. pr. maj. min. Bartol. Venet. 2. Brix. Rheg. Vicent. Rom. Lips. ap. Heyn. Venett. 1487. 1491. 1493. etc. *tirio* Berol. 1. Witt. 2. *thirio* Witt. 1. *tyrio* Par. Beroll. 1. 2. 3. *Tyrio* omnes Palatt. Broukh. 1. 2. 3. Scal. rec. et vet. *Syrio* Vat. Heins. 1. Ask. Bern. et Vindob. quod reposuit Broukhusius; eandem lect. memoravit Stat. sed nunquam vidit ipse: *myrrhea* Guelff. 1. 3. 4. Guelf. 2. a m. sec. Exc. Pocc. et Perr. Vat. Heins. 1. Vat. Ursini, Venet. 2. ap. Broukh. Brix. Rheg. ap. Heins. et Venett. 1487. 1491. 1493. *myrthea* Par. Broukh. 1. Venet. 2. Rheg. ap. Broukh. *mirtea* cod. Lips. et Witt. 1. *mirthea* Witt. 2. et unus Stat. *myrtea* in omnibus aliis ap. Stat. Palatt. Scal. rec. et vett. omnibus Beroll. Guelf. 2. Corv. Reg. uno Broukh. edd. pr. maj. min. et Bartol. Hanc lect. omnium

NOTÆ

28 *Syrio myrtea* [*myrrhea*] *rore coma*] *Myrrhea coma* dicitur a colore et odore, seu unguento; color enim myrrhæ subflavus est, recte conveniens Apollinis comæ, quæ etiam myrrhea dicitur, quod myrrha, quæ species semper fuit odoris et unguenti apud Antiquos exquisitissima, fuerit delibuta. Juxta illud Horatii III. Od. 14. 'Myrrheum nodo cohibere crinem.' Ovid. Art. Am. lib. I. 'Illius et lacrymis, quas arbore fundit odora, Ungimur; et dominæ nomina gutta tenet.' Legitur etiam a nonnullis *myrtea coma*, sed male, quanquam enim Scaliger, Diis etiam invitis, istam lectionem voluit obtrudere, Petroniumque, Columellam, et Isidorum, ut sua commenta approbaret, testes protulit, aërem tamen et aquam verberavit; nunquam enim obtinebit, ut testimonia Petronii, Columellæ, et Isidori ab ipso in suam sententiam detorta probent 'myrteum' colorem esse eundem qui 'subflavus' aut 'flavus' dicitur. Petronii namque locus, testimoniumque Columellæ colorem aperte viridem, 'flavum' vero minime, ut vult Scaliger, significant. Isidorus autem, quem velut Petronii et Columellæ clarum Interpretem pro sua sententia assumsit Scaliger, ipsius ita causæ contrarius est, ut eam penitus evertat, et 'myrtenm' colorem eundem esse, qui 'viridis' dicitur, idoneis et conceptis verbis demonstrat. Hæc enim sunt ejus verba Origin. lib. VI. cap. 11. 'Cum peritiores Architecti neque aurea lacunaria ponenda in Bibliothecis putent, neque pavimenta alia, quam e Carystæo marmore, quod auri fulgor hebetat, et Carystæi viriditas reficiat oculos; nam et qui Nummulariam discunt denariorum formis myrteos pannos subjiciunt, et gemmarum sculptores scarabeorum terga, quibus nihil est viridius, subinde respiciunt, et pictores idem faciunt, ut laborem visus eorum viriditate recreent.' Potestne aliquid apertius contra Scaligeri sententiam haberi?

Candor erat, qualem præfert Latonia Luna,
  Et color in niveo corpore purpureus; 30
Ut juveni primum virgo deducta marito
  Inficitur teneras, ore rubente, genas:
Ut, cum contexunt amarantis alba puellæ
  Lilia; ut autumno candida mala rubent.
Ima videbatur talis illudere palla; 35
  Namque hæc in nitido corpore vestis erat.

Luna Latonia, et color purpureus in candido corpore: quemadmodum puella pudore suffunditur, vultu genas rubore tingente, cum primum sponso juveni traditur: sicut quando virgines lilia candida amaranthis intexunt, ac per autumnum poma alba rubescunt. Infima palla ejus calces percutere videbatur; hujuscemodi enim vestimentum

primus impugnaverat Cyllenius.—29 Laud. Vat. Heins. 1. et Angl. 2. *profert;* Exc. Pocc. Perr. et Broukh. cum Vat. Heins. 2. *perfert.*—31 *Et juveni* Exc. Perr. cum Venet. 2. et Rheg. ap. Heins. *Ut j. p. juvenis* cod. Lips.—32 Duo Angll. *Infecit,* ortum e scriptura, qualem exhibet cod. Lips. *Inficit9,* i. e. *Inficitur:* V. D. in Act. Soc. Traj. conj. *flore rubente;* H. Voss. de conj. edidit, *tota rubore genas;* cf. Ovid. Her. XXI. 112. At vero, si quæ *tota,* i. e. toto ore, rubet, genæ simul rubentes cogitentur necesse est. Molestum igitur ac jejunum satis hoc commentum! Si quid mutandum, ad meliora ducere poterit Ovid. Am. III. 3. 5. seq. Cf. Virg. Æn. XII. 605. et Ovid. Am. II. 5. 35. seq.—33 *Aut* Exc. Pocc. et Broukh. Vatt. Heins. 1. 2. et Colot. *Et* Angll. 1. 5. cod. Lips. Par. omnes Beroll. et edd. vett. *Ut* Aldd. *quom* Dat. et Berol. 3. *amarthis* Berol. 2. *amamuthus* Berol. 3. *adamantis* cod. Lips. *amaracis* ed. pr. min. et Bartol. quod legendum *amarātis,* i. e. *amarantis,* ut exhibent Par. Beroll. 1. 4. alii, literæ enim *c* et *t* pæne similes sunt in codd. *amarinthus* in ed. pr. maj. et aliis vett.—34 *Liba et* Berol. 3. Vulgo *et* legebatur, ut est in cod. Lips. Par. Beroll. Corv. Guelff. Reg. aliis, cui Broukh. substituit *ut,* confirmantibus id Monac. Bern. Hamb. et Voss. 2.—35 Guelf. 2. *Jamque videbatur:* Angl. 2. *eludere;* Venett. 1487. 1491. 1493. *alludere.*—36 In

NOTÆ

29 *Latonia Luna*] Luna, quæ eadem et Diana est, Apollinis seu Phœbi soror, Latonia vocatur a matre Latona, quæ ipsam Dianam seu Lunam simul cum Apolline uno partu edidit.

31 *Primum deducta marito*] Deduci vocabulum est solenne in Veterum conjugiis. Cicero apud Macrobium Saturn. lib. II. 'Comparavit hunc fundum Servilia tertio deducta.' Propert. lib. IV. Eleg. 3. 13. 'Quæ mihi deductæ fax omen prætulit, illa Traxit ab everso lumina nigra rogo.' Corn. Tacitus Annal. lib. XIV. cap. 63. de Octavia: 'Huic primus nuptiarum dies loco funeris fuit deductæ in domum, in qua nihil nisi luctuosum haberet, erepto per venenum patre et statim fratre.'

33 *Contexunt amarantis alba puellæ*] Mirum sane est, quantum Amaranthus apud Antiquos commendetur propter coloris suavitatem, quanquam nullo prorsus odoris afflatu donatur. Floris hujus nitor Tyrias purpuras, et coccum quodvis, sive saturatum fuerit sive dilutum, rutilanti suo colore ac splendore vincit. Gaudet decerpi; et quo frequentius colligitur, eo libentius et lætius renascitur.

35 *Talis illudere palla*] Palla proprie ex Servio vestis est muliebris ad

Artis opus raræ, fulgens testudine et auro,
  Pendebat læva garrula parte lyra.
Hanc primum veniens plectro modulatus eburno,
  Felices cantus ore sonante dedit. 40
Sed postquam fuerant digiti cum voce locuti,
  Edidit hæc dulci tristia verba modo:
Salve cura Deum; casto nam rite poëtæ
  Phœbusque et Bacchus Pieridesque favent.

tegebat ejus *candidum corpus. Cithara sonora, miræ industriæ opus, testudinis tegmine atque auro coruscans dependebat a sinistro* ejus *latere. Istam ut advenit statim pulsans eburneo pectine faustos edidit sonos, ore* ejus *simul canente. At ubi digiti simul cum voce modulati fuerunt, hæc jucunda verba lugubri sono protulit: Ave o Divorum amor: Poëtæ etenim pudico et Phœbus, et Bacchus, et Pierides*

libris nulla prorsus diversitas est, nisi quod edd. vett. ut alibi, ita hoc loco *Nanque* habent pro *Namque;* in ora autem ed. Gryph. 1573. *hoc* notatum legitur pro *hæc*, sensu minus commodo. In hoc versu primus offendit Vulpius, scribens: 'Huic versui, aut ego valde fallor, περισσότης et ψυχρότης quædam inest. Satis enim fuerat pallam in hexametro nominasse, ut intelligeremus, hac veste Apollinem indutum fuisse.' H. Voss. de conj. edidit, *Quæ cocco nitido corpora vestierat;* Bauer. emend. *Vincta hæc in nitido pectore vestis erat.* Utramque improbat Bach.—37 Par. *testudine.*—38 Ed. pr. min. *leva:* Witt. 1. 2. et Par. *garula p. lira.*—39 *Ac primum* Reg. pro *veniens* Laud. et Angl. 2. habent *Veneri,* unde Burm. formabat *feriens;* Schrad. *verrens,* vel *moderans,* improbante Huschk. Heynius emend. *Hac....modulatus,* vel *moderatus.* Sed locutionem 'modulari lyram' bene illustravit Vossius. Cf. Claud. Præf. ad II. Rapt. Pros. 15. et Senec. Med. 626.—40 Exc. Pocc. Vatt. Heins. 1. 2. et Venett. 1487. 1491. 1493. *canente dedit.*—41 H. Voss. ex Angl. 2. *digiti fuerant,* quod non notavit Huschkius.—42 *Hæc edidit* ed. pr. min. *tristi dulcia* cod. Lips. Par. omnes Beroll. Stat. Guelff. et Broukh. Corv. Reg. alii, cum edd. vett. *dulci tristia* in Monac. et Bern. ut e conj. edidit Broukh. *dulci dulcia* Exc. Lips. Perr. et Pocc. Vatt. Heins. 1. 2. et Colot. *sono* exhibent pro *modo* Reg. unus Stat. Witt. 1. Broukh. 1. Colb. Dat. et Vat. Heins. 1.—43 Berol. 1. *casto cũ,* et a marg. *nã.*

NOTÆ

vestigia usque deducta. Constat autem tam pallam quam stolam vestes fuisse mulierum ita proprias, ut iis viri vix uti possent sine vituperatione. Pallam porro vestem fuisse longam, et talos terramque attigisse, testatur etiam Ovidius. 'Verrit humum Tyrio saturata murice palla.'

38 *Garrula lyra*] Lyra, tibia, cithara, fistula, testudo, et chelys sæpius sumuntur a Poëtis pro uno et eodem, licet revera longe inter se discrepent. Græci quidem Mercurium lyræ, Apollinem vero citharæ faciunt inventorem, &c. Sic etiam supra Tibullus: 'Garrula sylvestri fistula facta Deo.'

40 *Ore sonante*] Vocis modulamen pariter adhibuit Apollo, ubi plectro pulsavit testudinem; simulque digiti sonorum varietatem moderantes concentum et symphoniam ediderunt.

42 *Dulci tristia* [*tristi dulcia*] *verba modo*] Suavia et grata erant verba, sed ea proferendi modus erat tristis, et ad Elegiam sono lugubri temperatus.

43 *Salve cura Deum*] In Divorum

Sed proles Semelæ Bacchus, doctæque Sorores 45
Dicere non norunt, quid ferat hora sequens:
At mihi fatorum leges, ævique futuri
Eventura, pater posse videre dedit.

favent. At Bacchus filius Semeles, et eruditæ Sorores nesciunt indicare, quid tempus futurum adducat. Sed mihi Jupiter *parens concessit fatorum jura, et posse*

—45 *Semeles* Beroll. 1. 2. 3. Guelff. Statiani et vulgg. *Semelæ* edidit Broukh. et sic in Berol. 1. Reg. Par. Witt. 2. Angll. 3. 4. cum edd. pr. maj. et min. *doctæque puellæ* cod. Lips. Cf. Propert. II. 30. 27. III. 1. 17. III. 3. 37. Virg. Ecl. VI. 65. et Ovid. Met. V. 268.—46 Colb. *ora frequens.* Versus in particip. *ns* exeuntes reprehendit Serv. ad Æn. III. 300. Et sane in operibus perfectioris generis perraro inveniuntur; Ovid. interdum admisit, docente Burm. ad Lotich. Tom. I. p. 239.—47 Guelf. 2. et Berol. 2. *cujusque;* Par. *cuicunque futuri.*—48 *Et ventura, pater* Laud. *Et ventura patri* Angl. 2.—

NOTÆ

tutela Poëtæ semper fuerunt, ut etiam cum Tibullo nostro testatur Ovidius Elegia de ipsius Tibulli obitu: 'At sacri Vates, et Divum cura vocamur; Sunt etiam qui nos numen habere putent.'

Casto poëtæ] Quamvis aliquando versus sint tenelluli et molliculi, Poëta tamen debet esse castus et pudicus; cum Musæ et Camœnæ, quas exercet, virgines et castæ existant. Catullus ad Aurelium et Furium Comites Carm. XVI. 5. 'Nam castum esse decet pium Poëtam Ipsum, versiculos nihil necesse est.' Et licet aliquando lasciviant Poëtarum ineptiæ, et petulcæ videantur, animi tamen eorum sententia debet esse gravis et optima, vitaque proba: juxta illud Martialis ad Cæsarem: 'Lasciva est nobis pagina, vita proba.'

44 *Phœbusque et Bacchus Pieridesque*] Dii Poëtarum tutelares maxime sunt, Apollo, Bacchus, et Musæ, quæ et Pierides, ut etiam Tibullo nostro concinens Ovid. Art. Am. lib. III. testatur: 'O ita, Phœbe, velis; ita vos, pia Numina Vatum, Insignis cornu Bacche, novemque Deæ.' Idem Amor. lib. I. Eleg. 3. 'At Phœbus, comitesque novem, vitisque repertor Hoc faciunt,' &c. Bacchus autem inter Poëtarum Deos ideo habetur, vel quod idem sit qui et Apollo: vel quod ubertatis largitor, artium et pacis, in qua florent artes, arbiter existimetur: vel quod Poëtæ aliquando sicut bacchantes furere dicuntur, unde Horatio malesani lib. I. Epist. ad Mæcenatem vocantur: vel denique quod facundiam Poëtis tribuat. Vinum enim, quod per Bacchum intelligunt, fomes est quidam et incitamentum virtutis et ingenii, quod acuit; ut ait Horat. 'Fœcundi calices quem non fecere disertum?' Quod etiam confirmat Martialis, asserens a Poëtis nihil præclarum, aut posteritate dignum, aut venustum proficisci, si biberint aquam; si vero vinum potarint, omnia eximia et egregia scribere: Martial. lib. XI. Epigr. 7. 'Possum nil ego sobrius, bibenti Succurrunt mihi quindecim Poëtæ.'

46 *Quid ferat hora sequens*] Non enim Bacchi Musarumque officium est res futuras prænoscere.

48 *Eventura, pater posse videre dedit*] A Jove præ Diis ceteris habuit Apollo, ut futuros casus prævideret, fatorumque leges cognosceret: unde passim templa et oracula habuit. Ad

Quare, ego quæ dico non fallax, accipe, vates,
  Quodque Deus vero Cynthius ore feram. 50
Tantum cara tibi, quantum nec filia matri,
  Quantum nec cupido bella puella viro:
Pro qua solicitas cœlestia numina votis;
  Quæ tibi securos non sinit ire dies:
Et, cum te fusco Somnus velavit amictu, 55
  Vanum nocturnis fallit imaginibus:

prænoscere futuros ætatis venturæ casus. Itaque, o Poëta, audi ea, *quæ ego non mendax loquor, et quid divus Cynthius ore veridico proferat. Pulchra* illa *Neæra, versibus tuis* tantopere *decantata, plus tibi dilecta, quam matri filia, et quam formosa virgo ardenti marito, propter quam Superos votis oneras, quæ nullos tibi tranquillos permittit effluere dies, et male nocturnis tibi illudit simulacris, quando te*

49. 50. 'Vulg. *quæ dico* propter seq. *feram* suspicione corruptelæ non caret. Præterea nihil frigidius dici poterat, quam quod hæc verba e vulg. lectione continent. His causis adductus e Angl. 2. (et Land.) *qui dicor* in textum admisi, ita interpr. *Quare accipe*, sc. a me, (cf. Virg. Georg. I. 104.) *qui non fallax vates dicor, Quodque*, i. e. quodcumque *deus Cynthius vero ore feram.* Sæpius fefellit usus pron. 'quisque' pro relat. 'quicumque.' Non repudiarunt illud optimi scriptores. Vide Burm. ad Nep. Pel. II. 1. Scyff. Gr. Lat. Tom. II. p. 133.' *Buch.* 'Perperam; sensus est: Tu et hoc, quod cum maxime *dico*, et ea, quæ deinceps dicturus sum, ut vera accipe: *vates* enim sum *non fallax.* cf. Propert. IV. 8. 74.' *Huschk.*—50 *Quidque* cod. Par. duo Stat. Beroll. 1. 3. 4. Guarn. unus Broukh. Dat. Angl. 2. Vat. Heins. 2. ed. pr. maj. Vicent. Lips. ap. Heyn. et Rheg. *Quodque* cod. Lips. ed. pr. min. Venett. 1487. 1491. 1493. et Aldd. *Quidve* in Reg. *ferat* in omnibus; *feret* in Berol. 2. et uno Broukh. sed *feram* Broukh. recte substituit.—51 Unus Broukh. *non filia.*—53 *Proh qua sollicitus* Witt. 1.—54 Tres Angll. Witt. 1. et cod. Lips. *esse dies;* sic etiam ed. pr. min. *isse* conj. Bach. In temporum mutatione librariorum ignorantia sæpe deprehenditur; vide ad II. 5. 112. Ovid. Met. X. 173. Et ipsum verb. 'sino' præterito infinitivi jungitur; vide Ovid. ibid. v. 119.—55 *Et quom* Witt. 1. Dat. et Berol. 3. *Que cum* cod. Lips. i. e. *Quæ.* —56 *Vanis nocturnum ludit* de conjectura reposuit H. Voss. 'Frustra de Latinitate verbi 'vanus' dubitavit, modo capiatur cum Heynio ad Æn. X. 631. de eo, qui vana et inania sibi persuadet. Verius quoque v. *Vanum* habet positum, quam *Vanis.*' Bach. 'Vanus' est non modo is qui fallit, sed etiam is qui fallitur. Vide Claudian. XXXIII. 98. et Ovid. ex Pont. II. 9. 29. Nonnulli libri, ut Broukh. 1. Berol. 2. Vindob. Witt. 1. Colb. Vat. Heins. 1. Guelf. 3. pro v. l. et Angll. 2. 3. 4. *ludit* habent pro *fallit:* codd. Lips. et

NOTÆ

mentem Tibulli Virgil. Æn. III. 251. 'Quæ Phœbo Pater omnipotens, mihi Phœbus Apollo Prædixit.'

53 *Solicitas cœlestia numina votis*] Idem supra Eleg. 3. v. 1. 'Quid prodest cœlum votis implesse, Neæra.'

55 *Fusco Somnus velavit amictu*] Somnus habitus est inter Deos ab Antiquis, quem cornu manu tenentem, veste fusca seu nigra indutum, apud Cimmerios sedem habere somniarunt. Ovid. Met. XI. 'Est prope Cimmerios longo spelunca recessu, Mons cavus, ignavi domus et penetralia Somni.'

Carminibus celebrata tuis, formosa Neæra
  Alterius mavult esse puella viri:
Diversasque tuis agitat mens impia curas,
  Nec gaudet casta nupta Neæra domo. 60
Ah crudele genus, nec fidum fœmina nomen!
  Ah pereat, didicit fallere si qua virum!
Sed flecti poterit; mens est mutabilis illis.
  Tu modo cum multa brachia tende prece.

sopor contexit nigro velamine, vult potius alterius esse mariti uxor, quam tua, *atque animus* ejus *perfidus suos aliorum*, non tuos, *cogitat amores; Neæra denique* illa *viro juncta non amat pudicam domum. O sæva progenies, et perfidum nomen, mulier! Ah si aliqua novit maritum decipere, pereat. Verum poterit forsan flecti; puellis* enim *animus est mobilis. Tu vero nunc extende illi manus constanti cum*

Par. *ymaginibus*. Cf. Virg. I. Æn. 408. et Ecl. II. 27.—58 Berol. 3. Par. ed. pr. maj. Venet. 2. Rheg. ap. Heins. et Vicent. *muluit;* Rheg. ap. Huschk. *manuli;* ed. pr. min. *mavult*, quod testantur omnes alii codd.—59 *Diversasque suas* in codd. et edd. vett. ubi, monente Heynio, *suas* plane est otiosum; *tuis* ex emend. Lipsii reposuit Broukh. eumque secuti sunt Vulp. Heyn. alii. 'Non ausus sum hanc lect. expungere, cum et per se probabilis sit, et firmetur etiam libro Vindob.' *Huschk.* H. Voss. Wund. Ed. Lips. 1812. et Bach, revocarunt *suas*. *Diversasque suis*, i. e. propinquis, legebant Mur. et Dous. P. improbante Huschk. *Diversoque suas* Gebh. *Diversasque tuis agitat minus anxia curas* legebat Ayrman. in Vita Tibull. §. 85. *anxia* dederunt Ed. Rom. Cyll. Aldd. Gryph. Plant. et Dous. *impia* testantur omnes Beroll. Stat. Palatt. et Guelff. Witt. 1. 2. Broukh. 1. 2. 3. Laud. Exc. Pocc. et Lips. cod. Lips. Par. Scal. rec. Dat. Vat. Heins. 1. 2. Colot. Angll. 1. 2. edd. pr. maj. min. Bartol. Venet. 2. Brix. Rheg. Vicent. &c.—61. 62 *Ah....Ah* cod. Lips. Par. Beroll. 1. 3. Guelff. Reg. Corv. &c. *Ha....Ha* Beroll. 2. 3. Witt. 1. et Exc. Broukh.—63 Unus Broukh. Par. Berol. 2. Zwicc. 1. 2. ed. pr. maj. Venet. 2. Vicent. Rheg. Venett. 1487. 1491. 1493. et Aldd. *illi;* cod. Lips. Reg. Guelff. 2. 3. Witt. 1. 2. duo Broukh. Scal. rec. Dat. Angll. 3. 4. ed. pr. min. et Bartol. cum aliis, *illis*, quod restituit Scal. Est autem versus Homericus ex Il. O. 203.—64 Guelf. 1. 3. 4. Corv. Reg. omnes Stat. et Beroll. Par.

NOTÆ

59 *Diversasque tuis agitat curas*] Diversas seu alienas curas eodem modo dixit Virgil. Æn. XII. 'Diversæque vocant animum in contraria curæ.'

61 *Crudele genus*] Nullius animalis periculosior est furor, aut ira crudelior, quam mulieris; cujus tot exempla videre est in Veterum monumentis. Unde etiam Virgil. Æn. IV. 'Notumque, furens quid fœmina possit.'

Nec fidum fœmina nomen] Etsi de mulieribus semper conquerantur amatores, utpote querulum genus; certum tamen est nihil esse fere verius, quam illud, *nec fidum fœmina nomen*. Nam fœminæ non modo inconstantes, leves, et mente mutabili, juxta illud Virgil. Æn. IV. 569. 'varium et mutabile semper Fœmina;' sed sunt etiam ut plurimum perfidiosæ, et natæ fraudes componere. Propert. lib. II. Eleg. 9. 'Sed vobis facile est verba et componere fraudes: Hoc unum didicit fœmina semper opus. Non sic incerto mutantur flamine Syrtes, Nec folia hyberno tam treme-

*Sævus Amor docuit validos tentare labores : 65
Sævus Amor docuit verbera posse pati.
Me quondam Admeti niveos pavisse juvencos,
Non est in vanum fabula ficta jocum.
Tunc ego nec cithara poteram gaudere sonora,
Nec similes chordis reddere voce sonos ; 70

fidelitate. Crudelis Amor ostendit arduos suscipere labores; crudelis, inquam, ille *Amor erudivit dura flagella perferre. Non est commentum ad jocum inanem confictum me* regis *Admeti buculas albas servasse. Ego tunc temporis nequibam lyra canora recreari, neque voce edere cantus fidicinibus consentaneos. At ipse ego*

cod. Lips. edd. pr. maj. min. Bartol. Venet. 2. Brix. Rheg. Vicent. Rom. Lips. Venett. 1487. 1491. 1493. 1500. Aldd. &c. *fide;* Broukh. primus *prece* restituit ex bonis aliquot libris, Vatt. Heins. 1. 2. et Exc. Pocc. Perr. et Lips. quibuscum conspirant Guelf. 2. Monac. Hamb. et Berol. 4. a marg.—65 Versus suspectus. Integrum habent Exc. Pocc. et Pocc. Corv. Voss. 1. et Cuj. ex quo eum Scaliger in ordinem recepit. Sed alium huic v. substituunt alii libri, (ut cod. Lips. Par. Beroll. 1. 2. 3. Witt. 1. 2. unus Broukh. Colb. edd. pr. maj. min. Bartol. Venet. 2. Brix. Rheg. Vicent. Rom. Lips. Venett. 1487. 1491. 1493. 1500. 1520. Aldd. Gryph. Mur. Stat.) *dominæ fera verba minantis;* Angll. 1. 2. Vat. ap. Stat. et alter ejusdem, *dominæ fera bella minantis;* Broukh. 2. in contextu et alter ejusdem in marg. *Te victum placidumque tuæ monstrato puellæ;* et sic in Beroll. 2. 4. nisi quod hic habet *monstraro,* ille *victus.* Marg. cd. Vicent. ap. Huschk. hæc adscripta: '*Sævus amor docuit:* Supposititius est hic versus: Pont. sic reposuit ex V. C. *Flere nec ante pedes pudeat, dominamque vocare.*' Hunc versum a Pont. repositum esse notavit Perr. habent etiam Vatt. Heins. 1. 2. 'Ferrem, si scripsisset auctor, *Sævus Amor docuit validos tentare leones.* Cf. Propert. II. 19. 21.' *Huschk.*—66 Rursus e libro Cuj. cui tres Voss. accedunt, Scal. reposuit *verbera sæva;* deleta lect. elegantissima *posse pati,* quam exprimunt cod. Lips. Par. omnes Beroll. et Stat. Witt. 1. 2. Broukh. 1. 2. 3. et Colb. cum edd. vett. sine exceptione omnibus.—67 Par. omnes Beroll. Stat. alii, cum ed. pr. maj. min. Bartol. Venet. 2. Brix. Rheg. Vicent. &c. *niveas p. juvencas.* Broukh. *niveos p. juvencos* reposuit, quia supra etiam II. 3. 11. Admeti tauros pavisse perhibetur Apollo: hoc testantur Sfort. Witt. 2. et Colot.—68 Sfort. Dat. et Berol. 3. *facta.*—69 Omnes libri scripti editique *sonora* habent; non *canora,* quod e marg. Gryph. et ed. Lips. reposuerunt H. Voss. et Bach. Cf. III. 5. 25. seq. Claud. XL. 5. Virg. Geo. III. 199. Lucr. V. 335. Stat. I. Sylv. 5. 4. Sed vide Hor. I. Od. 12. Senec. Troad. 321. Claud. XXXIV. 14.

NOTÆ

facta Noto; Quam cito fœminea non constat fœdus in ira, Sive ea causa gravis, sive ea causa levis.'

63 *Mens est mutabilis illis*] Omnes omnino fœminæ sunt mobiles, inconstantes, flecti faciles, animoque mutabili: juxta illud, 'mobilior ventis fœmina.'

67 *Admeti pavisse juvencos*] Admeti Thessaliæ Regis Apollinem a Jove divinitate spoliatum, novem annos armenta opere pastoritio servasse vulgo fabulantur, quod nimirum Cyclopas Jovis fulminum ministros occidisset: sed aliam hic sequitur sententiam Tibullus, quæ est Callimachi in Hymno Apollinis, ubi dicitur Apollo pavisse greges Admeti, amore ipsius incensus.

Sed perlucenti cantus meditabar avena,
  Ille ego Latonæ filius atque Jovis.
Nescis quid sit amor, juvenis, si ferre recusas
  Immitem dominam conjugiumque ferum.
Ergo ne dubita blandus adhibere querelas. 75
  Vincuntur molli pectora dura prece.
Quod si vera canunt sacris oracula templis,
  Hæc illi nostro nomine dicta refer:
Hoc tibi conjugium promittit Delius ipse.
  Felix hoc, alium desine velle virum. 80
Dixit, et ignavus defluxit corpore somnus.
  Ah ego ne possim tanta videre mala!

Latonæ et Jovis filius tenui avenæ calamo cantum modulabar. O adolescens, ignoras quid sit amor, si renuis pati sævam puellam et durum connubium. Ne igitur dubita mollibus uti querimoniis: feroces animi blandis precibus franguntur. Quod si oracula sanctis delubris vera nuntiant, verba ista a me ipsi reporta: Ipse Delius istud Tibulli *tibi pollicetur connubium fore faustum. Alterum igitur desiste maritum cupere. Hæc ubi locutus est, sopor iners discessit a me. Heu nequeo tam*

Virg. Æn. VI. 119.—71 Guelf. 2. cod. Lips. Par. Witt. 1. duo Broukh. Exc. Lips. Dat. Angll. 1. 2. 3. 4. Beroll. 1. 2. 3. ed. pr. maj. Venet. 2. et Rheg. *cantum;* Berol. 4. Guelff. 1. 3. 4. alii, cum ed. pr. min. Bartol. Vicent. Venett. 1487. 1491. 1493. 1500. 1520. et Aldd. *cantus:* Huschk. conj. *Sed permulcenti cantus m. avena;* cf. Ovid. Met. II. 683. item de Apolline.—73 *Nescit* ed. pr. min. Bartol. et Aldd. *forte recusas* Guelff. 1. 4. unus Palatt. et Rom. *recuses* Berol. 2. et Angl. 1.—74 Perperam Broukh. ex Angl. 1. quicum consentiunt duo Voss. reposuit *dominum*, ne bis idem dicatur. Scripturam receptam præclare illustravit Heyn. et confirmat Lotich. II. 3. 18.—75 Par. *adhybere.*—76 Broukh. conj. *Vincentur.*—78 Ed. pr. min. Rom. Lips. ap. Heyn. Rheg. Venett. 1491. 1493. et Aldd. *nomina*, quod Stat. lapsum operarum vocat, legi jubens *nomine*, ut in ed. pr. maj. Bartol. et codd. *tempore* cod. Reg.—79 Langerman. maluit *permittit.*—80 *Felix ac* Beroll. 1. 2. 3. Colb. duo Broukh. omnes Guelff. Par. cod. Lips. quinque Angll. Vat. Heins. 2. ed. pr. maj. Bartol. Venet. 2. alii; unde Stat. formabat *atque;* ed. pr. min. *Felix at;* Berol. 4. *at tu alium;* Colot. cum Exc. Pocc. Perr. et Lips. *Felix ergo;* Reg. *ast*, sed diverso modo interpungitur: *hoc* primum Muretus e vet. cod. reposuit; habent id Cuj. et Voss. 5. 'Mihi unice placet recepta lectio et interpunctio Salmasii ad Spartian. p. 31. *Felix hoc* conjugio vel viro, *alium &c.* Quod Heynio in mentem venit, verba *Felix hoc* ad superiora referre, *Hoc conjugium, hoc felix, tibi promittit Delius*, quamvis ipse precario proposuerit, assumsit Voss. Muretus distinguebat, *Felix: hoc alium*, (i. e. *alium* quam hunc) *desine velle virum.*' Huschk.—81 Berol. 4. *igna-*

NOTÆ

72 *Latonæ filius atque Jovis*] Latona filia Cœi Titanis a Jove compressa geminam ex eo prolem concepit, unoque partu apud Delon Insulam, quæ tunc vocabatur Ortygia, Dianam et Apollinem edidit.

79 *Delius ipse*] Dictus est Apollo *Delius* a Delo Insula, in qua natus et educatus est, et oracula frequentissima reddebat. Alii volunt ita dici, quod omnia τὰ δῆλα, hoc est, *aperta* et *manifesta*, faciat.

Nec tibi crediderim votis contraria vota,
  Nec tantum crimen pectore inesse tuo.
Nam te nec vasti genuerunt æquora ponti, 85
  Nec flammam volvens ore Chimæra fero,
Nec Canis anguinea redimitus terga caterva,
  Cui tres sunt linguæ tergeminumque caput,

magna mala cernere. Neque ego existimaveram te vota concipere meis desideriis adversa, nec animum tuum tam magnum scelus moliri. Non enim te procrearunt immensa ponti maria, neque Chimæra vomens ignes ore immani, neque Canis habens dorsum cinctum agmine serpentino, qui tres habet linguas, et tria capita; neque

vus, et *ignavos* ab al. m. *deflexit* unus Palat. Laud. Exc. Pocc. ed. pr. maj. Venet. 2. Lips. ap. Heyn. et Rheg. ap. Heins. *pectore* Venett. 1491. 1493. et Ald. 1. quod Scal. repetiverat, adstipulantibus Broukh. Vulp. Heyn. et H. Voss. *corpore* omnes Beroll. cod. Lips. Par. Corv. Reg. Guelff. 2. 3. quinque Palatt. Colb. Laud. Exc. Pocc. alii, cum ed. pr. maj. min. Bartol. Venet. 2. Brix. Rheg. Vicent. et Lips. ap. Heyn. Cf. Virg. Æn. IV. 522. Cul. 92. Lotich. II. 4. 72. ‘ Corpore defluxit somnus, et orta dies.’ Zanch. VI. 1. ‘ Cum mihi jucundus defluxit corpore somnus.’ Utrumque voc. sæpius confusum. In Catull. LXIV. 92. *corpore* agnoscunt quinque codd. Plut. in Bibl. Laurent. et Riccard. pl. alii. Cf. etiam Ovid. Fast. II. 327. Met. VI. 489. et Drack. ad Sil. XVI. 479.—82 Cod. Lips. et tres Voss. *Hæc ego;* Witt. 1. unus Broukh. et Beroll. 2. 4. *Ha ego:* Witt. 1. et Berol. 1. *ne possem;* at *ne possum* habet Berol. 3. *non possum* Berol. 2. Berol. 4. a m. sec. Broukh. 1. 2. Angl. 1. ed. pr. maj. Venet. 2. Rheg. Venett. 1491. 1493. et Aldd. *non possim* Vicent. *ne possim* Reg. Guelff. 1. 3. Berol. 4. Par. Witt. 2. Laud. unus Broukh. Exc. Pocc. Vat. Heins. 2. Vat. Ursini, ed. pr. min. Bartol. et Rom. Cf. II. 4. 7.—83 *Non ego crediderim* Vat. ap. Stat. alter ejusdem, Thuan. Angl. 1. et Goth. *Hæc ego* Colb. i. e. *Nec ego*, ut antea demonstravimus, nam eodem modo in libris exaratum reperias *Nec* et *Hæc*, vel *Hec;* Berol. 2. habet *Nec ego:* Berol. 4. *condiderim.* Non est silentio prætermittenda probabilis Heynii emendatio, *Nec tibi c. nostris;* nam voces *nostris* et *votis* etiam permutantur in simili versu Propert. I. 5. 9.—84 Reg. Guelf. 1. Berol. 4. Angll. 3. 4. et Hamb. *pectori*, quod primus receperat Scal. et post eum Broukh. H. Voss. Bauer. et Bach; at Heyn. duce Vulpio, recte reposuit *pectore.* Vide Ruhnken. ad Terent. Phorm. I. 4. 2. Cort. ad Sallust. Cat. 2. 9. Burm. ad Sueton. Cæs. 66. et Quintil. VIII. 3. 68. Ergo *pectore inesse* idem est quod *in pectore esse*, eaque structura exquisitior est altera *pectori inesse*, pro qua Ovid. adeo posuit ‘ pectus inesse,’ Fast. II. 119.—85 *Nam te non* Colb. Thuan. cum edd. H. Voss. et Bach. *Nam nec te* Witt. 1.—87 *Nec canis anguinea* Witt. 1. 2. Ask.

NOTÆ

86 *Chimæra*] Monstrum esse triforme, flammas ore vomens, caput pectusque leonis habens, ventrem capræ, et caudam draconis finxerunt. Ovid. Met. X. Sed revera Chimæra mons est Lyciæ in Asia minore altissimus, alio nomine etiam vocant Cragum, qui flammarum globos, velut Ætna, eructans habet in cacumine leones incolas; mediam partem pinguia occupant pascua, in quibus caprarum greges; infimam vero tenent serpentes. Unde nata est fabula.

87 *Nec Canis*] Cerberum Inferorum custodem intelligit, serpentinis jubis deformem; quem etiam aliquando ab Hercule ad Superos tractum fabulantur.

Scyllaque virgineam canibus succincta figuram;
Nec te conceptam sæva leæna tulit, 90
Barbara nec Scythiæ tellus, horrendave Syrtis;
Sed culta, et duris non habitanda, domus,

Scylla puellarem habens formam canibus inferiori parte circumseptam; neque te genitam immanis leæna procreavit, neque barbara terra Scythiæ, aut Syrtis horrida; at potius honesta domus et urbana, neque feris incolenda: atque præ ceteris max-

Beroll. 1. 3. 4. Guelff. 2. 3. Berol. 2. a marg. Monac. Voss. 4. ed. pr. min. Venet. 2. Rom. Vicent. et Rheg. 'quæ lectio cur expungatur, non video.' *Huschk. Nec canis anguigena* unus Broukh. *Nec* [9]*sanguinei*, i. e. *consanguinei*, cod. Lips. pro quo *Nec consanguinea* habent Par. Berol. 2. Zwic. 2. Broukh. 1. 2. duo Stat. Guelff. 1. 2. Laud. Angll. 1. 2. 5. ed. pr. maj. Bartol. Venett. 1487. 1491. 1493. et Aldd. *cathena* Par. et Berol. 2. *catena* duo Broukh.—88 *Qui* Dat. et Berol. 3.—89 *Sillaque* Berol. 3. *Syllaque* Berol. 4. *Scillaque* Berol. 1. et Par. *Scyllave* Heynius et Bach substituerunt, quod habent tres ad summum libri, editio ante Heyn. nulla: *anibus* pro *canibus* ed. pr. min. Pro *succincta*, vel *subcincta*, (quod habent codd. Scal. unus Broukh. Vindob. Bern. Goth. duo Stat. ed. pr. min. et Bartol.) *submixta* est in cod. Lips. Witt. 1. 2. uno Broukh. Par. ed. pr. maj. Venet. 2. Rom. Vicent. Rheg. Venett. 1487. 1491. 1493. et Aldd. *subnixa* in Berol. 4. Laud. uno Broukh. et Angl. 2. quod placuit Cyllenio; *inmixta* Colb. *conmixta* etiam in eodem, unde Heins. fecit *commissa:* longius aberrant aliæ lect. *comitata* Beroll. 1. 2. et Dat. *redimita* Angll. 3. 4. et *submicta* Angl. 1.—90 *Nec te correptam* Berol. 1. et a marg. *conceptam:* ed. pr. min. *scæva:* Hamb. *dedit.*—91 *Sytiæ* Berol. 2. *Sithiæ* se-

NOTÆ

88 *Cui tres linguæ*, &c.] Tria capita totidemque linguas Cerbero Inferorum monstro horrendo fabulosa attribuit Antiquitas. Virgil. Æn. VI. 'Cerberus hæc ingens latratu regna trifauci Personat, adverso recubans immanis in antro.'

89 *Scyllaque*] Scylla Nympha, Phorci filia, a Glauco Deo marino fuit ardenter amata; quod cum Circe venefica, quæ Glaucum deperibat, patienter ferre non posset, fontem, in quo Scylla se lavare consueverat, ita veneficiis et herbis magicis infecit, ut Nympha fontem de more ingressa, insidiarum sibi structarum nescia, inferiores corporis sui partes pube tenus in canes et horrida animalia senserit esse mutatas: unde pudore suffusa, et deformitatem horrens, in mare se dedit præcipitem; et Deorum commiseratione in saxum mutata Poëtis argumentum fabulæ præbuit. Ovid. Met. XIV. Just. IV. ait materiam fabulæ de Scylla et Charybdi Poëtis fuisse suggestam, ob fretum quod inter Siciliam et Italiam tam sævo impetu agitatur, et in quo undarum inter se concurrentium tanta pugna est, ut hos modo fluctus veluti terga dantes vorticibus in imum desidere, illos modo quasi victrices in sublime ferri videas: nunc hic fremitum ferventis æstus, nunc illuc gemitus in voragine desidentis audias. His adde perpetuum Ætnæ vicini montis incendium, hinc latratus auditos, hinc monstrorum credita simulacra, dum navigantes immensis pelagi vorticibus desidentis extorriti, latrare putant undas, quas sorbentis æstus vorago collidit. Scylla porro saxum est in mari prominens, quod procul visentibus muliebrem formam repræsentare videri dicitur, in quod illisi fluctus, quia luporum ejulatus et canum latra-

Et longe ante alias omnes mitissima mater,
Isque pater, quo non alter amabilior.
Hæc Deus in melius crudelia somnia vertat, 95
Et jubeat tepidos irrita ferre Notos.

ime tua *mater longe suavissima, et ille pater, quo nullus est amore dignior. Insomnia ista infelicia Deus in melius convertat, eaque* ut *inania jubeat Notos tepentes auferre.*

cundum Huschk. vel *Scithiæ* secundum Dissenium, in cod. Par. *sitye* in cod. Lips. *horrendaque* Berol. 4. edd. pr. maj. min. Venet. 2. et Rheg. *orendaque* cod. Lips. *Syrtes* Reg. *sitis* ed. pr. maj. *Syrtis* ed. pr. min. Bartol. Venett. 1491. 1493. et Aldd.—92 In Guelff. 1. 4. edd. Venett. 1487. 1491. 1493. Aldd. Mur. et Plant. *diris;* Par. cod. Lips. Scal. rec. et vet. Witt. 1. 2. Broukh. 1. 2. 3. Beroll. Exc. Pocc. Angll. 3. 4. 5. edd. pr. maj. min. Bartol. Venet. 2. Brix. etc. *duris.*—93 *Sed* ex Angl. 2. et Goth. receperunt H. Voss. et Bach. Omnes codd. testantur *alias:* edd. partim *alios* habent, partim *alias;* illud extat in ed. pr. maj. Vicent. Lips. ap. Heyn. Rheg. et Aldd. hoc in ed. pr. min. Bartol. Rom. et Venett. 1491. 1493. *ante omnes alias* in Vat. ap. Stat. —94 Ed. pr. maj. *quō non,* i. e. *quom non.*—95 Eadem cum Lips. ap. Heyn. et Rheg. *crudelis.*—96 Omnes Statiani, Beroll. Par. cod. Lips. Witt. 2. Broukh. 1. 2. 3. Exc. Perr. Vatt. Heins. 1. 2. Dat. Angl. 1. ed. pr. maj. Venet. 2. Vicent. et Rheg. exhibent *impia;* at alii libri, Monac. tres Voss. etc. *irrita;* quæ lectio expressa est in ed. pr. min. Bartol. Venett. 1491. 1493. et Aldd.

NOTÆ

tus videntur imitari, illam inferiori parte corporis canibus et feris succinctam esse fabulantur.

91 *Nec Scythiæ tellus*] Scythia regio est Septemtrionalis latissima, cujus maxima pars in Asia, minima ad Europam pertinet. Utraque efferatas gentes populosque barbaros fere innumeros incolas habet. Vide Herodotum, Dionysium Halicarnassæum, Strabonem, Justinum, et alios, qui de hac vastissima regione ejusque incolis pluribus egerunt.

Horrendave Syrtis] Locus seu sinus ad Africæ littus fabulosus et periculosissimus, quia ibi mare vadosum est, arenæ immensos contrahens aggeres, qui loci faciem variatis vicibus immutant, et brevia in alia atque alia loca transferunt. Duplex est ejusmodi Syrtis, seu sinus arenosus, alter major, alter minor dicitur. Syrtis minor est in mari Libyco, quæ oram Carthagini vicinam alluit, trecenta millia passuum ambitum habens. Syrtis vero major ad Cyrenaicam vergit regionem, habetque circuitum sexcenta triginta quinque millia passuum.

96 *Irrita ferre Notos*] Notus est ventus meridionalis, utque ex parte mundi calidissima spirat, ad nos tepidiusculus venit. Idem Tibullus infra in eandem sententiam ait: ‘Quid precor, ah, demens? venti temeraria vota Aëriæ et nubes diripienda ferant!’

ELEGIA V.

Vos tenet, Etruscis manat quæ fontibus unda,
Unda sub æstivum non adeunda Canem,
Nunc autem sacris Baiarum maxima lymphis,
Cum se purpureo vere remittit humus.

Vos retinent aquæ, quæ fluunt e fontibus Etruscis, aquæ nimirum, *quæ per æstuosam caniculam non sunt petendæ; sed* quæ *hac tempestate, qua, rubescente vere adveniente, solvitur hyems, sanctis* etiam *Baiarum undis optimæ* videntur. *Sed*

Ed. pr. maj. hanc habet Inscriptionem, *De se egrotante.* Ita etiam min. nisi quod in ea male expressum, *De se ægrotate.*—1 *Nos tenet* Witt. 1. Broukh. 1. Colb. Statiani, Scal. rec. Angll. 1. 3. 4. 5. Guelf. 1. 3. alii, cum ed. pr. min. Bartol. Venet. 2. Brix. Rheg. Vicent. Venett. 1487. 1491. 1493. 1500. 1520. et Aldd. Nullas grandiores literas in initiis Elegiarum habet Witt. 2. itaque hic legitur *os*, relicto spatio bene amplo. *Vos tenet* Exc. Pocc. et Broukh. Laud. Vat. Heins. 1. Guelff. 2. 4. omnes Beroll. Vat. Ursini, Par. Ask. et ed. pr. maj. Hic ergo Heyn. ut alibi sæpius, falsam lectionis originem ac propaginem exhibet, ad vocem *Vos* annotans: ‘ Ita demum emendatum a Mureto.’ Sed vides hanc lect. jam Ed. pr. maj. an. 1472. ut veram recepisse, desertum tamen a successoribus. Muretus quidem *Vos* recepit in contextum, sed omnino tacet in annotationibus. Pro *Etruscis* edd. vett. ante Ald. habent *ætruscis*, præter ed. pr. min. quæ exhibet *hetruscis*, e qua scriptura orta videtur illa. Sed illo tempore *æ* frequentabatur pro *e*, et contra: pro *manat quæ fontibus* Lips. habet *manat e fontibus*; Voss. 3. *manatque e fontibus una*; Voss. 5. *manatque e fontibus unda*, i. e. *quæ e.* Sic ap. Virg. Cul. 146. ‘ His suberat gelidis manans e fontibus unda.’ *quo fontibus* Exc. Lips. *montibus* Vat. ap. Stat. et Broukh. 1. pro v. l. *manat quæ fluctibus unda* Vicent. ‘ Qui præpositionem perire nolunt, possunt, per me licet, legere, *Vos tenet, e Tuscis manat quæ fontibus unda.*’ Huschk.—2 Ne hæc otiosa habeas, vel, ut Heynius, inepta et absurda, vide quæ Apollinari suo scribit Plin. v. Epist. 6. —3 In cod. Lips. desideratur *sacris:* vocem *maxima* omnes Beroll. Stat.

NOTÆ

1 *Vos tenet*] Dum quidam nostri Poëtæ amici balneas aquarum Tuscarum adiissent, adversa quindecim dierum valetudine correptus est Romæ; cumque de gravis illius morbi exitu sibi timeret, Proserpinam dominam mortis et vitæ rogat, ut sibi diutius vivere liceat, utpote qui est juvenis et pius.

Etruscis manat quæ fontibus unda] Calidarum aquarum in Etruria, seu apud Tuscos, meminit Varro de Lingua Latina lib. VIII. ‘ Sic aquæ calidæ a loco, et quæ ibi scaterent. Cum vero colerentur, et venissent in usum nostris, tam aliæ ad alium morbum idoneæ visæ sunt. Hæ cum plures essent, ut Puteolis, et in Tuscis, quibus utebantur, multitudinis potius, quam singulari vocabulo appellarunt.’

2 *Sub æstivum non adeunda Canem*] Aquæ illæ Tuscæ seu Etruscæ non erant per æstatem adeundæ, utpote quæ omnino tunc temporis insalubres, maxime dum arderet canicula; sed quæ, vere ineunte, ipsis sacris et saluberrimis Baiarum aquis longe meliores et salubriores essent, et præstantiores.

3 *Sacris Baiarum maxima lymphis*]

At mihi Persephone nigram denuntiat horam: 5
Immerito juveni parce nocere, Dea.

Persephone atram mihi annunciat diem. O Diva, desine malefacere juveni imme-

Heyn. Voss. et Broukh. cum cod. Lips. Par. et edd. vett. agnoscunt, in dubium revocant Exc. Pocc. Perr. et Colot. quæ pro ea *numina, munia, mœnia* exhibent; unus cod. habet *munera;* Scioppius et Heins. mutabant in *proxima*, quod in textum admisit Vulp. in ed. 1749. et ad amplectendum proclives erant Broukh. Wund. Bauer. alii: Heyn. verba jungit et interpr. sic: *unda maxima lymphis sacris Baiarum*, præstans, præclara, per sive propter aquas, h. e. fontes suos salubres, quos *lymphas Baiarum* appellat a similitudine: alii, ut Boissonad. ad Greg. Cor. p. 113. Sch. et Weichert. ad Pomp. Mel. p. XII. superl. pro comparativo positum esse volunt, in usum adhibentes Græcorum morem, quem illustrat Herman. ad Viger. p. 718. ed. nov. cum aliis, quos nominavit Matth. Gr. Gram. p. 641. 'Scripsisse Poëtam suspicor, *Nunc autem ante sacras Baiarum maxima lymphas.* Præpositio *ante* propter similitudinem anteced. *autem* postquam exciderat, corrigebant accusativum in ablativum.' *Bach.* 'Scaliger lect. *maxima* tuebatur, recte monens, omnia θερμὰ ὕδατα vocari Baias, a Baiis illis Campaniæ. Martial. X. 13. 3. Vide Broukh. At Heyn. negat, Latine dici potuisse *Baiarum maxima*, pro *Baiarum maximæ.* Ego contra nihil insoliti inesse putaverim in verbis *unda Baiarum maxima*, quanquam hac constructione non opus est, cum verba potius ita construenda sint, *unda maxima sacris lymphis Baiarum.* Huic constructioni ac lectioni simillima est, quamvis ille neget, Virg. Æn. VII. 83. Prorsus fallitur Boissonadus, qui *maxima* sumit pro 'major,' superlativum pro comparativo. Hæc lectio, tot libris confirmata, minime videtur solicitanda.' *Huschk.* Heyn. conj. *Baiarum illa æmula:* Franc. Marianus de Etruria Metrop. cap. 10. legit *Caiarum maxima.* H. Voss. ex Hor. II. Od. 5. 2. emend. et in textum intulit, *Nunc æquans s. B. munia.* 'Non juvat conjecturis ludere tanquam tesseris: sed quoniam vilis hæc annona est, opponam huic emendationi aliam, nisi fallor, probabiliorem, *Nunc augens sacris Baiarum munera lymphis.* Cf. Virg. IX. 407. Proba omnia. Tamen abjicienda hæc emendatio est æque atque illa.' *Huschk.* Ceterum versus 2. 3. Heynio volente, ex ed. sua Gött. 1799. ejecit Strombeck.—4 *Quom* Dat. et Berol. 3. *hiems* pro *humus* unus Stat. Exc. Lips. et Berol. 3. in marg. *hyems* unus Broukh. et Vat. Ursini; *humus* Guelff. Corv. Reg. omnes Beroll. cod. Lips. Par. Witt. 1. 2. duo Broukh. quatuor Palatt. Exc. Perr. omnes Angll. alii, cum edd. pr. maj. min. Bartol. Venet. 2. Brix. Rheg. Vicent. Rom. Lips. Venett. 1487. 1491. 1493. 1500. 1520. &c.—5 *Ah* Par. Guelff. Corv. Reg. Venet. 2. et Rheg. *Ac* Angl. 2. *Aut* unus Broukh. *thissiphone* Berol. 1. *thesiphone* Berol. 3. et a marg. *Persephone.*—6 Berol. 4. *parce noverca dea.*—7

NOTÆ

Baiæ civitas Campaniæ secus mare sita, a Baio Ulyssis socio ibi sepulto sic dicta. In hujus urbis agro aquæ calidæ sunt, ad voluptatem et ad varios morbos depellendos commodæ: unde Sacræ dicuntur. Et quia abundantia et copia rerum, ædificiis, locorumque amœnitate præstabant, magna Romanorum multitudo ad eas confluere solebat. Horat. I. Epist. 1. 83. 'Nullus in orbe sinus Baiis prælucet amœnis.' Usus porro aliquando fuit, ut omnes aquæ calidæ seu balneæ dicerentur Baiæ, a Baiis illis Campaniæ. Unde Sidonius dixit, 'Sentias Baias,' et 'Culenses Baias,' ut sensus sit: Baiarum, seu aquarum calidarum, optimæ et præstantissimæ sunt aquæ Etruscæ.

4 *Cum se purpureo vere*] Vernum

Non ego tentavi, nulli temeranda piorum,
Audax laudandæ sacra docere Deæ.

renti. Non ego attentavi ut *temerarius evulgare mysteria Bonæ Deæ nulli un-*

Witt. 1. 2. Broukh. 1. 2. 3. Statiani, Colb. omnes Beroll. et Guelff. Corv. Reg. Par. cod. Lips. edd. pr. maj. min. Bartol. Venet. 2. Brix. Rheg. Vicent. Rom. Lips. Venett. 1487. 1491. 1493. 1500. 1520. Aldd. Gryph. et Mur. exhibent *deorum;* Scal. ex unius vet. cod. litura reposuit *virorum*, quod habet etiam Berol. 3. in marg. id vidit Vossius in ipso contextu codd. Vindob. Goth. Hamb. suis primo et quinto, et Ask.; Wunderlichius in Zwic. 2. Hanc lectionem posteriores admiserunt Editores. In Exc. Colot. *piorum* legebatur, 'quod a manu non indocta esse potest,' ait Heynius. Sermo esse videtur de initiatis, qui 'pii' eximie dicuntur. Cf. I. 3. 25. Ovid. Amor. III. 9. 37. de Morte Tibulli, et Valck. ad Eurip. Hipp. 1364.—8 Unus Vat. Exc. Perr. et marg. Vicent. pro *laudandæ* habent *celandæ;* (cf. Hor. III. Od. 2. 26.) Reg. *nocere;* Voss. 2. *movere;* Berol. 1. *decere*, superscr. lit. *o;* ceteri libri *docere.* 'Non audiendus Heinsius, qui *sacra subire*, vel *prodere*, nec Heynius, qui *noscere sacra*, vel *discere*, neque vero H. Vossius, qui *cernere sacra* substituit.' *Huschk.* Cf. Theocr. XXVI. 9. Liv. I. 7. IX. 29. &c. Cic. in Verr. V. 72. Auct. Orat. pro Domo, cap. 52. Hor. II. Od. 19. 1. et III. Od. 2. 25. 'Quod vero quæritur, quo modo quis tentet *sacra docere*, i. e. vulgare, enuntiare, *tentavi audax* nihil aliud est quam 'ausus sum,' quanquam 'tentare' simpliciter pro 'audere' et alii ponunt, et Claudianus I. 18. Ejecta igitur lectione subdititia mihi locus ita constituendus videbatur: *Non ego tentavi nulli teme-*

NOTÆ

tempus fuisse, quando ægrotabat, significat. 'Purpureum' autem ver dicitur a tempestatis amœnitate, et florum varietate; unde proprie purpureum hic idem est, quod pulchrum, fulgens, candidum, et amœnum, ut sæpius a Poëtis sumitur. Virgil. 'Et pro purpureo pœnas dat Scylla capillo.' Horat. Od. lib. IV. 'Pauli, purpureis ales oloribus.' Olores enim albi sunt, non purpurei: unde purpureus est pulcher, nitidus, et splendens.

5 *Persephone*] Alio nomine Proserpina dicitur; in cujus potestate et arbitrio vitæ hominum fata esse crediderunt Antiqui; et, ut ait Virgil. Æn. IV. 695. 'Quæ luctantem animam, nexosque resolveret artus.'

8 *Laudandæ sacra docere Deæ*] Cereris et Proserpinæ sacra intelligit, quæ etiam 'initia,' et 'mysteria Eleusina' dicebantur, et quæ tanta silentii religione peragebantur, ut ea vulgare et publicare cuiquam nefas esset, et qui id fecisset grande admisisset piaculum: unde Horat. III. Od. 2. de scelerato et flagitioso homine ait: 'Vetabo, qui Cereris sacrum Vulgarit arcanæ, sub isdem Sit trabibus, fragilemve mecum Solvat phaselum.' Dicitur autem Ceres *laudanda Dea*, propter magna ejus in mortales merita. Hæc enim hominibus leges tradidit, frumenta, modumque serendi fruges contulit, terramque eos arare docuit; unde laus ipsi non parva exhibetur a Poëtis: unde etiam Tibullo nostro concinens Ovid. Met. V. ait: 'Prima Ceres unco glebam dimovit aratro; Prima dedit fruges, alimentaque mitia terris; Prima dedit leges: Cereris sunt omnia munus. Illa canenda mihi est. Utinam modo dicere possim Carmina digna Dea: certe est Dea carmine digna.'

Nec mea mortiferis infecit pocula succis
  Dextera, nec cuiquam tetra venena dedit; 10
Nec nos sacrilegos templis admovimus ignes;
  Nec cor solicitant facta nefanda meum;
Nec nos, insanæ meditantes jurgia linguæ,
  Impia in adversos solvimus ora Deos.

quam hominum violanda; neque manus mea calices miscuit letalibus liquoribus, neque cuiquam unquam toxica dira præbuit. Nunquam flammas impias ego sacris Deorum ædibus applicui; neque animum meum mala facinora torquent. Nunquam ego agitans animo convicia impiæ linguæ contra Divos mihi *adversarios os aperui.*

randa piorum Audax laudandæ sacra docere Deæ.' Huschk.—9 *Non mea* Berol. 4. *infæcit* ed. pr. maj.—10 Pro *nec cuiquam* unus Stat. *non unquam* exhibet: *certa venena* Witt. 1. 2. omnes Guelff. Corv. Reg. Broukh. 1. 2. 3. Beroll. 1. 2. 3. Guarn. Zwicc. 1. 2. septem ap. Voss. omnes Angll. Par. edd. pr. maj. min. Bartol. Venet. 2. Brix. Rheg. Rom. Lips. Vicent. &c. ante Scal. idem servant Voss. Bauer. et Bach; vindicatur etiam a Burm. ad Lotich. p. 672. Signif. *venena* præstantissima, indubitatam mortem inferentia. Cf. Hor. I. Od. 12. 23. Ovid. Met. I. 519. et XII. 83. Vulg. *tetra* ex *trita* in Cuj. libro a Scal. correctam, Sfort. ap. Stat. Berol. 4. a marg. Vat. Heins. 1. Vat. Ursini, et Guelf. 2. pro v. l. agnoscunt. Hæc verba permutantur ad Propert. II. 17. 14. etiam *certus* et *tritus* ad Ovid. Met. II. 668. Pro vulg. stat Propert. II. 24. 24. *trita* defensorem nacta est Lachm. ad Propert. p. 164. *torta* Berol. 3. a marg. *ceca* Berol. 4. *tecta* ad oram Rheg. ap. Huschk. *dedi* pro *dedit* exhibet Colb. quod fortasse reponendum erat: at sic erat in Ald. 2.—11 Pro *sacrilegos*, (quod testantur Witt. 1. Broukh. 1. 2. 3. Colb. tres Stat. Angl. 5. Berol. 2. ex emend. cod. Lips. Guelf. 2. a marg. Corv. Guelf. 4. Par. edd. pr. maj. min. Bartol. Venet. 2. Vicent. Rheg. Venett. 1491. 1493. Aldd. &c.) nonnulli habent *sacrilegis*, ut Laud. Guarn. duo Stat. Dat. Angl. 2. et Beroll. 1. 3. 4.; alii *sacriligi*, ut Witt. 2. unus Palat. Scal. rec. Cuj. et ed. Rom. *amovimus* exhibent unus Palat. Witt. 2. Exc. Lips. Beroll. 1. 4. Par. Angll. 1. 3. Reg. Scal. rec. Dat. Guelff. 1. 2. Venet. 2. Rheg. et Lips. ap. Heyn. *damnavimus* Angl. 2. et Laud. *admovimus* Beroll. 1. 3. Corv. Cuj. cod. Lips. Guelf. 4. omnes Stat. Witt. 1. Broukh. 1. 2. 3. Colb. Angl. 5. edd. pr. maj. min. Bartol. Brix. Vicent. Rom. Venett. 1487. 1491. 1493. Aldd. &c. pro *ignes*, (quod habent unus Stat. unus Palat. Colb. Broukh. 1. pro v. l. Berol. 4. a marg. ed. pr. min. Bartol. Rom. Vicent. Aldd. Stat. &c.) *ægros* dant cod. Lips. Guelf. 4. Witt. 1. 2. Broukh. 1. 2. 3. quatuor Stat. duo Palatt. Scal. rec. Dat. omnes Angll. et Beroll. ed. pr. maj. Venet. 2. Brix. Rheg. et Venett. 1487. 1491. 1493. *egris* Par. *agros* Guelff. 1. 2. et ed. Lips. *ergo* Cuj. unde Scal. miram concinnavit lectionem, *Nec nos sacrilegi templis admovimus ergo.*—12 H. Voss. edidit *ulla*, quod pro *facta* Angll. 3. 4. et Witt. 1. afferunt: *fata nephanda* cod. Lips. *nephanda* etiam exhibent Par. ed. pr. maj. et Vicent.—13 Par. omnes Beroll. alii, *meditantis*, quod dant etiam ed. pr. maj. et Rheg. *meditantes* in aliis, cum ed. pr. min. et Bartol. *jurgia mentis* maxima pars codd. ut Par. cod. Lips. Corv. Guelff. 2. 3. tres Broukh. Colb. unus Palat. tres Stat. Exc. Perr. Lips. et Pocc. Dat. Vat. Heins. 2. Angll. 1. 5. et Witt. 2. pro v. l. cum edd. Venet. 2. et Rheg. quod tuetur Lachm. ad

NOTÆ

14 *In adversos solvimus ora Deos*] Blasphema verba aut perjuria in Deos conjecisse se negat. Quod idem sæpe testatur, ut lib. I. Eleg. 3.

Et nondum cani nigros læsere capillos; 15
Nec venit tardo curva senecta pede.
Natalem nostri primum videre parentes,
Cum cecidit fato Consul uterque pari.

Necdum tamen *canities atros crines infecit, neque senectus pigro gressu incurva advenit. Parentes primum aspexerunt diem natalitium* meum, *quando ambo Con-*

Propert. I. 3. 18. improbante Huschkio: Lipsius emend. *insana meditantes jurgia mente*, probante etiam Broukh. sed præstat lectio, *jurgia linguæ*, quam testantur Witt. 1. 2. Guelf. 3. in marg. Berol. 3. a m. sec. edd. pr. maj. min. Bartol. Vicent. Venett. 1487. 1491. 1493. Aldd. &c.—14 Broukh. scribi jussit *aversos:* Reg. *movimus ora.*—15 *Et nondum terra* Berol. 1. *nudum* Voss. 1. 3. (i. e. *nundum*, ait Huschk. ut legitur in Par. ed. pr. maj. Vicent. et Rheg. pro *nondum:*) unus bonæ notæ liber Witt. 1. *capilli:* Vincent. Specul. Doctr. VI. 100. *Sæpe quidem cani.*—16 *Sæpe venit tacito* idem Vincent. ibid. *venit in* Witt. 1. et Angll. 3. 4. *tacito* Broukh. 2. quod interpolatum ex Ovid. Art. II. 670. 'Jam veniet tacito curva senecta pede.'—17 Witt. 2. Broukh. 1. Beroll. 1. 2. 4. Berol. 3. a marg. cod. Lips. Par. Guelff. Corv. edd. pr. maj. min. et Bartol. &c. *primo nostrum;* unus Stat. Broukh. 2. 3. Dat. Reg. Berol. 3. *primo nostri;* Angl. 2. *nostrum primo;* Witt. 1. Angll. 3. 4. et Voss. 3. *nostri primum,* quod in ordinem recepit Broukh.—18 'Ex hoc versu olim VV. DD. docuerant, Tibullum natum esse A. U. C. 711. quo Hirtius et Pansa Coss. in prælio ad Mutinam ceciderunt, adeoque eodem anno cum Ovidio, qui Trist. IV. 10. 6. iisdem verbis de se testatur, 'Editus hic ego sum; nec non, ut tempora noris, Cum cecidit fato Consul uterque pari.' Cum tamen hic ipse Tibullum se majorem appellet alio loco, (Trist. IV. 10. 51. 52.) cumque etiam ex aliis argumentis doceri possit, nostrum multo ante natum fuisse, Dousa et Broukh. id quod etiam subolebat Scaligero, ex Ovidio pentametrum in h. l. venisse censuerunt, cum eum aliquis, quod verus exciderat, in marginem appinxisset. Mihi probabilius fit, totum distichon a mala manu venisse, quippe quod importune sententiam interrumpit. In eam sententiam jam cessere Guyetus et Vulpius. Ayrmannus in Vita Tibnlli §. 97. 98. pentametrum ex Ovidio tantum immutatum esse contendebat, et a Tibullo scriptum, *Cum cessit fato Consul uterque pari:* ut indicetur annus U. C. 705. in quem ipse Nostri natales collocat, et in quo Claudius Marcellus et Cornelius Lentulus Coss. cum Pompeio ex urbe Italiaque cedere, adventu Cæsaris, coacti sunt. Sed

NOTÆ

51. 'Timidum non me perjnria terrent, Non dicta in sanctos impia verba Deos.' Hoc ipso lib. Eleg. 4. 15. 'Nec læsit magnos impia lingua Deos.'

16 *Curva senecta*] Qnia nempe curvos facit homines, propter imbecillitatem, quam infert senio maceratis; juxta illud: 'baculoque adjuta senectus.'

18 *Fato Consul uterque pari*] Eo tempore se natum significat quo Hirtius et Pansa in bello apud Mutinam gesto contra Antonium, secundo nimirum Octavii Augusti anno, occisi sunt. Testatur Suetonius Consulem utrumque Augusti opera occubuisse. Aquilius Niger ait: 'Hirtium in tumultu pugnæ interemtum ab Octavio dixit; sed Pansæ quoque mors suspecta, Glyconis Medici veneno in vulnus indito.' Eodem porro die quo natus est Tibullus, natus etiam dicitur Ovidius. Unde versiculus hic totidem quoque verbis legitur apud Ovidium.

Quid fraudare juvat vitem crescentibus uvis?
  Et modo nata mala vellere poma manu? 20
Parcite, pallentes undas quicumque tenetis,
  Duraque sortiti tertia regna Dei.
Elysios olim liceat cognoscere campos,
  Lethæamque ratem, Cimmeriosque lacus:
Cum mea rugosa pallebunt ora senecta, 25
  Et referam pueris tempora prisca senex.

sules eodem mortis genere occubuerunt. Quid prodest autem *vineam spoliare racemis nondum maturis, et manu maligna decerpere mala novella, et recens nata? Ignoscite, o vos, quicumque incolitis pallidas umbras* Erebi, *ac sæva imperia Divi, cui cessit sors ultima triplicis regni. Concedatur aliquando mihi perlustrare campos Elysios, et cymbam Lethæam, et Cimmerios lacus, quando* nempe *facies mea pallescet, senio rugas inducente, et vetulus* ego *pueris narrabo tempora antiqua. Dii*

'cedere' absolute ita dictum obscuram faceret orationem, et languent illa, *fato....pari.* Omnino vir ille doctus parum felix est in emendando Poëta.' *Heyn.* Hoc distichon ergo exturbavit Strombeck. Huschkius vero silet.—19 Laud. et Angl. 2. *vites:* Heyn. conj. *variantibus uvis.*—20 Berol. 1. *nata manu.* —21 Hanc lectionem exprimunt omnes Stat. Witt. 1. 2. Broukh. 1. 2. 3. Laud. Exc. Pocc. Perr. et Lips. Vat. Heins. 1. 2. Angll. 1. 2. 3. Dat. edd. pr. maj. min. Bartol. Venet. 2. Vicent. et Rheg. at Berol. 4. Rom. Venett. 1487. 1491. 1493. et Aldd. habent *umbras,* quod exhibent Guelff. 1. 4. Reg. et quatuor Voss. Utramque lectionem ob oculos habuisse videtur librarius cod. Lips. scribens, *umdas.*—22 Berol. 1. *fortia regna.*—23 *Elyseos* in eodem; *Eliseos* Berol. 3. *elisios* Par. *Helysios* ed. pr. min.—24 *Letheam* in codd. *chimeriosque* Par. Beroll. 1. 2. et ed. pr. maj. *chimereosque* Berol. 3. *cimeriosque* ed. pr. min. *specus* pro *lacus* Scal. 1. a marg. penes Editorem.—25 *Quom* Berol. 3. et Dat.—26 Par. *pueri.*—27 Ed. pr. min. *nec quicquam;* Witt. 1.

NOTÆ

22 *Sortiti tertia regna Dei*] Plutonem Inferorum Deum intelligit, cujus regnum infra terram vocatur tertium. Sortibus enim in urnam olim conjectis cum mundum, seu regna patris sui, inter se dividerent Jupiter, Neptunus, et Pluto, primum et nobilissimum regnum cœlum Jovi, aquam Neptuno, et infernum Plutoni contigisse fabulati sunt.

23 *Elysios olim campos*] Elysii campi, seu Elysium locus est, in quo piorum virorumque virtute præstantium animas habitare Veteres crediderunt. Virgil. Æn. VI. 'amœna piorum Concilia, Elysiumque colo.' Elysium Poëtæ apud Inferos esse existimaverunt. Alii campos Elysios in Insulis fortunatis, alii circa Lunæ circulum, ubi purior est aër, et aura mollior, reposuerunt. Singulas autem beatorum illorum locorum voluptates eleganti carmine breviter complexus est noster Tibullus lib. I. Eleg. 3. 58. 'Hic choreæ cantusque vigent, passimque vagantes Dulce sonant tenui gutture carmen aves.' Fert casiam non culta seges,' &c. De his vide Natalem Comit. Mythol. lib. III. cap. 19.

24 *Lethæamque ratem*] Naviculam nimirum Charontis, qua mortuorum animas ad Inferos, et ad Lethen Inferorum flumen transvehit.

Cimmeriosque lacus] Sunt famosi quidam specus, per quos ad Inferos

Atque utinam vano nequicquam terrear æstu !
  Languent ter quinos sed mea membra dies.
At vobis Tuscæ celebrantur numina lymphæ,
  Et facilis lenta pellitur unda manu. 30
Vivite felices, memores et vivite nostri,
  Sive erimus, seu nos Fata fuisse volent.

vero faciant, ut inani frustra concutiar formidine; at corpus meum jam quindecim dies ægritudine conficitur. Vos vero colitis numina Tuscarum aquarum, mollesque undas pulsatis placida manuum agitatione. O vos, vivite beati, meique memores; sive adhuc *vivam, sive* jam *me vita functum esse fata decernant. Interim atras*

unus Broukh. Beroll. 1. 2. 4. Guelff. 1. 4. Laud. Dat. Angll. 1. 2. 4. ed. pr. maj. Venet. 2. et Rheg. *terreat;* Exc. Pocc. Vat. Heins. 2. *tenear;* unus Stat. quatuor Voss. Guelf. 3. Berol. 4. a marg. ed. pr. min. et Bartol. *torrear;* Witt. 1. duo Broukh. Par. Vicent. Venett. 1487. 1491. 1493. et Aldd. *terrear.* —28 Reg. *bis quinos;* cod. Lips. *tarquino;* Vicent. *tarquinos:* Witt. 1. Colb. Exc. Broukh. Angll. 2. 3. 4. Guelf. 3. Guelf. 2. a marg. Monach. et ed. Bartol. *jam mea;* Berol. 2. et Broukh. 3. *sed mihi;* Bach conj. *hei mihi.*—29 Hic locus vehementer exercuit librarios et editores veteres, dubitantes, utrum auctor Epistolæ versaretur ad fontes Tuscos, an amici, ad quos Epistola scripta est. Qui vs. 1. legebant *Nos tenet,* non poterant non hoc etiam loco legere *Et nobis,* quod habent nonnulli Stat. Guelf. 2. complures H. Voss. ed. pr. min. et Bartol. vel, *Atque mihi,* ut est in ed. pr. maj. Rom. Vicent. Rheg. Venett. 1487. 1491. 1493. et Aldd. *Atque nobis* nonnulli Stat. Beroll. 2. 3. Par. et cod. Lips. *At nobis* in aliis Stat. Berol. 1. Reg. et Guelf. 1. in litura. Tandem Mur. e vet. libri scriptura vulgatam expressit, (qua contenti esse possumus, quanquam Guyetus non infeliciter conj. *At vos quis,*) eamque confirmant Berol. 4. Witt. 1. 2. Berol. 3. a marg. unus Stat. unus Broukh. et Exc. Pocc. et Perr. *celebrentur* Beroll. 1. 3. et Bartol. *munera* Reg. *carmine* Colb. *carmina* Thuan. ex quo Broukh. fecit *gramina;* cf. Heins. ad Claud. 1. Ruf. 151. *nymphæ* tres Voss. Angl. 5. unus Broukh. Berol. 2. et nonnullæ edd. ante Scal. *nimphæ* Berol. 1. *limina limphæ* Berol. 2. a marg. Guyetus corr. *limina nymphæ;* Heins. *flumina lymphæ;* Wakef. ad Lucr. 1. 4. *flumina Nymphæ;* Broukh. edidit, sequente tamen Vulpio, *gramina Nymphæ.*—31 Exc. Lips. marg. Berol. 2. et ed. pr. min. *sed vivite;* Colb. *quoque vivite:* H. Voss. conj. *o vivite.*—32 Berol. 1. *sive nos,* et in marg. *seu nos;* Venett. 1487. 1491. 1493. 1500. 1520. *seu non....velint;* quod agnoscit Cyllenius, ita scribens: '*non velint* pro 'nolint,' sicuti 'non scio' pro 'nescio.' Sed sciendum, aliquid semper inter utrumque poni venustatis gratia.' *velint* dant omnes Angll. Beroll. 1. 3. 4. Par. Guelff. Zwicc. 1. 2. Corv. Reg. &c. cum edd. pr. maj. min. Bartol.

NOTÆ

aditum patere veteres crediderunt. Sunt etiam Cimmerii populi, quos, quoniam remotiores erant, ad Aquilonem, in tenebris perpetuis et apud Inferos esse putavit Antiquitas.

30 *Facilis pellitur unda manu*] Mirum est quantum existimationis apud Antiquos natandi peritia, ususque balnearum habuerint, ut non minus pueri natandi artem, quam prima literarum elementa edocerentur, nec minus balneis grandiores et honesti cives, quam epulis aut cibo et potu, maxime apud Orientales, uterentur.

32 *Fata fuisse volent*] Fuisse et vixisse dicebant Veteres, cum aliquem mortuum esse significare volebant.

Interea nigras pecudes promittite Diti,
Et nivei lactis pocula mixta mero.

belluas vovete Diti, craterasque candidi lactis vino perfusos.

Venet. 2. Brix. Rheg. Vicent. Rom. Lips. Venett. aliis ante Broukh. qui *volent* tacite reposuit ex uno Stat. quod etiam habent complures ap. H. Voss. *velint* retinuerunt H. Voss. et Bach. *nolent* (quod et legi possit *volent*) unus Broukh. et Berol. 2. *valent* unus Palat.—33 Berol. 2. et unus Broukh. *pecudes nigras:* alius Broukh. *perquirite.*—34 Heynius, *mixta*, ait, a Broukh. vulgo *mista*, præter Ald. 1. Hoc falsum: *mixta* habent cod. Lips. Par. Witt. 1. 2. Broukh. 1. omnes Beroll. alii, cum edd. pr. maj. min. Bartol. Venet. 2. Brix. Rheg. Vicent. et Venett. 1487. 1491. 1493.

NOTÆ

33 *Nigras pecudes promittite Diti*] Plutoni namque ceterisque Diis Inferis pecudes et victimæ villi nigrioris mactabantur, unde etiam supra dixit noster Poëta lib. I. Eleg. 2. 62. 'Concidit ad magicos hostia pulla Deos.'

ELEGIA VI.

Candide Liber, ades; sic sit tibi mystica vitis
Semper, sic hedera tempora vincta geras.

Adsis mihi, o formose Liber. Ita tibi sacra sit jugiter vinea, ita caput jugiter

Inscriptio in ed. pr. maj. est hæc, *Alloquitur Bacchum;* in ed. pr. min. *invocat Bacchum.*—1 Berol. 1. *nec sit:* Exc. Pocc. *sit mihi:* Zwic. 2. ed. pr. maj. et Vicent. *candida vitis;* cod. Lips. *mustica;* hinc in Land. et Angl. 2. *rustica;* Witt. 1. 2. Broukh. 1. 2. 3. et Par. *mistica.*—2 *Sic hedera semper* quidam Stat.

NOTÆ

1 *Candide Liber, ades*] Liberum patrem precatur Tibullus, ut se dolore levet, deinde pincernam jubet pocula generosissimi vini subministrare, sociosque precatur, ut liberius genio indulgeant. Dicitur porro Bacchus candidus, id est, pulcher, felix, juvenis, sincerus, et minime fucatus; quomodo etiam vocatur ab Ovidio Fast. III. 'Restat ut inveniam, quare toga libera detur Lucifero pueris, candide Bacche, tuo.' Dicitur etiam Bacchus *Liber*, seu 'Liber pater,' a 'liberando;' est enim Deus libertatis; quia nempe vinum curas solvit, et mentes hominum solicitudine liberat: vel quia, ut ait Festus, vino nimio usi omnia libere loquuntur. Plura alia insuper habet cognomina Bacchus; dicitur enim præterea Lyæus, Lenæus, Dionysius, Iacchus, Bassareus, Brisæus, Bromius, Evan, Evi-

Aufer et ipse meum pariter medicande dolorem :
Sæpe tuo cecidit munere victus amor.
Care puer, madeant generoso pocula Baccho; 5
Tu nobis prona funde Falerna manu.

habeas coronatum hedera; tu etiam ipse meum eripe mœrorem mihi medendo: frequenter superatus Amor ope tua occubuit. O famule dilecte, calices nobili Baccho perfundantur, nobisque porrige Falerna plena manu. O solicitudines, progenies

Broukh. 1. cod. Lips. ed. pr. maj. Bartol. Venet. 2. Vicent. Rheg. Aldd. Mur. et Stat. *Semper. sic hedera* plerique Stat. Laud. Witt. 1. 2. Broukh. 2. 3. omnes Beroll. Colb. Dat. Exc. Lips. Par. ed. pr. min. Brix. et Venett. 1487. 1491. 1493. quod admisit Scal. probantibus Broukh. et Voss. Cf. I. 5. 51. Virg. Ecl. VII. 49. et Senec. Œd. 414. seq. Pro *tempora* omnes Stat. *cornua*, quod, non improbante Heynio, H. Voss. recepit: *geras* dant Guelf. 2. unus Stat. Vat. Heins. 1. Colot. cum tribus Voss. quod reposuit Broukh. Cf. I. 3. 66. I. 7. 7. in ceteris omnibus *feras*.—3 *Auferet ipse* Berol. 2. *nuncque* pro *et ipse* Voss. 1. *meum semper meditando* Berol. 1. *meditando* (quod etiam legi possit *medicando*, ob similitudinem *t* et *c* in codd.) habent quoque Beroll. 2. 3. *medicande* Voss. 1. ut emendaverat Statius; omnes alii libri *medicando;* et sic in edd. ante Broukh. Male olim credebant Gernndia in *o* corripi posse. Hæc autem licentia etsi Juvenali serioribusque Poëtis non vitata sit, ævo tamen Augusti prorsus incognita. Vide Burm. ad Anth. Lat. Tom. I. p. 298. II. p. 722. Broukh. in h. l. Perizon. ad Sauct. Minerv. Wagner. in Eleg. ad Messal. p. 1. Jam dudum loca singula, (v. c. Ovid. Trist. I. 3. 99. Her. IX. 126.) partim e melioribus codd. partim ex ingenio correcta sunt a VV. DD. *dolores* Angl. 2. *laborem* Bern. Jam *pariter medicande* Heynius post Vulp. explicat: ' Cui non minus medela et auxilium opus est, ut animi morbo isto, amore, libereris, quo in Ariadnen teneris.' Idem tamen addit: ' Sed hæc putida sunt.' Quod verissimum, ait Huschk. conjiciens *medicate*. Sed Heyn. malit, *Aufer et indomitum succo medicante dolorem:* Wacker. Amœn. p. 72. *Adfer et ipse merum, pater, et medicare dolorem:* Wassenberg. *Aufer et ipse meum patera medicante dolorem.* Hac emendatione Boschio ad Anthol. Gr. p. 154. videtur ' e tenebris orta lux et suavissimo Poëtæ suus restitutus ingenuitatis et perspicuitatis nitor.' Huschkio contra placet quod proposuit, *medicate*, ' unde facile formari potuit *medicando*, duplicata syll. priore vocis *dolorem*.' Calphurn. Ecl. IX. 27. ' Interea, tanquam nostri solamen amoris Hoc foret, aut posset rabidos medicare furores.'—4 Broukh. pro *cecidit* malit *cessit*, quoniam ' cadere ' pro ' victum abire ' non dicatur. At vide Ovid. Met. I. 149. et VII. 527. Alteram emendandi causam inde petit Broukh. quod Noster perquam raro faciat Pentametros, quorum hemistichia possint inter se commutari. Recte; attamen hujusmodi Pentametros admisit I. 4. 4. II. 3. 14. Guelf. 3. *numine* pro *munere:* Berol. 1. *victus arax*, et a marg. *amor*.—5 Cod. Lips. et ed. pr. min. *Chare;* Schef. *Carpe puer;* Heins. addit, ' ut ap. Petron.' Petronii locus extat cap. 36. sed nulla similitudine attingit locum Tibulli. Mitsch. ad Hor. II. Od. 11. 18. corrigit, *Larga, puer, madeant, &c.* addens, ' appage illud frigidum, quod libros obsedit, *Care puer*.' At cf. Stat. III. Sylv. 4. 60.—6 *Et nobis* omnes

NOTÆ

us, Euhyas, Ligyreus, Lysius, Nysæus, Osiris, Thyoneus, &c.

2 *Hedera tempora vincta geras*] Hedera planta est perpetuo virens, ideo Baccho sacra, in cujus tutela dicitur esse, quia, ut ille semper est juvenis, ita hæc semper viret; vel quia eam contra ebrietatem facere Veteres crediderunt.

5 *Madeant pocula Baccho*] Bacchus

Ite procul durum, curæ, genus, ite labores ;
  Fulserit hic niveis Delius alitibus.
Vos modo proposito, dulces, faveatis, amici,
  Neve neget quisquam me duce se comitem. 10
Aut si quis vini certamen mite recusat,
  Fallat eum tecto cara puella dolo.

barbara et sæva, et angores animi longe a me *discedite. Delius hic luceat candidis avibus. O vos amici, nunc consilio meo favete, nullusque* vestrum *recuset me ducem sequi, vel si aliquis suavem meri concertationem respuit, ipsum amica occulta*

Beroll. cod. Lips. Par. alii, cum edd. omnibus ante Scal. qui de conj. edidit, *I, nobis, &c.* quod forte fortuna confirmant Exc. Perr. et Vindob. 'Jam copulam h. l. ferendam non esse, satis apparet. At vide mihi, quam inficete ei substituatur *I*, cum statim sequatur *Ite, ite*, sensu diverso. Cf. v. 62. qui vulgo legitur, *Tu puer, et liquidum, &c.* Hic iterum Scal. pro *et* reposuit *i*, quod nunc in eodem libro Vindob. repertum, at etiam in Monac. et Voss. 5. Non magis h. l. ferendam esse copulam, quam illo, me tacente, intelligitur. At illud nemini in mentem venit, quod in oculos incurrit, hic iterum accidisse, quod supra El. v. vss. 3. et 29. accidit, ut duo ejusdem Carminis versus confunderentur a librariis et corrumperentur. Male pronomen *Tu* e vs. 6. translatum in vs. 62. sede sua expulit verbum *I*, male vicissim copula *Et* e vs. 62. translata in vs. 6. sede sua expulit pronomen *Tu*.' Huschk. Cf. I. 2. 15. II. 3. 35. III. 4. 61. *plena funde* unus Stat.—7 Ducibus Florent. et Guelf. 2. *dirum* recepit H. Voss. Utrumque frequenter confusum : cf. Ovid. Met. v. 244. VIII. 65. *curæ, durum genus* Reg. probante Wund.—8 *Fulserat* Berol. 1. *Pulserat* Ask. *Pulserit* Par. et Beroll. 2. 3. 4. *Fulxerit* Reg. Guelff. 2. 3. et Monac. ex quo factum est in uno Stat. *Fluxerit ;* Reg. et Voss. 4. *et* pro *hic ;* cod. Lips. *Luserit hic....delius altilibus ;* Voss. 5. etiam *altilibus ;* cd. pr. min. *Fulserit hic juvenis delius alitibus ;* in ora Rheg. voci *Delius* ascriptum est *Sol, dies*, quæ Heynii etiam interpretatio est.—9 *Vos meo* Voss. 3.—11 *At* duo Stat. Broukh. 1. Vat. Heins. 1. Vat. Ursini, Exc. Pocc. et Hamb. cum Ald. 2. et quæ hinc

NOTÆ

pro vino, ut apud Horat. III. Od. 16. 'Nec Læstrygonia Bacchus in amphora Languescit mihi.'

6 *Funde Falerna manu*] Vinum Falernum primæ notæ fuit apud Romanos. Falernus autem ager regio est Campaniæ in Italia, generosi vini feracissima. Eleganti dicto Tibulliano non minus est elegans illud Catulli Carm. XXVII. 'Minister vetuli, puer, Falerni, Inger mi calices amariores.'

7 *Durum, curæ, genus*] Dicuntur *curæ, durum genus*, quod nempe cor graviter urant.

8 *Niveis Delius alitibus*] Apollo dictus est *Delius* a *Delo* Insula, in qua natus est et educatus. Optat autem, ut candidus, felix, et serenus transeat dies, quo cupit indulgere genio ; vel vino operam impendere se dicit, quoad pulcherrimus et alatis equis vectus sol oriatur. Horat. III. Od. 'Vivæque producent lucernæ Dum rediens fugat astra Phœbus.'

10 *Me duce*] Me principe, magistro, et arbitro bibendi. Veteres enim in compotationibus et conviviis regem seu magistrum bibendi faciebant, sortibus jactis. Horat. I. Od. 4. 'Nec regna vini sortiere talis.' Idemque II. Od. 7. 'quem Venus arbitrum Dicet bibendi ?'

11 *Certamen mite recusat*] Suavem concertationem dixit, cum alterum

Ille facit dites animos Deus : ille ferocem
Contudit, et dominæ misit in arbitrium.
Armenias tigres et fulvas ille leænas 15
Vicit, et indomitis mollia corda dedit.

fraude decipiat. Iste Deus mentes hominum ditat; iste arrogantes et indociles domuit, imperioque puellæ subjecit. Tigres Armenias, et torvas leænas cicuravit,

fluxere; *Haud* cod. Lips. *Aut* Par. complures Stat. duo Broukh. tres Voss. omnes Beroll. et Guelff. Corv. Reg. alii, cum edd. pr. maj. min. Bartol. Venet. 2. Brix. Rheg. Rom. Vicent. Venett. 1487. 1491. 1493. et Ald. 1. *inire* pro *mite* malebant Schrad. Burm. ad Propert. I. 5. 12. et Mitsch. in Tentamine; *dulce* Angl. 2. et Laud. *recuset* cod. Lips. Berol. 2. quidam Stat. unus Broukh. Angll. 1. 5. Zwicc. 1. 2. tres Voss. Hamb. ed. pr. maj. min. Venet. 2. Vicent. Rheg. Ald. 1. Scal. &c. *recusat* Par. complures Stat. et Broukb. Reg. Corv. Guelff. 1. 2. 4. Witt. 1. 2. Exc. Pocc. Beroll. 1. 3. 4. ed. Bartol. Rom. Venett. 1487. 1491. 1493. 1500. 1520. Ald. 2. Broukh. &c.—12 *Fallat cum tecto* Par.—13 *Ille facit mites* Exc. Lips. ' Nihil est in antecedentibus unde appareat, quem Deum hic significet. Intelligunt fere Interpp. Bacchum.... Reliqua vix in Bacchum, vel ejus munus, vinum, cadunt. Commodius hæc dicta accipies de Amore. At amor *dites* animos non facit. Forte itaque legendum *mites animos*, quod reliquorum versuum sententia postulare videtur. Nisi hæc admittas, et amantis æstum, quo nihil satis diserte eloquitur, cogites; dicendum, aliquot disticha in medio excidisse.' *Heyn.* Hoc negat Huschkius, nec admittendam esse censet lect. *mites.* Componit Tibullus inter se Bacchum et Amorem, quorum illum aperte prædicavit, hunc occulte modo tetigit vs. 12. Nunc subito invehitur in Amorem, necdum nominatum, sed, postquam satis vim ejus deformavit, tandem, de quo numine sermo sit, diserte pronuntiat vs. 17. quod egregie convenit animo concitato et æstuanti. Sfort. et Florent. *ille feroces.*—14 *Contulit* Beroll. 1. 3. *mittit* Berol. 4. a marg.—15 *Armonias tigres et ful-*

NOTÆ

alter studet potando superare. Consueverant enim Veteres tot cyathos vini vacuare in conviviis, quot annos vivere cupiebant, vel quot annos nata esset amica, vel quot literas haberet ejus nomen. Unde Ovid. Fast. III. ' Sole tamen vinoque calent, annosque precantur, Quot sumant cyathos, ad numerumque bibunt. Invenies illic, qui Nestoris ebibat annos, Quæ sit per calices facta Sibylla suos.' Martialis: ' Nænia sex cyathis, septem Justina bibatur, Quinque Lycas, Lyde quatuor, Ida tribus. Omnis ab infuso numeretur amica Falerno, Et quia nulla venit, tu mihi, Somne, veni.'

13 *Ille facit dites animos Deus*] Bacchus vino homines exhilarat, et lætiores eorum facit animos, Poëtarumque etiam fœcundiora reddit ingenia. Unde dicitur Ennius nunquam nisi potus composuisse carmen egregium. Hinc etiam Horat. III. Od. 21. 11. dicit aliquando caluisse mero Catonem: ' Narratur et prisci Catonis Sæpe mero caluisse virtus.' Propert. IV. 6. ' Ingenium potis irritat Musa Poëtis: Bacche, soles Phœbo fertilis esse tuo.'

15 *Armenias tigres*] In Armenia, Asiæ regione latissima, inter Taurum et Caucasum montes a Cappadocia ad Caspium usque mare protensa, crudelissimæ nascuntur tigres; quæ, ut Solinus refert, idcirco a Baccho perdomitæ ad jugum et currum trahendum dicuntur, quod istud animalium genus

Hæc Amor, et majora valet; sed poscite Bacchi
Munera; quem vestrum pocula sicca juvant?
Convenit ex æquo, nec torvus Liber in illis,
Qui se, quique una vina jocosa colunt. 20

et immanibus feris mites dedit animos. Ista etiam Amor, et alia longe *majora potest: at efflagitate dona Bacchi; quis* enim *ex vobis calicibus vacuis delectatur? Non irascitur, sed æqualiter ipsi convenit cum iis, qui ipsum venerantur, et læta*

vos ille leones in Berol. 2. *Armeniasque tigres et filios ille leones,* ad codd. Vindob. Voss. 3. 5. Zwicc. 1. 2. &c. cum Vossio, nec improbante Wund. reposuit Bach. *Armeniasque* exhibent etiam ed. pr. maj. Venet. 2. Vicent. et Reg. *Armeniæ tigres* reposuit Broukh. de conjectura; et sic est in Voss. 2. *fulvos leones* habent Vat. Statii, alter ejusdem, Goth. duo Broukh. et Colb. *fulvas leænas* Par. cod. Lips. Corv. Reg. Guelff. Beroll. 1. 3. 4. alii, cum edd. pr. maj. min. Bartol. Venet. 2. Brix. Rheg. Vicent. Venett. 1487. 1491. 1493. 1500. Aldd. &c.—17 Par. *volet;* et sic omnes Beroll. Broukh. Heins. Heyn. alii, cum omnibus edd. ante Broukh. qui primus *valet* reposuit ex uno Stat. quod nunc firmant Ask. et Voss. 1. 2. *velit* cod. Lips. et ed. Græv. 1680. *dedit* Sfort. ap. Stat. *Bacchum.* Sed in conviviis sodales poscere solent *munera Bacchi,* δῶρα Διωνύσου, a puero, non poscere Bacchum munera, quæ adsunt.—18 H. Voss. e Vat. Ursini et suo tertio edidit *quem nostrum,* improbantibus Huschk. et Bach: ed. pr. maj. *juvat.*—19 Hæc formula non pertinet ad Bacchum et Amorem, quod falso sumitur, sed ad convivas, ἐξ ἴσου bibentes. Cf. Plut. Conv. Sept. cap. 11. Ibid. p. 176. ed. Bip. Burm. ad Petron. Quintil. Decl. 52. et 73. Ovid. Met. iv. 62. v. 565. Plin. Pan. 83. et Hor. ii. Sat. 6. 67. pro *nec* Colot. Vat. Ursini, Voss. 5. et Rom. *non* exhibent: *nec torvus L. in illis* est scriptura in libris pæne omnibus, scil. multis ap. Broukh. et Voss. omnibus Beroll. quatuor Angll. &c. a quibus discesserunt edd. vett. quibus placuit, quod pauci libri habent, *in illos.* Priorem scripturam exhibet ed. Bartol. 1472. quam restituit Broukh. Cf. Virg. Æn. ii. 541. Propert. iii. 19. 28. Vell. Pat. i. 12. Burm. ad Propert. i. 13. 17. Cæs. B. G. ii. 32. Nep. Dion. vi. 2. et Heindorf. ad Hor. i. Sat. 2. 48.—20 Reg. cum nonnullis Stat. et Voss. 3. 4. *quisque* pro *quique;* Voss. 1. et Rom. *Qui se cunque sua:* Vossius suspicatur, auctorem scripsisse, *Qui sua securi vina, &c.* Nec mirum, inquit Huschk. locum huic emendationi, et isti corruptioni ansam præbuisse; nam ut nemo intellexit formulam *Convenit ex æquo,* ita etiam nemo locutionem, *Qui se colunt.* ‘ Illa referri solet ad Bacchum et Amorem, quibus bene convenire constat, hæc ad Bacchum solum, inculcato tamen hic etiam, nescio qua machina, Amore, ut sit, *nec torvus Liber in illis, qui se* (Liberum ipsum) et *una* cum Amoris donis, *vina* sua, id est, Liberi ipsius, *jocosa colunt.* Hic manifesto aberrant Interpretes a sententia scriptoris, qui pronomen *se* referri voluit non ad Liberum, sed ad *illos* amicos. Nam colere se h. l. dicuntur amici bene convenientes, qui mutua benevolentia se complectuntur ac reverentur, qui inter potandum etiam non Thracum more rixantur, sed jocantur urbane, memores dicti, πίνειν καὶ παίζειν, καὶ τὰ δίκαια φρονεῖν. His ita constitutis et explicatis, nemo erit, qui dubitet, quid existimandum sit de judicio Heynii, sic scribentis, ‘ Distichon hoc 19. 20. ab interpolatore profectum, qui, quæ sen-

NOTÆ

vino et uvis vescatur. Horat. iii. Od. 3. 13. ‘ Hac te merentem, Bacche pater, tuæ Vexere tigres indocili jugum Collo trahentes.’

20 *Vina jocosa*] Quæ nimirum hominum animos jocosos et hilares faciunt.

Nam venit iratus nimium nimiumque severis;
  Qui timet irati numina magna, bibat.
Quales his pœnas qualis quantusque minetur,
  Cadmeæ matris præda cruenta docet.
Sed procul a nobis hic sit timor; illaque, siqua est, 25
  Quid valeat læsi, sentiat, ira Dei.

vina celebrant. Sed modo adveniet nimia succensus ira in abstemios. Quicumque igitur illius Dei *indignationem et potestatem augustam metuit, potet. Quanta supplicia illis minitetur, quis, et quam magnus sit ille, Cadmeæ matris crudelis violentia testatur. At longe absit a nobis iste metus; ipsaque,* Cadmi filia, *si reipsa uspiam aliqua est, sentiat quid possit* illius *Dei offensi indignatio. Ast ego*

tiebat, rite verbis reddere haud pollebat.' Mihi contra h. l. accidisse videtur, ut Interpretes ad unum omnes, quæ sentirent, verbis rite reddere haud possent. Nam Tibullo quidem nemo facile plus sapere et fari possit quæ sentiat, neque vero quisquam temere meliores versus faciat Lygdamo.' *Huschk.*—21 *Non venit* Beroll. 1. 2. 3. Par. nonnulli Stat. Corv. Guelff. 2. 3. cod. Lips. et octo ap. H. Voss. *Quom venit* Hamb. unde *Convenit* in Monac. Voss. h. l. reposuit *Nam venit* ex uno Stat. et Berol. 4. Cf. Hor. I. Od. 18. 3. ed. pr. maj. Vicent. Rheg. Venett. et Aldd. *Jam;* ed. pr. min. et Bartol. *Non.* Broukh. consentiente Vulpio, interpunxit, *iratus nimium, nimiumque,* improbantibus Heyn. et Huschk. Quod Livin. reposuit *severis* confirmatur Bern. Goth. et Berol. 4. Cf. Propert. I. 10. 25.—22 Cod. Lips. in quo trajectus hic versus est post vs. 24. habet *bibit;* Zwicc. 1. 2. *bibet.*—23 Ed. pr. maj. Venet. 2. et Vicent. *Quales iis pœnas deus hic: quantumque;* sic etiam in Corv. Rheg. nisi quod pro *iis* habet *his,* ut Guarn. omnes Beroll. Par. Lips. tres ap. Broukh. Colb. Stat. &c. cum ed. pr. min. *is* habet unus Stat. *Quales his pœnas Deus hic quantasque* in ed. pr. min. cum Reg. Guelff. 1. 3. Witt. 1. 2. Vat. Heins. 1. Vat. Ursini, et Angll. 2. 3. 4. *Quales his pœnas quantas deus hisce* Guelf. 4. Rom. Brix. et Venett. 1487. 1491. 1493. *Quas læsus pœnas Deus hic* in marg. Rheg. ap. Huschk. *Quales his pœnas Deus hic, quantusque* ed. Bartol. *quæcunque* in Guelf. 2. Nostram lect. primus in ordinem recepit Scal. secutus cod. Cuj. quocum conspirant Vindob. et Voss. 3. Cf. Long. p. 125. *οἷος ὢν οἵων ἐρᾷ.* Leonid. Tarent. Epigr. LXIX. 6. *φεῦ, γαίης ὅσσης ὅσσον ἔχει μόριον.* Hom. Il. Ω. 630. Virg. Æn. II. 589. Ovid. Met. III. 284. et Vulp. in h. l.—24 In Scheff. Voss. 5. et ed. pr. min. *turba cruenta;* in Hamb. *mea cruenta.*—25 Colb. *vobis,* quod legitur etiam in marg. Gryph. 1573. ap. Huschk. Cf. Petron. cap. 74. *sit* excidit in cod. Lips. H. Voss. *impia* e marg. Gryph. 1573. pro *illaque* dedit; idem legitur in marg. Rheg. ap. Huschk. qui conj. *Sed procul a nobis hic sit timor: iraque, si qua est, Q. v. l. sentiat illa, Dei.* Cf. Propert. II. 10. 17. In cod. Lips. *sicp est;* codd. Mur.

NOTÆ

21 *Severis*] Sobriis, siccis, abstemiis, et tetricis, qui nequidem tantisper genio nolunt indulgere. Alii legunt, *severus,* sed male; nam versus sequens iste, *Quales his pœnas, &c.* sensu nullo modo posset stare.

24 *Cadmeæ matris*] Agave est, Cadmi filia, quæ spretis Bacchi Sacris Pentheum filium suum in furorem acta Dei illius potenti numine pro fera miserabiliter dilaniavit.

25 *Illaque, siqua est*] Mater nempe Cadmea, nisi ficta res est, et commentitia.

Quid precor, ah, demens? venti temeraria vota,
  Aëriæ et nubes diripienda ferant!
Quamvis nulla mei superest tibi cura, Neæra,
  Sis felix, et sint candida fata tua. 30
At nos securæ reddamus tempora mensæ.
  Venit post multos una serena dies.
Hei mihi! difficile est, imitari gaudia falsa;
  Difficile est, tristi fingere mente jocum;

insanus quid eupio? Venti et nebulæ æthereæ auferant dispergenda vota mea *inconsulta. O Neæra, quanquam nullus tibi superest amplius in me amor, sis beata, atque etiam fata tua sint prospera et felicia. Nos vero tempus surreptum restituamus mensæ tranquillæ;* quandoquidem *affulsit* tandem *unica dies jucunda post multas* alias. *Heu me!* quam *arduum est assimulare lætitiam fietam;* quam

sic qua; unde ille fecerat *sicca:* ceteri codd. in vulg. conspirant. Veteres Edd. quid facerent voce *illaque*, dubitasse, demonstrat interposita ab iis distinctio; nam ed. pr. maj. habet, *hic sit timor illaque; si qua est;* Rheg. *hic sit timor: illaque: si qua est;* Venett. 1491. 1493. et Rom. *hic sit timor: illaque si qua*, sine verbo *est:* sic in Guelf. 1. in quo tamen cum Guelf. 4. legitur *hinc sit.*—26 Guelff. 1. 2. et Berol. 4. *sentiet.*—27 Beroll. 2. 3. 4. et Dat. *ha demens:* Cyll. in Comment. legit, *contraria vota:* cf. Eleg. 4. 83.—28 *Aëriæ nubes* Par. Beroll. 1. 3. et Cyll. in Comment. laudans versum Statii de Achille, qui est Catulli de Theseo LXIV. 59. 'Irrita ventosæ linquens promissa procellæ.' Goth. *Aëriæque:* ed. pr. min. *dirripienda.*—30 *Sic* Berol. 3. *facta* Beroll. 1. 2. cod. Lips. Dat. Angl. 5. ed. pr. maj. Venet. 2. Rom. Rheg. Venett. 1487. 1491. 1493. *vota* Witt. 1. Laud. Angll. 3. 4. *fata tibi* unus Stat. —31 Pro *tempora* lacuna est in Angl. 2. *corpora* in Angll. 3. 4. natum ex compendio *tpa*, quod simillimum est *cpa* in codd. 32. unus Colb. pro v. l. *poculu.*—32 Beroll. 1. 3. 4. duo Stat. totidem Broukh. Guelff. 1. 2. 3. Guelf. 4. in litura, cod. Lips. ed. pr. maj. Venet. 2. Rheg. Vicent. &c. *post multas;* et sic Alb. de Eyb in Margarita Poëtica: at Par. cum maxima librorum parte *multos;* quod legitur in ed. pr. min. Aldd. et Scal. illud Mur. Passer. aliique prætulerunt, hoc Broukh. Vulp. et Heyn. probante Huschk. *Post veniet multos* in Colb.—33 Novum hinc Carmen exordiuntur codd. Lips. Par. Reg. omnes Guelff. Beroll. Broukh. Stat. Heins. &c. cum edd. vett. a quibus tandem dis-

NOTÆ

27 *Venti temeraria vota*] Frequens est Poëtarum imprecatio. Catullus: 'Ac tua dicta omnia, factaque Ventos irrita ferre, ac nebulas aërias sinit.'

30 *Sis felix*] Frequens apud Poëtas bene precandi formula. Virgil. Ecl. v. 'Sis bonus o felixque tuis.' Idem Æn. I. inducit Æneam Venerem ita precantem: 'Sis felix, nostrumque leves quæcumque laborem.' Catullus etiam Manlium ejusque amicam sic alloquitur: 'Sitis felices, et tu simul et tua vita, Et domus ipsa, in qua lusimus, et domina.'

33 *Hei mihi*] Conqueritur Tibullus de mulierum perfidia, gravique cura pressus cum accumberet, ut tempora mensæ secura et tranquilla ducerct, suspirans in hæc verba prorumpit, quibus ait, difficile esse simulare lætitiam; quod quidem Virgilius Æneæ suo sapienter attribuit Æn. I. 213. 'Spem vultu simulat, premit altum corde dolorem.'

Nec bene mendaci risus componitur ore; 35
Nec bene solicitis ebria verba sonant.
Quid queror infelix? turpes discedite curæ.
Odit Lenæus tristia verba pater.
Gnosia, Theseæ quondam perjuria linguæ
Flevisti ignoto sola relicta mari. 40
Sic cecinit pro te doctus, Minoi, Catullus,
Ingrati referens impia facta viri.

operosum est animo mæsto gaudium mentiri; neque recte vultu fallaci jocus affingitur, neque belle vinosa dicta conveniunt anxiis. Sed *quid* ego *miser conqueror? Infames absistite solicitudines; pater Lenæus odio habet mæstos sermones.* O *Gnosia, olim derelicta sola in littore incognito lamentata es falsa juramenta linguæ Theseæ. Ita pro te, o Minoi, cantavit eruditus Catullus narrans infanda*

cessit Muretus, intelligens, hæc cum superioribus ita copulata esse, ut separari nullo modo possint. Statius tamen, 'Septimam,' inquit, 'facio, secutus omnium, quos viderim, veterum librorum fidem.' Mureto, quamvis non nominato, obtemperavit Scaliger. In Corv. initium est Elegiæ XXIV. Inscripserunt locum alii aliter, e. c. ed. pr. maj. et Rheg. *Conqueritur de Neæra:* ed. pr. min. *Conquestio amatoria:* Vicent. *Conqueritur de Neæra et tentat depellere curas,* ex lib. I. 5. 37. Pro *Hei mihi* Par. et Guarn. dant *Si mihi;* Hamb. *Sic mihi;* Vincent. Specul. Doctr. *Heu quam difficile est.* Cf. Ovid. Met. II. 447.—35 *Non bene* idem Vincent. et sic in Voss. 4. Vide Hom. Od. Υ. 346. et Heindorf. ad Hor. II. Sat. 3. 72.—36 *Non bene* hic quoque legit Vincent. *hebria* ed. pr. maj. Cf. II. 1. 32.—37 Unus Stat. *loquor:* Beroll. 1. 3. *tristes.*—38 Par. *lenæus;* Voss. 1. *Lemneus;* ed. pr. min. *Læneus.*—39 *Cnosia* in nonnullis; *Gnosia* Witt. 1. 2. Bronkh. 1. 2. 3. Venet. 2. &c.—41 Reg. *Sed cecinit portæ;* H. Voss. Bauer. Wund. et Bach reposuerunt *Sed;* Bronkh. malit *Hæc cecinit.* 'Quidni *Sic?* nam *sic* revera cecinit Catullus.' Pro *Minoi* Bern. *minor ān,* i. e. *minor ante,* ut plene scriptum in Par. *minorque* cod.

NOTÆ

37 *Turpes discedite curæ*] Quia homines efficiunt turpes et deformatos.

38 *Lenæus*] Unum est ex nominibus Bacchi, qui ita dicitur a leniendo, quod mentes hominum leniat, ut ait Donatus, qui tamen ab aliis ob hoc criminatur, cum Græca vox non possit Latinam etymologiam pati. Melius autem Diodorus Siculus et Eusebius *Lenæum* dici Bacchum ἀπὸ τοῦ ληνοῦ, id est, *a torculari,* deducunt.

39 *Gnosia, Theseæ linguæ*] Ariadne ita dicitur a *Gnoso* civitate Cretæ primaria, quæ in Dia seu Naxo Insula relicta est a Theseo: unde versiculo sequenti dicitur: *ignoto sola relicta mari;* juxta illud Catulli: 'Desertam in sola miseram se cernit arena.'

41 *Cecinit pro te doctus, Minoi, Catullus*] Pluribus retulit fabulam Ariadnes Catullus noster in Nuptiis Pelei et Thetidos. Doctus autem vocatus est Catullus ab omnibus Antiquis, utpote qui fuit oratione perspicuus et facundus, carmine lascivus et gravis; qui omni carminum genere excelluit, hominumque mores apprime novit, et cum opus fuit, ad vivum et graphice depinxit: unde etiam vocatur ab A. Gellio Poëtarum elegantissimus. Martialis: 'Verona docti syllabas amat Vatis.'

Vos ego nunc moneo: Felix, quicumque dolore
  Alterius disces posse carere tuo.
Nec vos aut capiant pendentia brachia collo, 45
  Aut fallat blanda sordida lingua prece.
Etsi perque suos audax jurabit ocellos,
  Junonemque suam, perque suam Venerem:

facinora perfidi illius hominis. Jam vos ego admoneo: Beatus eris, *quicumque alieno malo scies posse carere proprio. Ne vos fallant lacerti collo* vestro *impliciti, neque lingua perjura vos dulcibus verbis decipiat. Quanquam puella mendax juravit per suos* etiam *oculos, per suam Junonem, et per suam Venerem. Nulla*

Lips. Guarn. et Berol. 3. *Minoa* Berol. 2. et Voss. 2. *ignota* Voss. 3.—43 *Vos quoque* Par. pro *nunc* Florent. Statii et Guelf. 2. *sic:* ed. pr. maj. Venet. 2. Rheg. et Lips. ap. Heyn. *quæcunque;* Voss. 3. *ter quinque;* Brix. *cuicunque:* pro *dolore* cod. Lips. habet *dolorē*, i. e. *dolorem*, quod legitur in duobus Palatt. Hamb. et duobus Voss. *dolores* Bern.—44 Angll. 3. 4. unus Broukh. et Berol. 4. a marg. *discis;* Colb. *discet p. carere suo;* Vincent. Specul. Doctr. VI. 37. *didicit p. carere suo;* unus Broukh. habet *cavere tuum*, quod reposuit H. Voss. Palat. 5. etiam *cavere*, sed a manu emendatoris; *cavere tuos*, (non *cavere toros*, ut citat Broukh.) in cod. Cuj. quod referendum ad lect. *dolores*. Vide ipsum Scal.—45 *Ne vos* Voss. 3. in quod conjectura inciderat Heyn. ratus, orationem pendere a verbo *moneo* vs. 43. Sed vide Vossium. *Non vos decipiant* Exc. Scal. quod exhibuit in ed. 1600. Cf. Propert. I. 9. 25. et Ovid. Ep. XV. 55. *decipiant* etiam in Falc. et Excc. Perr. *Nec vox* Guarn. *Nec vos* Reg. cod. Lips. omnes Beroll. Par. alii: *aut capiant* habent idem codd. cum Witt. 1. 2. Broukh. 1. 2. 3. Exc. Scal. Statianis, et edd. pr. maj. min. Bartol. &c.—46 *Nec capiat b. s. l. prece* in ed. Scal. 1. et sic in suis Exc. et Exc. Perr. *subdola lingua* malebat Heins. applaudentibus Broukh. et Heyn. *fide* habent omnes Beroll. et Guelff. Reg. Par. Corv. cod. Lips. &c. cum omnibus edd. ante Scal. extat tamen *prece* in Vindob.—47 *Et si* in binis Broukh. Venet. 2. Rheg. et nonnullis aliis: *jurarit* emendatio est Dousæ, confirmata postea libro Passer. Vindob. et Guelf. 3. a margine; Par. Colb. Corv. et tres Voss. *jurabit;* cod. Lips. cum ceteris codd. et quicquid est editionum veterum *juravit*. 'Hic locus vulgo ita construitur, ut in verbis, *Nulla fides inerit*, apodosis sit verborum ab *Etsi* pendentium: *Etsi jurarit, Nulla* tamen *fides inerit*. In qua constructione quamcumque lect. assumes, proba erit. Num etiam sententia? Nullo modo. Quis enim sententiam hanc probaverit? Etsi *fallax jurarit, Nulla* tamen *fides inerit* fallaci vel juramento falso. Hoc Tibullo prorsus indignum commentum statim evanescit, ubi majorem στιγμὴν, quam omnes adhuc Edd. apposuerunt voci *prece* vs. 46. mutaveris in minorem, ita ut distichon 47. 48. cum priore copuletur et periodum absolvat. Qua interpunctione adhibita, consequens sit, Tibullum scripsisse *jurarit*. Et hanc ego interpunctionem adhibuissem, nisi paululum langueret sententia, sic nude posita vs. 49. *Nulla fides inerit*, nec locus de mendo suspectus esset, quod proposui supra ad III. 4. 8. ubi melius se excipiunt *fallaci...falsa*, quam h. l. *fallat ...fallax*. Illic nihil est ambigui in sententia. Hic *fallax* puella miras objicit interpreti difficultates. Quid igitur? Num fortasse Tibullus pro *fallax*

NOTÆ

43 *Felix, quicumque*] Consonat illud: 'Felix quem faciunt aliena pericula cautum.'

48 *Junonemque suam, perque suam Venerem*] Significat nullo modo fidendum esse mulieribus, sive jurent per

Nulla fides inerit; perjuria ridet amantum
  Jupiter, et ventos irrita ferre jubet. 50
Ergo quid toties fallacis verba puellæ
  Conqueror? Ite a me, seria verba, procul.
Quam vellem longas tecum requiescere noctes,
  Et tecum longos pervigilare dies!

tamen erit fidelitas ipsius *verbis. Jupiter irridet falsa juramenta amantium, eaque imperat ventos auferre* tanquam *vana. Quorsum igitur tam sæpe conqueror promissa dolosæ fœminæ? O serii sermones, oro vos, longe discedite a me. O quam cuperem una tecum,* o puella, *prolixas dormire per noctes, et pariter tecum longos*

scripsit *pellax?* Hæc et alibi confunduntur. (Cf. Heyn. ad Virg. Æn. II. 90. et Bentl. ad Hor. III. Od. 7. 20.) Adhuc hæc erant. Mox perlustranti mihi oculis codd. Ovidianos in Bibliotheca Berolinensi obtulit se unus, qui Artem Amatoriam complectitur. Hoc libro, pergratum mihi accidit, everti emendationem meam, confirmari suspicionem, loco Tibulli mendum inhærere. Nam versibus Ovid. I. 633. 634. librarius idem, qui Carmen ipsum descripsit, apposuit contra hæc: TIBULLUS, *Perque suos amās audax jurabit ocellos Junonemque suam, perque suam Venerem. Nulla fides inerit. perjuria ridet amantum Juppr. et ventos irrita ferre jubet.* TIBULLUS, *Ne jurare time veneris pjuria venti Irrita per terras et freta sūma ferent.* Hæc ille: agnoscens simul lect. *summa,* I. 4. 21. et loco, de quo nunc agimus scripturam inferens omnes in se veritatis numeros habentem, *Etsi...audax jurabit.* Hanc in ordinem recipere non dubitavi.' *Huschk.* Cf. Propert. I. 15. 25.—48 Broukh. malebat, *per Veneremque suam.* Sed vide supra ad II. 6. 20.—49 Guelf. 1. Angl. 5. a m. sec. cum edd. Rom. Brix. et Venett. 1487. 1491. 1493. *Nulla fides Veneri;* Ask. et Berol. 1. *Nulla fides meritis;* H. Voss. conj. *Nulla fides fuerit.* Sed cf. Hom. Od. A. 455. Manil. IV. 578. et Hor. I. Epist. 17. 56.—51 Unus Broukb. et Voss. 4. *Ergo ego qui totiens;* Beroll. 1. 2. 3. Par. alii, cum edd. pr. &c. *Ergo qui tociens,* vel *totiens;* cod. Lips. *Ergo q tociens:* Monac. unus Broukh. Venett. 1475. 1487. 1491. 1493. et Ald. 2. *quid:* Scal. retraxerat *qui* ex Ald. 1. Omnes scripti editique habent *verba,* non *vota,* quod ex ingenio in textum intulit H. Voss. ne bis idem verbum recurreret. Sed vide Balbum, Carm. LXVIII. 11.—52 Vat. Ursini exhibet *sobria verba:* cod. Lips. Par. omnes Beroll. Guelff. Stat. et Broukh. alii, cum edd. pr. maj. min. Bartol. Venet. 2. Brix. Rheg. Vicent. Rom. Lips. Venett. 1487. 1491. 1493. 1500. 1520. et Aldd. *precor;* pro quo Broukh. reposuit *procul* ex Exc. Pocc. Colot. et Vatt. Heins. 1. 2. idem agnoscit Voss. 4. Hæc verba confunduntur etiam supra II. 1. 82.—53 In Guelff. 1. 2. hinc initium fit Eleg. VIII. *Quam mallem tecum longas* Berol. 4. a marg. *mallem* habent etiam Zwic. 1. ed. pr. maj. et Vicent. *tecum longas* Beroll. 1. 2. 3. Corv. Par. Zwicc. omnes Heins. Broukb. Stat. Heyn. ceteri, cum edd. pr. maj. min. Bartol. Venet. 2. Brix. Rheg. Vicent. Rom. Lips. Venett. 1487. 1491. 1493. 1500. 1520. Ald. 1. Scal. Broukh. Vulp. H. Voss. et Bach: *longas tecum,* quæ est lectio quatuor codd.

NOTÆ

Venerem, quæ præest Amoribus, et est Dea amantium, sive per Junonem, quæ præesse dicitur conjugiis, et est sponsarum pronuba, ut ait Ovid. Epist. Phyllidis: 'Junonemque toris quæ præsidet alma maritis.'

49 *Perjuria ridet amantum*] Sic supra lib. I. 4. 21. 'Nec jurare time: Veneris perjuria venti Irrita per terras, et freta summa ferunt.'

Perfida nec merito nobis, nec amica merenti! 55
Perfida, sed, quamvis perfida, cara tamen.
Naida Bacchus amat; cessas, o lente minister?
Temperet annosum Marcia lympha merum.
Non ego, si fugiat nostræ convivia mensæ
Ignotum cupiens vana puella torum, 60
Solicitus repetam tota suspiria nocte.
I, puer, et liquidum fortius adde merum.

dies pervigilare! o infida, nec juste infensa mihi merenti; infida quidem, *at licet infida, attamen* es mihi *dilecta. Naidem Bacchus diligit: otiaris, iners pincerna? Martia aqua vinum vetus moderetur. Quanquam vana puella refugiat epulas mensæ meæ cubile ambiens incognitum, nunquam tamen ego anxius omnem per noctem singultus iterabo. Tu* vero, *o famule, largius ingere limpidum vinum.*

Ask. Bern. Voss. 5. et Berol. 4. exhibent Ald. 2. Mur. Stat. Basil. 1569. Plant. Gryph. 1573. &c. Propertius, egregius versificator, '*tecum*,' 'mecum,' 'secum,' eadem vi præditum, tantum non ubique in hac versus regione collocat. Cf. I. 3. 43. I. 8. 33. I. 14. 9. II. 1. 13. II. 15. 5. II. 15. 37. IV. 7. 95. Tibull. I. 2. 71. III. 3. 23. IV. 3. 11.—54 Unus Broukh. *Et tecum multos.*—55 *Perfidia, nec merito nobis inimicâ: merenti Perfida* cod. Lips. Par. Corv. plur. Stat. omnes Beroll. Heins. Broukh. et Heyn. cum ed. pr. min. Bartol. Venett. 1491. 1493. Ald. 1. Mur. Scal. Stat. Plant. Gryph. Broukh. et Vulp. Scaliger construit *nobis inimica merenti*, ut sit ἀρχαϊκῶς pro 'merentibus:' *nec merenti* Exc. Pocc. Vindob. unus Stat. Berol. 4. a marg. ed. pr. maj. Venet. 2. Vicent. Rheg. et Ald. 2. quam lectionem restituit Heyn. *et immerito* tentavit Burm. II. unus Broukh. *querenti;* et pro v. l. *merenti.*—56 *Perfida sed quamvis tu mihi, cara tamen* Exc. Lips. et Beroll. 2. 3.—57 Par. ed. pr. maj. et Vicent. *Naiada;* cod. Lips. *Nayada:* 'Venetæ et Ald. pr. *læte;*' inquit Heyn. hoc falsum: Venett. 1487. 1491. 1493. habent *lēte*, i. e. *lente* (quod exhibent ed. pr. maj. Bartol. aliæ,) et Ald. pr. *lætæ;* sed ed. pr. min. habet *læte:* Gryph. 1573. in ordine, *cessas o lente minister*, et in marg. *quid cessas lente.*—58 Cod. Lips. Broukh. 1. Angll. 1. 5. Bern. ed. pr. min. et Bartol. *Temperat:* Witt. 1. 2. et Beroll. 1. 2. 3. 4. *Marcia;* in vulgg. *Martia;* cod. Lips. *bracia limpha.*—59 *Num* in Reg. *Nonne ego* ed. Rom. *Numne ego* conj. Heyn. *Non te si nostræ fugiat* unus Stat. et Berol. 2. *Non te si fugiet nostræ* Par. *Non te si nostræ capiant* alter Stat. *Non ego si nostræ fugiat* Vat. ap. eundem, cum uno Broukh. et ed. pr. min. *fugiet nostræ* Berol. 4. Corv. et unus Broukh. *nostræ fugit* Angl. 1. et Reg. Vulgata est in ed. pr. maj. Bartol. Venet. 2. Vicent. Rheg. Venett. 1487. 1491. 1493. 1500. 1520. et Aldd.—62 Par. *Tu puer es*, addita

NOTÆ

57 *Naida Bacchus amat*] Lympham seu aquam; Nais enim Nympha est aquatica, quæ hic sumitur pro aqua; Baccho autem seu vino aquam immiscere utile est et honestum. Contrarium tamen vult Catullus, cum dicit Carm. XXVII. 5. 'At vos, quo lubet, hinc abite, lymphæ, Vini pernicies, et ad severos Migrate: hic merus est Thyonianus.'

58 *Marcia* [*Martia*] *lympha*] Aqua Tiberina seu Romana, ita dicta a Marte armorum Deo, qui dicitur juxta Tiberim Rheam Sylviam compressisse. Potest etiam intelligi per Martiam lympham rivulus ille ductilis, quem refert Plinius jubente Senatu a Q. Martio in urbem inductum fuisse, quique ab auctore suo nomen habuit.

Jamdudum Syrio madefactus tempora nardo
Debueram sertis implicuisse comas.

Jampridem caput perfusus nardo Syrio capillos corollis inseruisse debueram.

nota ab eadem manu: ' alii *et*.' Sic hunc versum exhibent omnes codd. exceptis Vind. Monac. et Voss. 5. in quibus est quod Scal. intulit, *Tu puer i*, ex libro Cuj. qui tamen habuisse videtur *Tu puer et*, cum addat Scal. ' Nam ut supra dixi (ad vs. 6.) scribebant EI pro I.' Nulla Editio vetus non habet *Tu puer et;* Mur. malebat, *Tu puer huc;* Heins. *Huc, puer, huc:* Heyn. *I, puer, i;* Stat. *Tu, puer, i*, oblitus lect. quam simpliciter posuerat ad I. 2. 1. *I, puer, et liquidum, &c.* ' Hanc ego lectionem occupavi supra ad vs. 6. adductus argumentis, etiam sine exemplo rem demonstrantibus. Exempla tamen in promtu sunt. Propert. III. 23. 23. Hor. I. Sat. 10. 92. Pers. v. 126. Juvenal. XII. 57. Martial. XXIII. 6. Nunc audiamus virum doctum ad oram Rheg. hæc notantem, ' *Tu puer et.*] Vulgo *huc:* et sic VI. Pall. (sex Palatini) Comelinianusque. Conjectat Statius, *Tu puer, i liquidum.* Quod non displicet Gebhardo. Lego, *Huc puer et liquido, &c.* h. e. aqua infuso.' Quod ita intelligo, fortius adde merum vino, cui aqua jam infusa est. Hoc nemini placebit.' *Huschk.*—63 *Tyrio* Witt. 1. 2. Broukh. 1. 2. 3. Beroll. 2. 4. edd. pr. maj. min. Bartol. Venet. 2. Vicent. Rheg. &c. *thyno* cod. Lips. *tyria* Par. Dat. et Berol. 3. *tirio* Berol. 1. *Syrio* Broukh. edidit ex Exc. Lips. Vat. Heins. 1. et quibusdam Stat. quod confirmant Ask. Vindob. et Voss. 5. *Syria* H. Voss. tanquam nobilius, faventc Guy. et Heins., recepit e vestigiis Gotl. qui *Tyria* affert. ' *Syria* leg. nam ubique apud poëtas in fœm. genere profertur: Hor. pluribus in locis.' *Synclit.* Quod Heynius scribit, ' Ad finem hujus Elegiæ libri multi, in his Guelf. 1. 4. et ant. edd. attexerunt distichon, *Ne tibi sim mea lux, &c.* quod infra legitur IV. 12. 1.' hoc igitur an ita se habeat in Guelf. 1. 4. ignoro. Ceteri libri scripti editique ante Muretum, non unum illud exhibent distichon, sed Carmen, quod laudat ille, totum. Nec tamen scripti omnes; nam V. D. ad oram Vicent. testatur, ' Hi versus non leguntur h. l. in vetustis codd. et videntur de inferiore epigrammate inculcati fuisse in hujus Elegiæ finem pro errore librariorum.' Hoc plene confirmant Voss. 4. et Monac. in quibus versus illi h. l. non leguntur. In quatuor Beroll. Par. et ed. pr. maj. totum Carmen annexum legitur.

NOTÆ

63 *Syrio madefactus tempora nardo*] Odores et unguenta Romanis discumbentibus in conviviis famuli ministrabant, quibus caput liniebant, corollasque etiam nectebant, quibus frontem vincire et redimire consueverant convivantes, ut ebrietatem impedirent. Horat. I. Od. 5. 1. ' Quis multa gracilis te puer in rosa Perfusum liquidis urget odoribus.' Idem II. Od. 7. 6. ' Cum quo morantem sæpe diem mero Fregi coronatus nitentes Malobathro Syrio capillos.' Lucret. lib. IV. ' Eximia veste et victu convivia, ludi, Pocula crebra, unguenta, coronæ, serta parantur.' Ovid. Met. IX. Fab. 3. ' quam si conviva jaceret Inter plena meri redimitus pocula sertis.'

ALBII TIBULLI

LIBER QUARTUS.

CARMEN I.

Te, Messala, canam. Quanquam me cognita virtus

O *Messala, te celebrabo: etsi me* tua *virtus* omnibus *spectata deterret, ne*

'Pauci admodum codd. librum Tibulli quartum, interposito aliquo titulo, separant a tertio, in quibus sunt duo Guelff. et Lips. qui hanc inscriptionem habet, *Albii Tibulli liber tertius explicit: incipit Quartus laus in Mesalam.* De Par. notavit eruditissimus Bardili: Elegiæ Lygdami cum Epistolis Tibulli cohærent, unumque in cod. librum conficiunt, interposito inter utrasque Carmine ad Messalam. Idem dissidium est inter libros editos. Nam ed. pr. min. et Venett. cum Comment. Cyll. quartum librum tertio continuum exhibent (hæ sine titulo, illa cum titulo *Ad Messalam,* plane ut in Bartol.) ed. pr. maj. Venet. 2. Vicent. et Rheg. alterum librum ab altero his verbis discernunt, *De laudibus Messalæ Liber IIII.* Rheg. ascripsit V. D. 'Vita vetus saltim tres Tibulli libros agnoscit: et videntur tertio adjicienda, quæ nunc quartum stipant. Neque vero omnia sunt Tibulli.' Quæ pertinent ad Vitam Tibulli, huic Ed. præfixam. Ibi enim inter alia hæc leguntur: 'Epistolas familiares ad amicos complures et delectabiles metro et prosa dedit. Libros autem tres amatoria de re suam ad Deliam Elegiaco metro scripsit. Plura non scripsisse Tibullus memoratur.' Ubi notabilis 'Epistolas familiares ad Amicos;' cujus generis unam et alteram legimus libro tertio, nullam quarto. Quanquam Carmen primum in Witt. 1. inscribitur, *Epistola in laudes Messalæ Corvini heroico carmine.* Vide infra ad initium Carm. II. De hoc Carmine Vulpii judicium meum facio: 'Fortasse Albius noster, vix pueritiam egressus, hoc poëma composuit, viribus adhuc infirmis, ut ait ipse de se. Latina tamen omnia sunt in hujusmodi rudimento, (si rudimentum est) ac purissimæ quidem Latinitatis, quæ manifesto clamet Augustæum (Augusteum vel potius Augustum) illud ævum.' Sed Carmen misere et corruptum est et vero etiam interpolatum, præsertim circiter finem, ubi versus leguntur (197-203.) Tibullo prorsus indigni.' *Huschk. Laus Messallæ* inscribitur in

NOTÆ

1 *Te, Messala*] Ad Messalam Panegyricum cum quibusdam Elegidiis, quorum plura vocari potius Epigrammata convenit, Tibulli quartus et

Terret, ut infirmæ valeant subsistere vires :

tenuis ingenii mei *facultas* tantum opus *sustinere non possit. Attamen aggrediar :*

Broukh. 1. *Laudes Messalæ* in Broukh. 2. 3. *De laudibus Messalæ* Dat. *Messalæ panegyricus* Exc. Perr. et Cuj. Hoc Carmen non comparet in Berol. 4. —1 Witt. 1. 2. Broukh. 1. 2. 3. Colb. Angll. 1. 3. 4. 5. Par. Beroll. 1. 2. 3. et cod. Lips. cum edd. pr. maj. min. Bartol. Venet. 2. Brix. Rheg. &c. *mea;* tres, nempe Vatt. Heins. 1. 2. Colot. et unus Stat. *tua;* Monac. Vindob. et Voss. 5. *me,* quod e suo libro reposuit Scal. *vivida virtus* Angll. 3. 4. 5. et Hamb.—2 Scal. e Cuj. intulerat *nequeant,* quod exhibent etiam Colb. Scal. rec. et marg. Gryph. 1573. ap. Huschk. *valeant* cod. Lips. Par. omnes Stat. Witt. 1. 2. Broukh. 1. 2. 3. omnes Angll. Guelff. Zwicc. et H. Voss. Corv. Reg. Beroll. 1. 2. 3. edd. pr. maj. min. Bartol. Venet. 2. Brix. Rheg. Vicent. Rom. Lips. Venett. 1487. 1491. 1493. 1500. 1520. Aldd. Gryph. Mur. et Stat. quod Heynio jam probatum Wund. Voss. Lips. 1812. Bauer. et Bach

NOTÆ

ultimus liber complectitur. Messalæ porro tanquam Mæcenati patronoque suo individuum comitem semper adhæsisse se testatur Tibullus ipse I. 3. 55. 'Hic jacet immiti consumtus morte Tibullus, Messalam terra dum sequiturque mari.' Non est porro facile dicere, an iste Messala fuerit Corvinus Messala Orator, de quo Plin. lib. VII. cap. 24. et lib. XXXV. cap. 2. et quem dicit nominis sui fuisse oblitum. Sed quisquis ille fuerit, idem sane est ipse, cui Virgilius Cirin suam inscripsit. Cujus Horatius sæpius meminit, maxime vero I. Sat. 6. 41. 'Hoc tibi Paulus Et Messala videris?' Sat. 10. 84. 'Te dicere possum, Pollio, te, Messala, tuo cum fratre.' Vocabatur M. Valerius Messala Corvinus. Consul fuit cum Augusto, ut refert Dio. lib. L. et ipso Consule, Actiaca pugnata est, Augustumque secutus est in Orientem. De hoc ita Velleius Paterculus lib. II. 'Messala, fulgentissimus juvenis, proximus in illis castris Bruti Cassiique auctoritati, cum essent, qui eum ducem poscerent, servari beneficio Cæsaris maluit, quam dubiam spem armorum tentare amplius. Nec aut Cæsari quicquam, ex victoriis suis fuit lætius quam servasse Corvinum; aut majus exemplum hominis grati ac pii, quam Corvinus in Cæsarem fuit.'

Canam] Idem ipse Tibullus I. 8. 13. 'At te, Cydne, canam.' Virgil. Georg. II. sic exorsus est: 'Hactenus arvorum cultus et sidera cœli; Nunc te, Bacche, canam.' Idem ipse Virgil. Æn. I. 'Arma virumque cano.' Ad quæ ultima vocabula sic Servius: 'Polysemus sermo est:' hoc est, multiplicis significationis: 'tria enim significat. Aliquando laudo; ut, Regemque canebant: aliquando divino, ut, Ipsa canas, oro: aliquando canto, ut in hoc loco.' 'Canere' autem seu 'cantare,' convenit avibus, Poëtis, et modulatoribus.

Cognita virtus] Probitas, scientia rei militaris, eloquentia, præclare gesta tum pace tum bello, et nobilitas Messalæ omnibus perspecta deterrent Poëtam nostrum; cum turpe nimirum sit onus suscipere, quod perferre non possis. Propert. III. 8. 5. 'Turpe est quod nequeas humeris committere pondus; Et pressum inflexo mox dare terga genu.'

2 *Ut valeant subsistere vires*] Horatii præceptum est in opere ad Pisones de Arte poëtica: 'Sumite materiam vestris, qui scribitis, æquam Viribus, et versate diu, quid ferre recusent, Quid valeant humeri.'

Incipiam tamen. At meritas si carmina laudes
Deficiant, tantis humilis si conditor actis,
Nec tua, te præter, chartis intexere quisquam 5
Facta queat, dictis ut non majora supersint:
Est nobis voluisse satis. Nec munera parva

et quamvis versus mei *debitis* tibi *præconiis desint, ero* saltem *Poëta tam magnis factis impar; neque* enim *alius quam tu ipse literis mandare tua præclare gesta possit, quin plura et graviora, quam quæ dicta sunt, restent* dicenda. *Sufficit*

revocarunt.—3 *Incipiam tamen a meritis* Witt. 1. 2. Bronkh. 1. 2. 3. Colb. Scal. rec. et vett. Angll. 1. 3. 4. 5. Beroll. 1. 2. 3. Par. edd. pr. maj. min. Bartol. Venet. 2. Brix. Rheg. Vicent. Rom. Lips. Venett. 1487. 1491. 1493. Ald. &c. at ed. pr. min. cum paucis post verbum *meritis* colon ponit: *Ac meritas* Exc. Pocc. Vatt. Heins. 1. 2. Colot. Cuj. et Guelf. 2. a marg. et sic Mur. Dous. Passer. Cant. et Bach: *At meritas* Exc. Perr. quod primus induxit Scal. *carmine* Witt. 2. Dat. Beroll. 1. 2. 3. et Ask. *laudis* Angl. 1.—4 *Deficiant humiles tantis* Rheg. *Deficiant humilis tantis* Beroll. 1. 2. 3. &c. cum ed. pr. maj. min. Bartol. Venet. 2. Brix. Vicent. Venett. 1487. 1491. 1493. *tantique humilis* Bronkhusii conjecturam recepit H. Voss. *tantis humilis* Par. *sim conditor* H. Voss. improbante Huschk.—5 *Nec tua, præter te* Witt. 1. Bronkh. 1. unus Stat. Dat. Scal. rec. Angll. 1. 3. 4. 5. cod. Lips. Par. Beroll. 1. 3. et ed. pr. min. quam structuram denuo intulerunt Bronkh. Vulp. et Heyn. *te præter* testantur ceteri omnes Stat. Bronkh. 2. 3. Witt. 2. Colb. Guelff. 1. 3. 4. Berol. 2. Zwicc. 1. 2. et duo H. Voss. et sic ed. pr. maj. Bartol. Venet. 2. Brix. Rheg. Rom. Lips. ap. Heyn. Venett. 1487. 1491. 1493. 1500. 1520. Aldd. H. Voss. Bauer. Wund. et Bach. Cf. I. 6. 57. 65. I. 7. 25. II. 6. 35. et IV. 13. 3.—6 *Facta queant*, Rom. *Facta velit* Cyll. in Comment.—7 Unus Stat. et Scal. rec. *nec carmina;* Bronkh. revocavit lect. nostram ex Witt. 1. 2. suis 1. 2. 3. omnibus Stat. et Colb.; eandem testantur cod. Lips. Par. Beroll. 1. 2. 3. edd. pr. maj. min. Venett. &c. *ne munera* in

NOTÆ

3 *Laudes Deficiant*] Versus pares non sint laudibus, quas mereris. Recte jungitur quartus casus verbo, 'Deficere.' Virgil. Georg. IV. 'At si quem proles subito defecerit omnis.' Cic. Orat. III. in Catilin. 'Res nos jampridem, fides deficere nuper cœpit.'

4 *Humilis si* [*sim*] *conditor actis*] Hic vocabulum illud, *sim*, non tam optantis est, pro, 'utinam sim,' quam promittentis aut sperantis, pro 'ero.' *Conditor* autem idem est ac 'compositor,' 'scriptor' et 'auctor.' Condere enim est scribere et componere. Virgil. Ecl. VI. 'qui dicere laudes, Varc, tuas cupient, et tristia condere bella.' Ovid. Trist. V. 1. 'Simque argumenti conditor ipse mei.'

5 *Chartis intexere*] Scriptis inserere, mandare. Virgilius in Ciri ad eundem Messalam: 'Naturæ rerum magnis intexere chartis.' Charta porro Latine generis est fœminini; Græce vero modo masculini ὁ χάρτης, modo neutrius, τὸ χάρτον. De chartarum autem inventione, generibus, et usu vide Plin. lib. XIII. cap. 11.

6 *Facta queat*] Eloquentiam Messalæ impense laudat, cui nullus se parem præstare posset.

7 *Est nobis voluisse satis*] Conatus et voluntas instar facti est, et pro facto habetur. Eadem sententia iisdem omnino verbis concepta usus est Propert. II. 10. 'Quod si defi-

Respueris. Etiam Phœbo gratissima dona
Cres tulit; et cunctis Baccho jucundior hospes
Icarus; ut puro testantur sidera cœlo, 10

mihi tentasse. Neque tu *exigua dona rejeceris. Cretensis quoque* ille *Phœbo acceptissima munera obtulit. Icarusque hospes Baccho ceteris omnibus gratior* fuit,

nonnullis ap. Heyn.—8 *Despueris* unus Stat.—9 *Tetulit* ed. pr. min. *Detulit* Ask. a marg. Goth. Berol. 1. a marg. et Bartol. *Detulit in cunctis* unus Stat. *Res tulit* duo ejusdem. *Ros tulit* Berol. 2. *Tres tulit* duo alii Stat. et unus Palat. *Tros tulit* tres Palat. *Cras tulit* unus Palat. *Transtulit* unus Palat. *Cres tulit* Beroll. 1. 3. Par. cod. Lips. ed. pr. maj. &c. totus versus abest a Vat. Ursini: *jocundior* Witt. 1. 2. Broukh. 1. edd. pr. maj. min. et Venet. 2.—10 *Icarus et* Broukh. 1. 2. Dat. Angl. 4. et Beroll. 1. 3. *primo* pro *puro* Guelf.

NOTÆ

ciant vires, audacia certe Laus erit: in magnis est voluisse satis.'

Munera parva] Grammatici putant hic a Tibullo confirmari, quod Donatus in Eunuchum Terentii asserit, 'donum' nempe esse proprie Deorum, 'munus' esse hominum. Quod etiam confirmatur ab Isidoro Orig. lib. VI. 'Munus homini datur, donum Deo.' Sæpius tamen apud Auctores 'munus' et 'donum' idem sunt. Propert. II. 28. munera Diis etiam tribuit: 'Munera Dianæ debita redde choro.' Virgil. Ecl. III. 62. 'Phœbo sua semper apud me Munera sunt, lauri et suave rubens hyacinthus.' Idem Virgil. ibid. 68. 'Parta meæ Veneri sunt munera.' Idem Æn. II. 'Timeo Danaos et dona ferentes.' Catullus noster in Epithalamio Thetidis et Pelei: 'Non ingrata tamen frustra munuscula Divis Promittens.'

9 *Cres tulit*] Historia vel potius fabula prorsus ignota. Alii Dædalum intelligi putant, qui cum ex Creta aufugisset, Cumis remigium alarum Apollini consecravit, juxta illud Virgil. Æn. VI. 'Redditus his primum terris tibi, Phœbe, sacravit Remigium alarum.' Verum in sua sententia nutant, quia Dædalus, non Cres, seu Cretensis, sed Atheniensis erat. Sed postquam solum vertisset exilii causa, timens judicium Areopagitarum, cum diu multumque in Creta habitasset, habitus et existimatus est Cretensis. Nonnulli vero istud de Minoë justissimo Cretensium rege interpretantur: quo vero fundamento nitantur, me fugit. Alii de Epimenide Cretensi intelligunt, quem Phœbo acceptissimum fuisse confirmant, quod Pythia consulentibus Atheniensibus de remedio pestis, qua laborabant, respondit accersendum esse Epimenidem. Alii volunt Jovem significari, qui nutritus est in Creta, et qui, ut scribit Diodorus, cum gigantes urgeret in Creta, maxime vero Milyum Soli et Cœlo ante pugnam mactavit, quo sacrificio certum habitum est indicium Jovem fore victorem.

10 *Icarus*] Laconum regis Dædali filius, et Erigones pater, qui cum sua in Bacchum fide, utpote quem hospitio liberalissime exceperat, usum vini meruisset, ejusque conficiendi, vitisque colendæ rationem ab eodem fuisset edoctus, totam illam artem pastoribus communicavit, qui vino obruti, sibique venenum Icarum præbuisse opinantes, ipsum interemerunt. Erigone vero Icari filia, cum indicio Meræ canis necem patris cognovisset, ejusque cadaver ad arborem quandam defossum invenisset, sus-

Erigoneque Canisque, neget ne longior ætas.
Quin etiam Alcides, Deus ascensurus Olympum,
Læta Molorcheis posuit vestigia tectis.

quemadmodum Erigone et Canis astra, sereno cœlo, testes sunt, ne diuturnior annorum series id *possit inficiari. Præterea Divus Alcides cœlum aditurus hilares*

2.—11 *Erigonemque canemque neget jam* quidam Palatt. *Erigonemque canisque neget jam* Broukh. 1. *Erigoneque canisque neget jam* Broukh. 2. *ne* abest a Par. *jam* habent Berol. 2. cod. Lips. ed. pr. maj. Bartol. Vicent. *negat nam longior ætas* marg. Rheg. ap. Huschk. *canisque ne longior ætas* Berol. 3.—13 Ed. Lips. ap. Heyn. *tectis*, quod reposuit Mur. et confirmant Voss. 4. Vindob. et Monac. *terris* in cod. Lips. Par. Beroll. 1. 2. 3. Scal. rec. Witt. 1. 2. Broukh. 1. 2. 3. Angll. 3. 4. 5. edd. pr. maj. min. Bartol. Venet. 2. Brix. Rheg. Vicent. Venett.

NOTÆ

pendio vitam finivit. Deorum autem commiseratione et Bacchi favore inter Astra relatus est Icarus, dictusque Bootes, et Arctophylax; Erigone etiam inter Sidera collocata est, et Virgo seu Justitia nuncupata; Canis denique in Sidus sui nominis mutatus est, et Sirius etiam, et Procyon, seu Græce Προκύων dictus. Vide Hyginum lib. II. Fabula 130. in Arctophylactem.

11 *Erigoneque Canisque*] Erigone, ut Annotatione superiori diximus, filia fuit Icari, ejusque Canis nomine Mera, qui ambo inter astra collocati sunt.

12 *Alcides ascensurus Olympum*] Alcides dictus est Hercules ab avo suo Alcæ Amphitryonis patre; vel, ut alii malunt, ἀπὸ τῆς ἀλκῆς a virtute et robore, qui propter præclare gesta in sedes lucidas, seu in cœlum per virtutum viam difficillimam inter cœlestes tandem receptus est. Olympum Veteres cœlum dixerunt, et utrumque promiscue passim sumitur apud Poëtas, pro cœlo. Olympus autem mons est altissimus, Macedoniam inter et Thessaliam, cujus vertex cœlum attingere dicitur: unde pro cœlo sumitur. Est et alius ejusdem nominis mons in Galatia, alius in Mysia, ad cujus radices Prusam urbem Annibal condidit. Alius denique in Æthiopia ad Mare Rubrum, non procul ab oppido Heliopoli, qui oriente Sole ad horam usque diei quintam flammas emittere dicitur.

13 *Molorcheis posuit vestigia tectis*] Molorchus pauper pastor fuit Cleonæus non procul a sylva Nemæa inhabitans, cujus hospitio usus est Hercules, cum ad Leonem Nemæum interficiendum proficisceretur. Apud quem cum divertisset Hercules, ab eo didicit, quomodo Leo ille Nemæus coiret in ferrum, et regionem circumjectam latissime vastaret, filiumque ejus devoravisset. Cum autem Molorchus, licet tenuis censu, victumque sibi manibus suis quærens, hostiam immolare pararet, jussit Hercules, ut sacrificium hostiamque ad diem trigesimum reservaret, ut ipse eam, si victor rediret, immolaret Jovi servatori; si vero a Leone devoraretur, et interiret, eas sibi ferret inferias. Hercules autem post interfectum Leonem rediit lætus ad Molorchum, sibi jam inferias parantem, illamque hostiam Jovi immolavit, ut refert Apollodorus lib. II. Molorchus autem in honorem Herculis ob immanem bellum interemtam ludos, seu sacra solennia, instituit, Nemæa a sylva, et Molorchea ab auctore dicta.

Parvaque cœlestes placavit mica; nec illis
Semper inaurato taurus cadit hostia cornu. 15
Hic quoque sit gratus parvus labor, ut tibi possim
Inde alios aliosque memor componere versus.
Alter dicat opus magni mirabile mundi:
Qualis in immenso desederit aëre tellus:
Qualis et in curvum pontus confluxerit orbem; 20

intulit pedes in casum Molorchæam. Sæpe etiam exigua mica pacificavit Cœlites, neque ipsis perpetuo cornu deaurato bos victima mactatur. Istud etiam exiguum opus acceptum tibi sit, quo gratus valeam ex hoc in tuas laudes alia subinde nova carmina condere. Alius canat stupendam vasti mundi molem; quomodo terra depressa sit sub infinito æthere; quomodo mare concurrerit in rotundam figuram; et

1487. 1491. 1493. 1500. et Aldd. *cerris* vel *gerris* faciebat Scal.—14 Berol. 2. *cœlestis:* lectionem *placavit* restituit Broukh. ex Colot. et edd. Rom. Brix. et Venet. 1487. quod testantur etiam Reg. Guelf. 4. ed. pr. maj. et Venet. 2. et receperunt Voss. Lips. 1812. Wund. et Bach, probantibus Heins. et Eichst. *paccavit* Berol. 1. *peccavit* Berol. 3. *pacavit* exhibent omnes alii codd. cum ed. pr. min. Bartol. Viccut. Rheg. Aldd. et vulgg. *pavit mica sæpe* Venett. 1491. 1493. 1500. 1520. Heyn. conj. *Parcaque cœlestes pacavit.*—15 Ed. pr. maj. *in aurato.*—16 *Hic quoque si* Witt. 1. 2.—17 Berol. 3. Dat. et Lips. (sicut videtur) *Inde aliosque;* hic etiam secundo loco *animosque.* 'Hi duo versus, (16. 17.) tam jejuni sunt, ut vix videantur a vetere poëta proficisci potuisse.' *Heyn.*—18 *Alter dictat* Witt. 1. 2. Laud. libri Passer. duo Stat. quatuor Palatt. Cuj. Angll. 1. 2. 5. Berol. 1. a marg. Guelff. 1. 4. edd. pr. maj. min. Venet. 2. Brix. Rheg. Vicent. Lips. ap. Heyn. &c. *dictet* Vat. Ursini; *dicat* Broukh. 1. 2. 3. unus Palat. Par. et Rom. *ditat* vel *dicat* cod. Lips. *Alter opus dicat* Exc. Pocc. Perr. Vatt. Heins. 1. 2. et Falc. *memorabile* Rom. et Comment. Cyll. *mondi* ed. pr. maj. Vicent. et Rheg.—19 *Qualis in immensum desederit aëra* Cuj. quod reposuerat Scal. *in immenso desederit aëre* Witt. 2. Colb. Exc. Pocc. et Perr. Corv. Reg. Angll. 3. 4. Guelf. 2. Voss. 1. 4. et Ask. et sic edidit Muretus: *in immenso descenderit aëre* Beroll. 1. 2. 3. Witt. 1. Broukh. 1. 2. 3. unus Stat. quatuor Palatt. Vat. Heins. 2. Angl. 5. Venet. 2. Brix. Rheg. et Venett. 1487. 1491. 1493. *in immensum descenderit aëra* Par. et ed. pr. min. *in immensum descenderit aëre* ed. pr. maj. *desedit in aëre* unus Palat.—20 *Qualis et hinc* ed. pr. min. *Qualis ut in* cod. Lips. *de-*

NOTÆ

14 *Placavit mica*] Tenue thuris vel salis granum pacem et veniam impetravit, mites et propitios effecit Deos, quod etiam testatur Ovid. Fast. I. 'Ante, Deos homini quod conciliare soleret, Far erat, et puri lucida mica salis.' Idem Trist. III. 13. 'Micaque solenni thuris in igne sonet.'

15 *Inaurato hostia cornu*] Mos erat solennis apud Antiquos, ut victimarum mactandarum cornua inaurarentur. Juvenal. Sat. VI. 'Et auratam Junoni cæde juvencam.'

18 *Mundi*] Hic appellatur mundus, cœlum, aër, mare, et terra, quod Cicero vocavit universum seu universitatem.

19 *Desederit aëre tellus*] Terra ad centrum undequaque condensata, et compacta sit, Cic. Tusc. Quæst. I. et V. et Nat. Deor. II. 'Terra crassissima mundi regio, medium mundi locum tenet, qui est infinitus in rotundo.' Ovid. Met. I. 'Densior his tellus, elementaque grandia traxit, Et pressa est gravitate sui.'

20 *Confluxerit orbem*] Universam quippe telluris molem mare circum-

Ut vagus, e terris qua surgere nititur, aër,
Huic et contextus passim fluat igneus æther,
Pendentique super claudantur ut omnia cœlo.
At, quodcumque meæ poterunt audere Camœnæ,
Seu tibi par poterunt, seu quod spes abnuit ultro, 25

quomodo aër huc illuc volitans e terra in sublime tendere conetur, ipsique flammeus æther connexus undique misceatur; quomodo denique universa cœlo desuper imminente contineantur. Sed quicquid meæ Camœnæ valebunt, sive valebunt dicere *aliquid dignum laudibus, sive, quod spes negat, aliquid amplius, seu aliquid minus,*

fluxerit Witt. 1. 2. Laud. Dat. Beroll. 1. 3. Angll. 2. 3. 4. Reg. quatuor H. Voss. et ed. Bartol. *deflexerit* in Comment. Cyll. *conflixerit* Angl. 1. et Rom. *conflexerit* Venett. 1491. 1493. *desederis* in Cuj. monente Heinsio ad Ald. 2. *confluxerit* Par. cum aliis, et edd. pr. maj. min. Venet. 1520. et Aldd. Heyn. conj. *refluxerit*, ut 'refluum mare' dicitur.—21. 22 Edd. vett. ut princeps omnium ita hos versus exhibent: *Et vagus e terris qua surgere nititur aër, Huic et contextus passim fluat ignibus æther.* Ab initio omnes etiam libri scripti habent *Et:* mox alii ut Beroll. 1. 3. Par. &c. *Huic et*, alii ut Berol. 2. Broukh. 2. 3. &c. *Hinc et:* Exc. Perr. et Colot. *Huic ut;* quam lect. Heynius in contextum intulit, conjungens vs. 21. quod nullo modo fieri potest, cum vs. 20. Wunderl. interpungit ita, *Et, vagus...aër, Huic ut, &c.* improbante Huschk. 'Forte,' inquit Heins. '*Ut vagus;* et mox *Huic circumtcxtus:* vel, *Et vagus;* et deinde, *Huic ut contextus:* et sic Ms. Schefferi.' Unde vera interpungendi ratio per se emergit, *Ut vagus, e terris...nititur, aër, Huic et... æther, Pendentique, &c.* Cf. Val. Flac. I. 277. *vagus terris* Berol. 3. et Rheg. omnes alii libri scripti, editi etiam ante Broukh. habent *e terris:* V. D. ad marg. Rheg. ap. Huschk. conj. *a terris*, quod ex Barthii etiam emend. reposuerat Broukh. *contextis* Vat. Heins. 1. et Colot. *supra fluat* Berol. 2. *ignibus* Vat. Heins. 1. Colot. Scal. rec. Guarn. et Guelff. 1. 3. 4.—24 *Et* Beroll. 1. 2. 3. Corv. Reg. Guelff. unus Stat. Witt. 1. 2. unus Broukh. Colb. Angll. 1. 2. 3. 5. Scal. rec. Dat. edd. pr. maj. min. Venet. 2. Brix. Rheg. Vicent. Rom. Lips. Venett. 1487. 1491. 1493. 1500. *At* Par. et Ask. cum Bartol. Aldd. &c. *audire* Venet. 2. et Rheg.—25 Angl. 1. Exc. Pocc. Ask. Bern. Vat. Heins. 2.

NOTÆ

plectitur. Unde Catullus: 'Oceanusque mari totum qui amplectitur orbem.'

22 *Fluat igneus æther*] Quatuor elementa tetigit, quibus tota mundi machina consistit, quorum ignis est levissimus et liquidissimus. Cic. Nat. Deor. I. 'Æther nominatur ardor ultimus, et undique circumfusus, et extremus, omnia cingens et circumplexus.' Lucretius dixit: 'flammantia mœnia mundi.'

23 *Claudantur omnia cœlo*] Non solum a cavitate, quæ Græce κοῖλος, sed a celando etiam, id est, tegendo, dictum est cœlum; ad quod allusit Lucanus cum dixit: 'Cœlo tegitur qui non habet urnam.' Ovid. Met. I. 'Ante mare, et terras, et quod tegit omnia cœlum.'

24 *Camœnæ*] Musæ a cantus amœnitate, ut quidam volunt, ita dictæ. Varro de L. L. lib. VI. auctor est ab Antiquis 'Carmœnas' et 'Casmœnas' dictas fuisse, et inde extrito *r*, vel *s*, 'Camœnæ,' et 'carmina,' facta fuisse vocabula. Festus: 'Camœnæ, Musæ a carminibus dictæ, vel quod canant Antiquorum laudes, vel quod sint castæ mentis præsides.'

Sive minus, certeque canent minus, omne vovemus
Hoc tibi; nec tanto careat mihi carmine charta.
Nam, quanquam antiquæ gentis superant tibi laudes:
Non tua majorum contenta est gloria fama,
Nec quæris, quid quaque index sub imagine dicat; 30
Sed generis priscos contendis vincere honores,

et profecto dicent minus, illud totum quantumcumque est tibi dicamus, ne libellus meus tam præclaro nomine privetur. Quamvis enim inclytæ tuæ *familiæ præconia tibi satis superque sint; tuæ tamen gloriæ non sufficit majorum nobilitas, neque curas quid subter quavis effigie titulus loquatur. At potius gentis tuæ antiquam gloriam eniteris superare, majus ornamentum nepotibus tuis futurus, quam tibi*

Berol. 2. ed. pr. maj. Venet. 2. et Rheg. *sed quid* Beroll. 1. 3. et Dat. *seu quod* Par. Berol. 2. a m. sec. Guelf. 1. et ed. pr. min. *ultra* Beroll. 1. 2. 3. Angll. 2. 3. 4. 5. alii; *seu quod spes annuat ultra* Rom. et Venet. 1500. *seu quod spes annuat ultro* Venet. 1520. *annuit* Guelf. 4. et Vicent. *ultro* etiam habent Colb. quatuor Palatt. Angl. 1. et Guelf. 1. *Sive tibi par poterunt, si quos spes abnuit ultro* in cod. Lips. 'Incerta omnis est hujus loci lectio: nec vulgatam excipio. Perr. nisi fallor, versui ascripsit Pon. i. e. Pontanus, designans, credo, aliquam hujus viri in his verbis concinnandis interpolationem. Quæ qualis sit, ignoro.' *Huschk.*—26 Angl. 5. Zwic. 1. Vindob. Monac. tres Voss. Guelff. 1. 3. 4. Par. Witt. 1. Broukh. 1. Palatt. 3. 4. 5. ed. pr. maj. Bartol. Vicent. Rom. Venett. 1491. 1493. et Aldd. *movemus;* unus Broukh. et ed. pr. min. *novemus*, i. e. *vovemus*, quod testantur omnes Stat. et Heins. cum Reg. Guelf. 2. Corv. Cuj. Venet. 2. Rheg. et Lips. *movemur* unus Palat.—27 *Hoc nec tanto* cod. Lips. *ne tanto* Guelff. 1. 3. 4. Witt. 1. 2. duo Palatt. Angl. 2. Beroll. 1. 3. ed. pr. min. et Bartol. *tibi carmine* Guelf. 2. et Venett. 1487. 1491. 1493. *mihi carmine* Beroll. 1. 2. novem ap. Stat. totidem ap. H. Voss. duo Zwicc. Guelff. 2. 3. omnes Palatt. Witt. 1. 2. Broukh. 1. 2. 3. Cuj. Colot. Dat. omnes Angll. Par. edd. pr. maj. min. Venet. 2. Brix. Rheg. Vicent. Rom. Lips. Venett. 1487. 1491. 1493. Scal. Broukh. Vulp. &c. *pondere* Ask. in marg. unus Stat. Goth. et Berol. 1. a marg. quod reposuit H. Voss. et sic Bach: *carmina* Berol. 3. *nomine* in Reg. et Bartol. an. 1472. unde arripuit Ald. in prima, eumque secuti sunt recentiores: *meta* pro *charta* cod. Bern.—28 Reg. *superant gentis;* Ald. 2. *superent.*—30 Par. Beroll. 1. 2. 3. ed. pr. maj. Rheg. et Aldd. *quid qua judex;* cod. Lips. tres ap. Stat. et Rom. *quidquam judex;* Vicent. et Venett. 1475. 1487. 1491. 1493. &c. *quicquam judex;* ed. pr. min. et Bartol. *quid nam judex:* nostram lect. restituit Scal. e Cuj. 'Pulcherrimam hanc Scaligeri emend. pulchre stabilivit Lipsius Lib. I. Elect. c. 29.' *Broukh.* 'Non desunt tamen boni libri, vulgatam exprimentes, quam etiam Perr. Aldinæ ascripsit.' *Huschk.* *dixit* Lips.—31 Duo codd. ap.

NOTÆ

28 *Antiquæ gentis*] Antiqua gens Valeria a Valerio Voleso, seu Voluso, qui Romam e Sabinis cum Tatio venit. Ex hac autem gente erat oriundus Messala Corvinus, sicut et plures aliæ Romanæ familiæ, ut Maximi, Publicolæ, Catuli, Flacci, Barbati, &c.

30 *Index sub imagine*] In hoc loco *index* nihil aliud est, quam titulus imaginum, seu elogium virorum, quos illæ referebant imagines, quod aperte significat Tibullus ipse cum dicit: 'At tua non titulus capiet sub nomine facta.' Unde patet minime illos assequi mentem nostri Poëtæ, qui volunt hoc in loco indicem et titulum non sumi pro eodem.

Quam tibi majores, majus decus ipse futuris.
At tua non titulus capiet sub stemmate facta;
Æterno sed erunt tibi magna volumina versu,
Convenientque tuas cupidi componere laudes 35
Undique, quique canent vincto pede, quique soluto.

fuerunt majores. Solum vero elogium sub nomine tuo *omnia præclara tua facinora non complectetur; at habebis ingentes libros sempiterno carmine* scriptos, *et undequaque circumfluent auctores facta tua fortia celebrare cupientes, quorum alii stricta, alii soluta oratione te prædicabunt: eritque* inter eos *concertatio, quis te*

H. Voss. *Si generis;* unus Angl. *dicere.* Heyn. comparat Sannazarii II. Eleg. 1. 29. 'Sed certat magnos virtute anteire parentes,' &c. Hic potius, inquit Huschk. ob oculos habuit, certe hoc versu, Propert. I. 6. 19. 'Tu patrui meritas conare anteire secures:' legens fortasse 'meritis' pro 'meritas.' Nec male.—32 In Palatt. legitur *majores in avis;* verba *majus* et *in avis* pæne similia sunt in vett. membran. Vide quæ annotavimus ad Catull. LXIV. 288. 289. *major es majus* ed. pr. min. Tres Stat. omnes Palatt. Witt. 1. Broukh. 1. Angll. 2. 5. Vat. Ursini, edd. pr. maj. min. Bartol. Venet. 2. Venett. 1487. 1491. 1493. et Ald. 1. *futurus;* quod reposuerat Scal. at Par. Witt. 2. Beroll. 1. 2. 3. Broukh. 2. 3. liber Barthii, Reg. alii, *futuris,* quod revocavit Broukh. ex Ald. 2.—33 *At tua non titulis* Reg. Berol. 2. et cod. Lips. cum edd. Lips. Rbeg. et Ald. 1. *titulus* habent Par. Beroll. 1. 3. Corv. Guelff. Statiani, edd. pr. maj. min. Bartol. Vicent. et Venett. 1487. 1491. 1493. *captet* Vat. ap. Stat. *sub nomine* omnes Stat. Par. Reg. Corv. Guelff. Witt. 1. 2. Broukh. 1. 2. 3. cod. Lips. Beroll. 1. 2. 3. edd. pr. maj. min. Bartol. Venet. 2. Lips. Vicent. Rheg. Venett. 1487. 1491. 1493. et Aldd. *stemmate* testantur Exc. Pocc. et Lips. Vatt. Heins. 1. 2. quod confirmant etiam libri Passer. qui habent *temate.*—34 Nusquam commemoratur lectio quam offert ed. pr. min. *facta volumina:* at Dissenius ex hac ipsa ed. dedit *fasta.*—35 *Conveniuntque* Hamb. *Conveniantque* Angl. 2.—36 Exc. Pocc. Vat. Heins. 2. unus Zwic. ed. pr. maj. Venet. 2. Rbeg. Vicent. et Brix. *canunt;* Witt. 1. Angll. 2. 4. *canant,* quod recepit H. Voss. ut consilium convenientium significaretur; sed hæc lect. prorsus abjicienda est, monente Wund. *canent* habent Beroll. 1. 2. 3. Par. cod. Lips. Witt. 2. Broukh. 1. 2. 3. ed. pr. min. Bartol. Venett. 1487. 1491. 1493. et Aldd. *juncto* Witt. 2. unus Stat. Exc. Pocc. unus Broukh. Vat. Heins. 2. Hamb. ed. pr. min. Bartol. Venet. 2. Brix. et Venett. 1487. 1491. 1493. *vincto* in aliis. Hæc *vincto* et *juncto* quam facile confundi potuerint, satis apparet.

NOTÆ

33 *Non titulus capiet sub stemmate*] Solebant Romani Majorum suorum imagines seu etiam statuas religiose et diligenter asservare, sub quibus, seu in basi, nomen prius inscribi solebat, deinde breviter res bene gestæ, imperia, magistratus, et honores indicabantur, ut Marcus Valerius Corvinus Messala, Consul, Augur, Triumphalis, &c. Hoc etiam conveniebat Epitaphiis monumentorum. Horat. IV. Od. 14. 1. 'Quæ cura Patrum, quæve Quiritium, Plenis honorum muneribus tuas, Auguste, virtutes in ævum Per titulos memoresque fastos Æternet?'

36 *Canent vincto pede, quique soluto*] Oratores, Historicos, et Poëtas intelligit. Illud, *vincto pede,* ad Poëtas refertur, quorum versus pedibus, quasi mutuis vinculis constricti, currere et fluere dicuntur. Horat. I. Sat. 10. 'Nempe incomposito dixi pede currere versus Lucilî.' Illud

Quis potior, certamen erit; sim victor in illis,
Ut nostrum tantis inscribam nomen in actis.
Nec tamen hinc, aut hinc, tibi laus majorve, minorve;

melius laudabit. Utinam *inter ipsos voti fiam compos, quo nomen meum tam magnis factis interseram. Attamen hinc, vel inde gloria non augetur, vel minuitur.*

Vide ad vs. 32.—37 *Quis potius* cod. Lips. Par. duo Broukh. Berol. 2. Corv. ed. pr. maj. min. Bartol. Vicent. Rheg. &c. *Quis potior* Reg. Guelf. 3. Beroll. 1. 3. Witt. 1. 2. unus Broukh. Colb. Dat. Angll. 2. 3. 4. et Rom. *eris* Broukh. 1. unus Palat. et Rom. *victus* pro *victor* malebat Doct. Jortin.—39 Versus, qui h. l. vulgo legitur, mira laborat verborum diversitate. Ed. pr. maj. exprimit communem omnium fere librorum lectionem ita, *Quisq; tibi majoru gerit chartis ve: foro ve:* Eandem lect. habent ed. pr. min. Venet. 2. Vicent. Rheg. Venett. 1491. 1493. Aldd. et Stat. nisi quod voci *chartis* substituunt *castris*, quod Cyllenius in Comment. præivit. Par. *Quisque tibi....cartis;* Lips. *chartis;* margo Rheg. *Quisque tibi: majora geris;* Witt. 1. *Quis tibi jam;* Reg. *Quis tibi nam;* Colb. *Quis te nam;* Corv. *Quis te jam;* Scal. e Cuj. reposuit, *Nam quis te majoru gerit:* At Exc. Perr. Pocc. et Lips. habent, quod una expressit Rom. et Dousa commendavit, *Nec quisquam majora gerit.* Perreius totum versum, *Quisque tibi majora gerit castrisve forove,* sicut legitur in Ald. 2. qua Exc. sua continentur, lineola induxit, additis contra his verbis: 'Vacat et positus post versum (44) *Instabilis;* ut,

Instabilis natat alterno compressior orbe:
(Num quis te)
Nec quisquam majoru gerit chartisve forove.'

'Nunc scire velim, quid Broukhusium impulerit, adde etiam Heinsium, ut hanc annotationem Perreii silentio præterirent. Num levis illa momenti est? Immo maximam vim habet ad crisin hujus loci. Nam postquam versus sede sua expulsus et eo translatus erat, ubi orationem interrumperet potius quam connecteret, factum est, ut alius hanc alius illam correctionem adhiberet, veræ autem lectionis vix vestigium remaneret. Nec causa obscura est, quamobrem interpolator, quisquis fuerit, versum hunc in locum illum transferendum putaverit. Nimirum persuasit sibi formulam *hinc, aut hinc* vi sua destitui, nisi duplex laudis genus castrense et forense antea commemoretur. At hoc pro nihilo habendum esse, quis non videt? Hac enim formula quasi præluditur sententiæ, quam post comparationem illatam disertius enuntiat auctor: *Nec tamen hinc aut hinc tibi laus majorve minorve; Nec quisquam majoru gerit castrisve forove.* Facta jam mentione diserta castrorum et fori, statim, ut par erat, incipit a laude forensi vs. 45. *Nam seu, &c.* Qua absoluta, post longam digressionem vs. 54—81. progreditur ad laudem castrensem vs. 82. *Jam te, &c.* Tantam habet illa cod. Perreiani trajectio com-

NOTÆ

autem, *quique soluto*, ad Historicos et Oratores pertinet, qui non stricta oratione, sed liberiori scribendi licentia, certis tamen numeris et modis, ut jubent Aristoteles et Cicero, sermonis gratiam clarissimis verborum luminibus, commatibus, et periodis exornant. De quibus vide Diomedem II. cap. de Compositione, et Ruffinum de Metris Oratoriis. Et hæc est quam vocant eloquentiam pedestrem. Horat. II. Od. 12. 9. 'tuque pedestribus Dices historiis prælia Cæsaris, Mæcenas, melius.'

37 *Certamen erit*] Magna erit concertatio inter eos, qui te prædicare cupient, quis te potius meliusve canet; vel quibus *certamen erit*, ut alius

Justa pari premitur veluti cum pondere libra, 40
Prona nec hac plus parte sedet, nec surgit ab illa:
Qualis, inæquatum si quando onus urget utrimque,
Instabilis natat, alterno depressior orbe:
Nec quisquam majora gerit castrisve forove.
Nam seu diversi fremat inconstantia vulgi, 45
Non alius sedare queat; seu judicis ira
Sit placanda, tuis poterit mitescere verbis.
Non Pylos aut Ithace tantos genuisse feruntur

Ut quando trutina æqualis onere simili urgetur, neque inclinata magis ex ista lance descendit, neque ex ea attollitur. Quomodo fit, cum inæquate pondus ex utraque parte deprimit, incerta fluitat altera vicissim inferior lance. Quis enim graviora sive bello, sive pace sustinet, quam tu? Sive enim levitas plebis dissentientis tumuttuetur; nemo alter, quam tu, eam componere possit; sive judicis indignatio sit lenienda, poterit eloquentia tua mitigari. Neque Pylos, neque Ithaca tam mag-

mendationem a probabilitate, ut eam in contextum inferre non dubitaverim. Sic evanescit molestum illud *Nam* et integra verborum *majora....majorve* repetitio; melius vincitur oratio particularis *Nec....Nec*, arctiusque cohæret sententiarum series.' *Huschk.* 'In Guelf. 2. post vs. 38. sequuntur vss. 45. 46. 47. *Nam seu diversi....Non alius....Sit placanda....*Nunc sequuntur, *Nec quisquam majora gerit....*vss. 39. 40. seqq. Et post 44. *Instabilis....*sequitur 48. *Non Pylos.*' Heyn. Mox in ed. pr. maj. *Nec tamē hic: aut hic tibi laus majorve minorve:* sic cod. Lips. Witt. 1. 2. duo Broukh. omnes Palatt. Cuj. Vat. Heins. 2. Dat. Beroll. 1. 2. 3. ed. pr. min. Bartol. &c. *hinc aut hinc* Par. unus Stat. alius Broukh. et Rom. *Nec tamen hæc aut hæc* Laud. et Angl. 2. *Nec tamen hinc veniet* ed. Colin. ap. Heyn. et marg. Gryph. 1573. ap. Huschk.—40 *Justa pati* Berol. 2.—41 *Prona ne* Berol. 1. *Prona nec ac* Berol. 3. *parte* abest ab ed. pr. min. *surget* Beroll. 1. 3.—42 In Berol. 2. et uno Stat. *utrumque.*—43 *Alterno instabilis nutat* conj. Broukh. *natat* vel *nutat* in Venet. 2. ap. Heins. *compressior* Broukh. 1. Exc. Pocc. Perr. Vatt. Heins. 1. 2. ed. pr. maj. Venet. 2. Vicent. Lips. Rheg. aliæ: *depressior* Witt. 1. 2. Broukh. 2. 3. ed. pr. min. Bartol. Venett. 1487. 1491. 1493. et Aldd.—44 Vide ad vs. 39.—45 Cod. Lips. Broukh. 1. quatuor Palatt. et Angl. 1. *dimisi;* unus Stat. *divisi;* unus Palat. Venet. 2. et Rheg. *dives si;* Witt. 1. 2. Bartol. 1. 2. 3. Guelff. Reg. Corv. Par. unus Palat. alii, *diversi;* ed. Lips. ap. Heyn. *fremit.*—47 Beroll. 1. 2. 3. *Sic;* ed. Lips. ap. Heyn. *Sitque placanda:* Berol. 2. *potuit.*—48 Guelf. 1. Rom. Brix. Venett. 1487. 1491. 1493. 1500. 1520. *at-*

NOTÆ

alium eleganter et copiose scribendo vincat, et te melius pro dignitate valeat laudare.

43 *Alterno orbe*] Orbem vocat scutulas, seu libræ lances, alternatim descendentes aut exsurgentes.

44 *Castrisve forove*] Pace vel bello, militiæ vel domi, in armis castrensibus vel forensibus. Scriptorum quisque excellentiora dicet de tua in militia, et domi administrationis sapientia et integritate. Utinam, inquit, in eo mihi certamine palma detur. Nemo tamen virtutem tuam dictis æquare poterit, nec digna satis oratione comprehendere.

45 *Inconstantia vulgi*] Pro, vulgus inconstans, ut mox 'judicis ira,' pro, judex iratus.

48 *Non Pylos*] Latinis Pylus Ne-

Nestora, vel parvæ magnum decus urbis Ulixen;
Vixerit ille senex quamvis, dum terna per orbem 50

nos dicuntur procreasse viros, *Nestorem* scilicet, *vel Ulyssem ingens exigui oppidi ornamentum. Etsi senior iste vitam traduxerit donec Titan per cœlum tria sæcula*

que Ithace; Ald. 1. *aut tace*, et sic forsan in Bartol. *Itace* in Par. et ed. pr. maj. *tenuisse* Colb.—49 *Nostra* Ald. 2. et sic fortasse legitur in Bartol. et cod. Par. *urbis ulyssem* in Berol. 1. *Ulixem* cod. Lips. Berol. 3. Witt. 1. 2. Broukh. 1. Dat. ed. pr. min. *Ulissem* unus Broukh. cum Vicent. et Rheg. *Ulyxem* alter Broukh. et Venett. 1487. 1491. 1493. *Ulyssem* Par. ed. pr. maj.

NOTÆ

storis patria fuit, unde Pylius dictus est. Tres autem fuerunt in Peloponneso hujusce cognominis civitates, quarum quælibet civem sibi vindicat Nestorem. Una fuit in Messeniaca regione ad plagam Peloponnesi occidentalem, altera in Elide; quæ ambæ juxta Strabonem ad mare sunt sitæ. Tertia ab ipso locatur in Arcadia, cui tribuendum Nestorem civem lib. VIII. putat. Alii tamen dissentiunt, existimantque veram Nestoris patriam esse Pylum Messeniacam ad fluvium Amathuntem, unde Pylum Nestoris patriam ab Homero vocari Amathoëntem, seu Emathoëntem, credunt. At Pylus Messeniaca non est ad mare sita, sed a littore triginta fere stadiis distat, quod sane recte convenit Nestoris patriæ, quam Strabo fatetur eodem libro triginta tantum stadiis a mari fuisse dissitam, quod recte Pylo Arcadiæ non potest convenire, quæ in Peloponnesi meditullio posita plus trecentis stadiis a mari, qua propius accedit, sejungitur.

Aut Ithace] Insula in mari Ionio ante Epirum ad oram Peloponnesi occidentalem, caprarum feracissima, leporibus ita noxia, ut nullus in ea vivere possit; scopulis frequentibus asperrima; Neritos etiam a monte ejusdem nominis dicta. Hæc est illa Ulyssis famosi patria, qui inde dictus est Ithacus. Virgil. Æn. II. 'Hoc Ithacus velit.'

49 *Nestora*] Nestor Nelei filius, vir fortitudine et prudentia summa, parique eloquentia præditus, qui trecentis annis vixisse traditur, si fides Ovidio Met. XII. habeatur. Alii tamen tria sæcula vitæ quæ Nestori tribuuntur ad annos nonaginta contrahunt; adeo ut, secundum illos, sæculum aut ætas triginta annorum curriculo contineatur. Vide Censorin. de Die Natali.

Ulixen] Rex fuit Ithacæ et Dulichii Insularum, qui fingitur ab Homero vir fuisse multa præditus facundia, nec minori experientia, vafer consilio, egregius bello, laborum patientissimus. Uxorem habuit Penelopen, ex qua filium Telemachum suscepit. Ad bellum Trojanum profectus est, ejusque opera tandem expugnato Ilio, cum post multa præclare gesta in patriam navim conscendisset rediturus, orta gravi tempestate, in plurimos diuturnosque errores compulsus est, demumque, superatis infinitis immensisque laboribus et periculis, domum reversus a filio Telegono, quem ex Circe genuerat, occisus est.

50 *Vixerit ille senex terna Sæcula*] Hoc in loco Tibullus sententiam sequitur Ovidii Met. XII. qui trecentos ætatis annos Nestori tribuit; nisi velis sæculum, ex plurimorum opinione, annorum triginta spatio comprehendere. Vide Censorin. de Die Natali, et Festum in Sæculares Ludos.

51 *Titan*] Sol, et Titania Luna;

Sæcula fertilibus Titan decurrerit horis:
Ille per ignotas audax erraverit urbes,
Qua maris extremis tellus excluditur undis.—
Nam Ciconumque manus adversis repulit armis;
Nec valuit lotos cœptos avertere cursus. 55

fœcundis horis confecerit: iste vero invictus per incognita oppida vagatus sit, qua parte terra ultimis fluctibus æquoris cingitur. Etenim Ciconum copias armis oppositis repressit; nec ejus iter institutum Lotos potuit avocare. Neptunius etiam

et Aldd.—51 Barth. Advers. XVII. 4. pro *fertilibus* emend. *vertilibus*, improbante Heyn. Cod. Lips. Beroll. 1. 2. 3. Guelff. 2. 3. Zwic. 1. octo ap. H. Voss. Witt. 1. 2. Colb. Laud. Exc. Pocc. Dat. Vat. Heins. 1. Angll. 1. 2. edd. pr. maj. min. Venet. 2. Rheg. Vicent. et Mur. *decurreret*, quod, Heynio probante, reposuerunt H. Voss. et Bach; Par. Bartol. Venett. 1487. 1491. 1493. Aldd. cum aliis, *decurrerit*, quod tuetur Wund. Vide Wakef. ad Lucr. III. 1055. 'decurso lumine vitæ.'—52 Angl. 2. *erraverat;* Basil. *decurrerit* ex sup. versu.—53 Witt. 1. 2. Beroll. 1. 3. Broukh. 1. omnes Guelff. Par. ed. pr. min. Bartol. Aldd. et vulgg. *includitur*, quod, probante Heynio, prætulerunt H. Voss. Bauer. Wund. et Bach; *inducitur* exhibent Berol. 2. et Broukh. 2. *includeret* Broukh. 3. *excluditur* Exc. Pocc. Colot. ed. pr. maj. Venet. 2. Vicent. Rheg. et Lips. ap. Heyn. Hæc lect. Huschkio optima videtur. Cf. Plin. H. N. V. 24. Cic. N. D. II. 66. Senec. Cons. ad Marc. cap. 18. Lucan. II. 432. Virg. Æn. X. 377. Stat. Theb. IV. 62. et Sylv. I. 3. 31.—54 Hanc narrationem usque ad vs. 82. ex Odyss. Rhapsodiis IX. X. XI. contextam esse aiunt Interpretes. *Namque manus Cyclopum* in Colb. *Non Ciconumque manus* Angl. 1. quod probat Heins. 'Broukh. offendens ad copulam *que*, in ipso orationis initio, vss. 54. et 55. loco suo motos esse putabat, sic restituendos: *Non valuit Lotos cœptos avertere cursus: Non Ciconumque manus adversis reppulit armis.* Nam, inquit, quamvis Ulysses, cum ab Ilio discessisset, prius cum Ciconibus depugnaverit, quam ad terram Lotophagorum accederet; nihil tamen causæ fuit, cur Albius noster hunc rerum ordinem religiose servaret, ut propterea corrumpere vellet nexum sermonis naturalem. Hoc epicæ poësi repugnat, et vero etiam loco Homeri, quem ob oculos habuit Auctor, Od. Ψ. 310. Ἤρξατο δ', ὡς πρῶτον Κίκονας δάμασ'· αὐτὰρ ἔπειτα....Unde apparet, recte Heyn. et Voss. *manus* cepisse pro accusativo, male Wund. pro nominativo.' *Huschk.* In marg. Rheg. ap. Huschk. corrigitur, *Nam Ciconum quantos:* in nonnullis *reppulit;* Witt. 1. 2. Broukh. 3. &c. *repulit.*—55 *Nec* testantur Witt. 1. 2. Broukh. 2. septem ap. Voss. Berol. 3. Dat. Angll. 2. 3. 4.

NOTÆ

quia Soli pater Hyperion et Lunæ avus Cœus, uterque e Titanibus. Unde Virgil. Æn. VI. 'Titania astra.'

54 *Ciconumque manus*] Cicones Thraciæ sunt populi, ad quos Ulysses post dirutam Trojam in patriam rediens tempestate gravi compulsus est appellere, quorum urbem primariam Ismarum expugnatam diripuit.

55 *Nec valuit lotos*] Cum Cicones reliquisset Ulysses, tempestate etiam delatus est ad Lotophagos, homines minime malos in Africa, qui Loton seu Lotum edebant, seu potius ejusdem arboris fructu victitabant; qui cibus tam suavis gustu dulcisque fuisse dicitur, ut advenis qui gustarent oblivionem inferret reditus in patriam: unde ad Lotophagos duo socii ab Ulysse missi cum præcone, cum fructus illos degustassent ad naves

Cessit et Ætnææ Neptunius incola rupis,
Victa Maroneo fœdatus lumina Baccho.
Vexit et Æolios placidum per Nerea ventos.

habitator Ætnæi saxi cruentatus oculis oppressis Maroneo Baccho ab eo victus est, ventosque Æolios secum abstulit per tranquillum Nereum. Ad barbaros pervenit

alii: *Non valuit cyclops tempus* Par. et Guelf. 2. *Cyclops* etiam exhibent Beroll. 1. 2. 3. Witt. 1. 2. Broukh. 1. 2. 3. omnes ap. Heyn. Colb. Vatt. Heins. 1. 2. et edd. vett. *tempus* duo Stat. Scal. rec. et Colot. *Lotos captos* e Cuj. reposuit Scal. *advertere* Par. *convertere* unus Stat.—56 'Valde languet hoc vocabulum, (*Cessit,*) quanquam de ejus veritate non dubito.' *Heyn. athenæ neptunus incola ripis* Berol. 2. *etheneæ neptunus* Berol. 3. — 57 *Ūcta*, i. e. *Uncta*, cod. Lips. quod habent Berol. 2. Guelf. 3. tres ap. H. Voss. duo Broukh. ed. pr. maj. Venet. 2. et Rheg. *Vīcta*, i. e. *Vincta*, in Berol. 1. quod habet Laud. *Victa* Witt. 1. 2. unus Broukh. Reg. Guelff. 1. 2. 4. *Juncta*, (quod et legi possit *Vincta* in codd.) in Venett. cum Comment. Cyllenii: fortasse *Usta*, inquit Heyn. *Una* conj. Barth. *Untaque marmoreo* Augl. 1.—58 *Vexerit æolios* ed. pr. min. *Vexitque*

NOTÆ

suas obliti sunt reverti, quos vix ipse tandem reduxit. Vide Homer. Od. 1. Ovid. Trist. IV. 1. 'Sic nova Dulichio Lotos gustata palato, Illo, quo nocuit, grata sapore fuit.'

56 *Ætnææ Neptunius incola rupis*] Periphrastikως Polyphemus significatur, filius Neptuni, quem fingit Homerus Od. A. Ulyssi vehementer iratum propter eundem Polyphemum excæcatum. Habitabat enim Polyphemus in antro quodam montis Ætnæ in Sicilia, ut ipse idem Cyclops ait apud Ovid. Met. XIII. 'Sunt mihi, pars montis, vivo pendentia saxo Antra, quibus nec Sol medio sentitur in æstu.'

57 *Maroneo fœdatus lumina Baccho*] Vinum Maroneum est Ismarium, ab urbe Ismaro in Thracia apud Cicones sic dictum; Ismarus enim dicitur etiam Maronea. Plinius tamen duas diversas urbes Maroneam et Ismarum facit. Cum autem Ulysses in Siciliam delatus in Polyphemum incidisset, sibique sicut sociis inferre vim pararet, pluresque jam devorasset, giganti sitienti unum cadum vini Ismarii, quod asportaverat, dedit, alterumque pollicitus est, si ipsum sociosque incolumes vellet dimittere. Cum autem gigas vino illo inebriatus somnum cepisset, Ulysses ipsi cum sociis necem parans, oculum unum, quem solum in fronte habebat, acutis palis eruit; sicque Ulysses et socii ex antro Polyphemi tuti et incolumes digressi sunt.

58 *Æolios per Nerea ventos*] Æolii sunt qui Insulas Æolias incolunt, vel qui Æolo Regi ventorum parent. Æoliæ autem Insulæ, quæ et Vulcaniæ dicuntur, in mari Tyrrheno inter Italiam et Siciliam sitæ sunt, vulgoque septem numerantur. Dicuntur autem Æoliæ ab Æolo, qui quondam ibi regnavit. Fingunt autem Poëtæ Ulyssem in Insulam Æoliam cum venisset, ab Æolo Rege benigne fuisse exceptum, ab eoque ventos omnes, præter Zephyrum, utre inclusos accepisse, ut ab eo sine tempestate domum suam posset enavigare. At cum novem diebus navigans portum patrium teneret, ipseque obdormiisset, tanta fuit familiarium ejus lætitia, simulque aviditas quid illud esset cognoscendi, ut congestas illuc multas divitias opi-

Incultos adiit Læstrygonas, Antiphatenque,
Nobilis Artacie gelida quos irrigat unda. 60
Solum nec doctæ verterunt pocula Circes:
Quamvis illa foret Solis genus, apta vel herbis,

Læstrygonas et Antiphaten, quos algentes aqua illustris Artaciæ alluit. Illum unum scientis Circes pharmaca non mutaverunt; quanquam ipsa erat filia Solis, docta et

Voss. 1.—59 *Incultosque* conj. Heynius: ed. pr. maj. et Vicent. *læstrigonas*, quæ scriptura adhuc insidet ed. Vulp. *Antiphatemque* cod. Lips. Witt. 2. Dat. Beroll. 2. 3. cum aliis, et edd. vett.—60 *Mobilis* liber Mattii ap. Broukh. *Nobilis* Witt. 1. 2. Broukh. 1. 2. 3. alii: *Atraciæ* Witt. 1. 2. et ed. pr. min. *atracie* Berol. 1. *Artaciæ* unus Broukh. Colot. et Angll. 2. 3. 4. *Artatiæ* ed. pr. maj. Vicent. et Rheg. *Artatie* ed. Lips. *Artaere* cod. Lips. et Par. *Artacre* duo Broukh. Berol. 2. et Angll. 1. 5. *Ataciæ* Colb. *Arsacidæ* Exc. Broukh. *Arsaciæ* Vatt. Heins. 1. 2. *Arsacie* Guelf. 2. a m. sec. *Athracie* Reg. *Attracie* Rom. *et traciæ* Berol. 2. a m. sec. *gelidos* Witt. 1. 2. Broukh. 1. 2. 3. Angll. 3. 4. 5. Beroll. 1. 2. 3. Par. omnes ap. Heyn. alii, cum edd. pr. maj. min. Bartol. Venet. 2. &c. *gelide* Vat. Heins. 2. *gelida* Vat. Heins. 1. et Colb. pro *irrigat*, quod testantur Beroll. 1. 2. 3. Reg. Corv. Guelff. Par. cod. Lips. Witt. 1. 2. duo Broukh. omnes Stat. et Palatt. &c. *irigat* exhibet Broukh. 1. et *erigit* Cuj. unde Broukh. formabat, *Mobilis Artacie gelida quo se exigit unda.* Heins. *egerit*, improbante Huschk. Cf. Catull. LXI. 27. Odyss. K. 107. et Ψ. 318.—62 Zwic. 2. ed. pr. maj. Venet. 2. Rheg. et Lips. ap. Heyn. *illa ceres*, unde Barth. Advers. IX. 19. fecit *illaceret*, et Broukh. recepit *inliceret;* H. Voss. dedit *illiceret;* ed. min. Vicent. et Venett. 1491. 1493. *illa foret;* 'quod servandum censeo: nam, omisso pronomine *illa*, minus accurate jungerentur *genus apta.*' Huschk. '*foret* commate distinxi cum Wund. a seq. ut arctius jungeretur *Quamvis i. f. apta:* verba

NOTÆ

nantes utrem solverent: unde statim Ulysses iterum ventorum vi contraria rejectus est in Æoliam Insulam.

Nereus] Oceani seu Ponti et Tethyos creditus est filius, sumiturque hic pro mari.

59 *Læstrygonas*] Læstrygones populi fuerunt immanes, gigantibus similes, in Italia, Formias Campaniæ urbem olim incolentes, quos Plin. lib. VII. cap. 12. carne humana victitasse refert. Ad hos pervenisse Ulyssem cum Tibullo nostro refert Hom. Od. K.

Antiphatenque] Læstrygonum rex fuit Antiphates, unus ex posteris Lami Formiarum conditoris; ad quem cum tres e suis sociis misisset Ulysses, ipse in littore cum navibus consistens, unus fuit ab eo ore dilaniatus, reliqui duo vix fuga salutem quæsierunt; quos Antiphates cum magna manu Læstrygonum insecutus naves etiam Ulyssis omni conatu oppugnavit, saxisque et trabibus in eas conjectis, omnes demersit, una tantum excepta, qua Ulysses cum nobilioribus sociis vehebatur, qui succisis repente rudentibus vix se suosque barbarorum furori eripuit. Vide Hom. Od. K.

60 *Artacie quos irrigat unda*] Fons est et fluvius Artacia apud Læstrygonas. Hom. Od. K.

61 *Solum nec verterunt pocula Circes*] Circe filia fuit Solis ex Persa Nympha Oceani filia, quæ omnes fere socios Ulyssis convertit in sues: solus evasit Ulysses cum Eurylocho, ut refert Hom. Od. K. et Hyginus Fab. 103. *Doctæ*, hoc est, veneficæ, in malam

Aptaque vel cantu, veteres mutare figuras.
Cimmeriorum etiam obscuras accessit ad arces :
Quis nunquam candente dies apparuit ortu, 65
Sive supra terras Phœbus, seu curreret infra.
Vidit, ut inferno Plutonis subdita regno

idonea convertere vel graminibus vel carminibus antiquas formas. Adiit etiam tenebrosas Cimmerion regiones, quibus nullo tempore, albente cœlo, visa est lux, seu supra orbem terrarum, seu infra volveretur Phœbus. Spectavit quomodo potens

Solis genus interposuit ad nobilitatem designandam.' *Bach.*—63 *Apta vel cantu* Berol. 3. *Apta vel et* Berol. 2. 'Placuit igitur hoc (*Aptaque*) poëtæ? non: *Doctaque.* Sed et vs. 82. 'quis te tenet aptius artes?' *Heyn.*—64 *Chimereon* Venet. 2. et Rheg. *Cimmerion* Exc. Broukh. et Dat. *Cymmerion* Brix. et Venett. 1487. 1491. 1493. *Cymerion* Witt. 1. et Broukh. 3. *Cimerion* Witt. 2. unus Broukh. et Beroll. 1. 2. 3. *Cimmerium* verum putabat Pierius ad Æn. I. 34. quo offensi nonnulli censuerunt legendum, *Cimmerium obscuras etiam concessit:* in aliis codd. *Cimmeriων*, quod reposuit Broukh. hac addita nota: 'Error natus est ex compendio pingendi; fuit enim *Cimmerior;*' elemento *r* deinde in *n* corrupto. Neque nos terrere debet hiatus paulo vastior, non tamen indecorus.' Lect. nostram exhibent Voss. 1. et Ask. Berol. 2 a marg. habet *artes;* Goth. *aures:* editiones ante Stat. *oras* exhibent, ait Heyn. hoc falsum; nam edd. pr. maj. min. Bartol. Venet. 2. Rheg. et Vicent. cum omnibus Broukh. Heins. et aliorum codd. habent *arces;* Guelff. 1. 4. Brix. edd. Venett. cum Comment. Cyllenii, et Aldd. *oras.* Cf. Odyss. A. 14. —65 *Quis* omnes Stat. Beroll. 2. 3. cod. Lips. Par. Witt. 1. 2. Broukh. 1. 2. 3. edd. pr. maj. min. Bartol. Venet. 2. &c. *Queis* in aliis: *cādente* cod. Lips.; alii, omissa lineola, *cadente* habent pro *candente:* Vat. Heins. 1. Colot. unus Palat. et Rom. *æstu* pro *ortu.* Cf. I. 1. 27. Auson. Periocha III. Odyss. et Grat. Cyneg. 58.—66 *Seu supra* Beroll. 2. 3. Corv. Colb. Witt. 1. 2. unus Broukh. unus Stat. omnes Guelff. et Angll. liber Mattii, Vat. Heins. 1. Vat. Ursini, ed. pr. min. et Venett. 1491. 1493. *Seu super* Par. *Sive super* Broukh. 1. ed. pr. maj. Vicent. Rheg. et Voss. eaque vulgata erat lect. ante Scal. *Sive supra* Broukh. 3. Berol. 1. et Lips. ap. Heyn.—67 *Vidit et* Beroll. 1. 2. 3. unus Stat. unus Palat. Witt. 1. 2. Broukh. 2. 3. Laud. Vat. Heins. 1. Dat. Angll. 2. 4. Reg. Guelf. 4. Bartol. Brix. et Rom. *ut* habent cod. Lips. Par.

NOTÆ

partem sumitur, pharmacis enim et venenis homines dementabat.

64 *Cimmeriorum*] De Cimmeriis jam supra. Populi sunt in Asia vicini sedibus Amazonum, ad quos Homerus dicit Ulyssem ex ultimo Occidentis mari appulisse, quos etiam ipse ad Inferos posuit, quod ad Septemtrionem et Occidentem habitarent plagas et climata continuis caliginibus et tenebris cooperta, utpote a Solis accessu remotiora. Ibidem Somni sedem locat Ovid. Met. XI. 594. 'Quo nunquam radiis oriens, mediusve, cadensve Phœbus adire potest: nebulæ caligine mixtæ Exhalantur humo; dubiæque crepuscula lucis.' Dicuntur etiam Cimmerii populi fuisse Italiæ, ad Avernum lacum et Baianum sinum in subterraneis domiciliis habitantes, et per cuniculos commeare soliti toto die delitescebant, noctu tantum ad latrocinia prodeuntes.

66 *Sive supra Phœbus, seu curreret infra*] Duplex hic significatur hemisphærium, superius et inferius.

67 *Vidit, ut inferno Plutonis*] Ulyssem Poëta noster cum Homero fingit

Magna Deum proles levibus discurrerit umbris.
Præteriitque cita Sirenum littora puppi.
Illum inter gemini nantem confinia montis 70

Divorum progenies Stygio Plutonis imperio subjecta huc illuc tenuibus umbris volitaret : et celeri nave trajecit oras Sirenum. Hunc navigantem in discrimine duplicis

Voss. 1. 3. Bern. Guelf. 3. edd. pr. maj. min. Vicent. et Venett. 1491. 1493. *Plutoni s. regna* Statiani, Broukh. 2. ed. pr. min. Bartol. et Aldd. *Plutonis s. regna* Vat. Heins. 1. ed. pr. maj. Venet. 2. et Rheg. *Plutonis s. regno* Witt. 1. 2. Broukh. 1. 3. omnes Palatt. Colb. Angll. 2. 3. 4. 5. Guelf. 3. Par. cod. Lips. Voss. 1. 3. Bern. Vicent. et Venett. 1487. 1491. 1493. *Plutoni subdita regno* Berol. 2. Vulgatam restituit Broukh. Cf. Propert. I. 11. 3.—68 Abest vox *Deum* ab ed. pr. min. pro *levibus* Berol. 2. et Broukh. 2. habent *magnis;* unus Stat. et Angl. 1. *mediis;* cod. Lips. *levibusque discuret undis;* Colot. *dum curreret;* Vat. Ursini *cum curreret;* Witt. 1. 2. Broukh. 1. 2. 3. Colb. plures Stat. Colot. Vat. Ursini, Angl. 1. Beroll. 1. 2. 3. Corv. Guelf. 1. (Guelff. 2. 3. a m. sec.) alii, cum edd. pr. maj. min. Bartol. Venet. 2. Brix. Rbeg. Vicent. Rom. Lips. *undis;* et sic Cyll. qui tamen *umbris* habet in expositione. ‘ An legendum esse dicemus, *ut...M. D. p. levibus par curreret umbris :* σκιῇ εἴκελοι, ut Odyss. Λ. 206. ταὶ δὲ σκιαὶ ἀΐσσουσι, κ. τ. λ. 495. Præstat hoc quam si *Mixta D. p. levibus discurreret umbris* conjicias ; ut sit, *proles Deum mixta umbris;* nam *Magna Deum proles* manifestum est Homericum illud θεῶν ἐρικύδεα τέκνα.’ *Heyn.* ‘ *umbris* qui ante Cyll. legerit, neminem reperio. Habent complures libri, collati a Vossio. Heynius non immerito dubitabat de loci sanitate, malebatque legere, *Vidit, ut...levibus discurrit in umbris.* Frustra. Legendum enim sine ulla dubitatione ita : *Vidit, ut inferno Plutonis subdita regno Magna D. p. levibus discurrerit umbris.*’ Huschk.—69 Unus cod. ap. H. Voss. ed. pr. maj. Lips. ap. Heyn. et Rheg. *Prætereuntque.* In hujus ed. marg. correxit V. D. *Præterit inde.* Guarn. *erta* pro *cita:* Par. *pupi.*— 70 *Illum tergeminæ* Beroll. 1. 2. 3. Witt. 1. 2. Broukh. 1. 2. 3. Par. cod. Lips.

NOTÆ

per Cimmerios descendisse ad Inferos, ubi heroës plurimos et Deorum filios huc illuc cum ceteris umbris volitantes conspexit.

69 *Sirenum littora*] Sirenes fuerunt monstri marini quædam species Poëtarum fabulis celebrata, superiori sui parte virginis formam referens, inferiori vero in piscis caudam desinens. Tres autem fuisse fabulantur Poëtæ Acheloi fluminis et Calliopes Nymphæ filias, quarum nomina sunt Parthenope, Ligia, et Leucosia. Hæ littus Siculum incolebant in tractu maxime Pelori, tamque artificiose concinebant, una voce, altera lyra, tertia tibia, ut nautas transeuntes cantus suavitate detinerent, et in naufragium pellicerent. Sed Ulysses prudentissimus rerumque scientissimus ut periculum vitaret, cum illac iter faceret, sociorum aures cera obturavit, ne insidiosos Sirenum cantus exaudirent, seque ipsum malo navis jussit alligari, sicque tutus evasit. Unde Sirenes cum se contemni viderent, se præcipitarunt in mare. Dicuntur etiam Sirenes in Capreis Insulis quondam habitasse. De his Martialis III. 64. ad Cassianum : ‘ Sirenas hilarem navigantium pœnam, Blandasque mortes, gaudiumque crudele, Quas nemo quondam deserebat auditas, Fallax Ulysses dicitur reliquisse.’

70 *Inter gemini confinia montis* [*geminæ mortis*] In discrimine duplicis mortis, seu fati, hinc nempe Scyllæ,

Nec Scyllæ sævo conterruit impetus ore,
Quin canibus rapidas inter freta curreret undas :
Nec violenta suo consumsit more Charybdis ;

leti violentia Scyllæ dira voragine non terruit, cum irreperet subter aquas maris a latrantibus monstris, quibus est succincta, *concitatas ; neque illam truculenta de-*

Statiani, nonnulli ap. H. Voss. ed. pr. maj. Venet. 2. Vicent. Rheg. et Aldd. *Illum tergemine* Bartol. *Illum tergemini* Guelff. 1. 4. Vat. Heins. 1. ed. pr. min. Rom. Brix. et Venett. 1491. 1493. In nonnullis codd. erat *Illa inter*, i. e. *Illū inter*, sive *Illum inter*, ut correxit Statius, eamque correctionem confirmant Cuj. duo Angll. Guelf. 3. et quatuor ap. Voss. literæ *m* et *in* multum ambiguitatis habent in codd. *nante* i. e. *nuntē* vel *nantem* in Par. *montis* pro *mortis* exhibent Vat. Heins. 1. Guelff. 1. 4. ed. pr. min. Rom. Brix. et Venett. 1487. 1491. 1493. ' Lectio *Illam tergemini n. c. montis*, i. e. *inter gemini*, quæ Heynio etiam placebat, magis quam illa (*inter geminæ...mortis*) convenit Hom. Od. M. 73—101. (Cf. Eurip. Med. 431. Æschyl. Suppl. 545=560. Propert. III. 22. 13.) Ceterum fieri potuit, ut poëta noster confunderet geminos illos scopulos et πλαγκτὰς πέτρας, deceptus loco, quem ante oculos habebat, Od. Ψ. 327. Reposui igitur lectionem, *Illum inter gemini nantem confinia montis ;* quanquam probe sciens, per se recte dici *confinia mortis.* Appuleius XI. p. 256.' *Haschk.* *Illam per geminæ* Colin. 1530. Totum versum non habet Angl. 1.—71 Scal. e Cuj. reposuit *ore*, quod habent etiam quatuor ap. H. Voss. Vat. Heins. 1. 2. et Exc. Pocc. et Lips. in ceteris *orbe.*—72 *Quum canibus rabidas inter freta sorberet undas* edidit Broukh. eumque secutus erat Heyn. in ed. prima ; *rubidas* erat in sex codd. et sic Guelf. 2. *sorbĕret* ἀρχαϊκῶς conj. Guy. et Heyn. *Quum c. rabidus inter fera serperet undas* legebat Passer. qui hanc alteram emend. proposuit, *Quum c. rabidu subter freta serperet unda:* Par. cum Venett. 1491. 1493. et Ald. habent *rapidas inter freta ;* cod. Lips. *rapidas infreta ;* Zwicc. 1. 2. *rapidas sic in freta.* ' Hanc lect. in nullo adhuc libro scripto repertam, exhibent ed. pr. maj. Venet. 2. Vicent. Lips. ap. Heyn. et Rheg. *Cum canibus rapidas sic in freta serperet undas:* spatio relicto inter verba *sic* et *in freta*, certe in ed. pr. maj. et Rheg. cui ascripsit V. D. ' Scribo *Sicula in freta.* Palat. primus, *Cum canibus rubidas in freta serperet undas*, omissa voce controversa ; et in hac editione est spatium, ut ab abbreviatione error manifesto venerit.' Immo librarius quidam versum decurtatum reperiens allevisse videtur *sic*, quod deinde, ut fieri solet, e marg. in contextum irrepsit. Pergit V. D. ' Legi etiam possit, *Quin canibus rapidus, &c.* Quo pacto nulla restat difficultas.' Restat quidem difficultas. Ingeniose tamen repositum esse *Quin*, mox videbis. Heins. corr. *intorta resorberet*, vel *inter freta ferveret ;* Broukh. in Notis, *inter fera ferveret ;* Wakef. ad Lucr. v. 890. *Cum canibus rabidis inter fera seperet undas.* Ed. pr. min. omnium præstantissima, sola (adde etiam Bartol.) servavit, *Cum canibus rupidas inter freta curreret undas.* (Cf. Virg. Æn. III. 191.) Tibulli locus ita legendus est, *Illam, inter gemini nantem confinia montis, Nec Scyllæ sævo conterruit impetus ore, Quin canibus rupidas inter freta curreret undas.* Undæ *inter freta* sunt undæ in freto, vel inter angustias freti. Cf. Lucr. I. 721. Hor. II. Od. 7. 16. et Tibull. I. 3. 13. ubi item pro *Quin* legitur in nonnullis libris mendose *Cum* vel *Quum.*' Huschk.—73 Reg. Witt. 1. 2. Broukh. 2. 3. unus Palat. Laud. Vat. Heins. 1.

NOTÆ

inde Charybdis; inter quas enavigavit Ulysses tutus et incolumis.

71 *Scyllæ*] De Scylla jam supra pluribus. Saxum est navigantibus periculosissimum in freto Siciliam inter et Italiam.

73 *Charybdis*] Alterum Siciliam inter et Italiam Charybdim fuisse peri-

Vel si sublimis fluctu consurgeret imo,
Vel si interrupto nudaret gurgite pontum. 75
Non violata vagi sileantur pascua Solis,
Non amor, et fœcunda Atlantidos arva Calypsus,
Finis et errorum misero, Phæacia tellus.

voravit Charybdis, ut solet, aut dum sublimis in altum attolleretur e profundis undis, aut dum intercisis fluctibus maris fundum aperiret. Nec etiam *taceantur armenta Solis vagantis mactata, neque amor, felicesque agri Calypsus Atlantidos, neque terra Phæacia* illi *infelici viarum meta. Sive autem ista sint in nostris regi-*

Dat. Scal. rec. Angll. 2. 3. 4. 5. Guelff. et Beroll. cum Rom. Brix. et Venett. 1487. 1491. 1493. habent *in ore;* edd. pr. maj. min. Bartol. Venet. 2. Vicent. Rheg. et Aldd. *more.* Nusquam legitur *in orbe*, quod in contextum intulit H. Voss. *sua c. morte* suspicabatur Langerm. *sua c. mole* Heins.—74 Ed. Rheg. *immo;* cod. Lips. *uno.* Sic de loco certant 'faber imus' et 'faber unus' ap. Hor.—75 *Vel interrupto* Berol. 3. *infra rupto* ex ingenio dedit H. Voss. *nutaret* unus ejusdem: pro *gurgite* Witt. 1. et Angll. 2. 3. 4. *æquore.*—76 *Nec violenta* Berol. 2. *Non violenta* Guelff. 1. 4. Angl. 1. Brix. et Venett. 1487. 1491. 1493. Cf. Hom. Il. Ψ. 329.—77 Cod. Lips. *athalantidos;* Berol. 2. *athlantinos:* Beroll. 1. 2. 3. et cod. Lips. *calipsos;* Hamb. et ed. pr. min. *Calypsos.*—78 *Cujus et* cod. Lips. *erroris miseri* Cuj. quod Scal. Broukh. et Vulp. admiserunt; *errores miseri* Berol. 1. *errorum miseri* Berol. 3. Witt. 1. 2. Dat. Broukh. 2. 3. Coll. duo Stat. omnes Angll. Par. Guelff. 3. 4. edd. pr. maj. min. Bartol. Venet. 2. &c. *errorum miseri fœatia* Berol. 2. *errorum misero* unus Broukh. Guelf. 1.

NOTÆ

culum, seu monstrum, quo navigantes terrerentur, nemo nescit. Gurges est immensus, Scyllæ saxo oppositus, contrariis fluctuum concursibus in miram altitudinem assurgens, statisque temporum vicibus obvia quæque absorbens, et iterum evomens. De qua Virgil. Æn. III. 'Dextrum Scylla latus, lævum implicata Charybdis Obsidet, atque imo barathri ter gurgite vastos Sorbet in abruptum fluctus, rursusque sub auras Erigit alternos, et sidera verberat unda.'

76 *Pascua Solis*] Armenta, seu boves Solis, quos Lampetie ejus filia in Sicilia custodiebat, cum illac transnavigaret Ulysses, quidam ex ejus sociis fame compulsi mactaverunt, quorum carnes et frusta in verubus etiam tosta mugiebant. Qua de re Sol indignatus apud Jovem conquestus est de Ulysse: Jupiter autem Solis querelis motus navem Ulyssis incendit, vixque Ulysses in Ogygiam Insulam ad Nympham Calypso enatavit.

77 *Non amor, et Atlantidos arva Calypsus*] Calypso fuit Atlantis filia, Ogygiæ Insulæ regina, quæ naufragum Ulyssem hospitio suscepit, ardenterque adeo amavit, ut eum septem annos detinuerit, abireque non permiserit. Unde Ovid. Art. Am. II. 125. 'Ah quoties illum doluit properare Calypso!'

78 *Phæacia tellus*] Corcyram intelligit, maris Ionii Insulam, quo cum etiam appulisset naufragus Ulysses benigne ab Alcinoo rege exceptus est, cujus amore correpta est Nausicaa Alcinoi filia. Dicitur Phæacia, seu Corcyra finis errorum Ulyssis, quia nempe inde discedens recta navigavit in Ithacam patriam.

Atque hæc seu nostras inter sunt cognita terras,
Fabula sive novum dedit his erroribus orbem ; 80
Sit labor illius, tua dum facundia major.—
Jam te non alius belli tenet aptius artes :
Qua deceat tutam castris præducere fossam ;
Qualiter adversos hosti defigere cervos ;
Quemve locum ducto melius sit claudere vallo : 85

onibus nota, sive commentum istis navigationibus terras affinxerit antea ignotas ; ipsius sit opus ; dummodo eloquentia tua laude dignior celebretur. *Nemo autem melius, quam tu, novit rei militaris disciplinam ; quomodo conveniat secura fossa præcingere castra, quo pacto cervos hostibus contrarios in terram demittere oporteat, et quem locum aggere constructo cingere satius sit : quomodo tellus emittat suaves*

Guelf. 2. a m. sec. Bern. Ask. et Ald. 2. Cf. Hom. Od. Ψ. 338.—79 Rheg. Rom. et Venett. *intersunt ;* Basil. *intersint ;* Lips. ap. Heyn. *nostris inter sunt cognita terris.*—81 *Sint* corr. Ayrman. in Vita Tibulli § 27.—82 Hic versus cohæret cum vs. 53. quo finitur laus facundiæ. Nunc progreditur Poëta ad laudem Messalæ militarem, interposita transitionis particula *Jam,* ut legitur in Angll. 1. 2. Ask. Voss. 2. Bern. et Exc. Pocc. Hoc primus in contextum intulit Passer. probarunt Broukh. Vulp. ceteri Editores. *Nam* habent Beroll. 1. 2. 3. Par. Guelff. Statiani, edd. pr. maj. min. Bartol. &c. Pro *artes,* (quod testantur Beroll. 1. 3. Guelff. 1. 2. 4. Corv. Reg. Par. edd. pr. min. Bartol. &c.) nonnulli, ut Guelf. 3. Berol. 2. et ed. Rom. habent *artem ;* cod. Lips. et Ald. 2. *arces,* quæ lect. simillima est in codd. alteri, *artes.*—83 Par. *preducere ;* Vat. Heins. 1. nonnulli Stat. Scal. rec. ed. pr. maj. Venet. 2. Vicent. et Rheg. *perducere ;* cod. Lips. unus Broukh. Laud. Colb. Exc. Perr. Angl. 1. et ed. pr. min. *producere ;* Bartol. Brix. Venett. 1487. 1491. 1493. et Aldd. *deducere ;* Witt. 1. 2. duo Broukh. Cuj. Dat. Vatt. Heins. 2. Vat. Ursini, Beroll. 1. 2. 3. et Guelff. 2. 3. *præducere,* ut emendatum a Mur. et Stat. e codd. *præponere* in Reg. Vide Ohss. Misc. Vol. VIII. p. 333. et Interpp. Silii Ital. x. 411.—84 In uno Broukh. et Berol. 2. *præfigere ;* in Witt. 1. 2. Broukh. 1. 2. Statianis, Par. aliis, *defigere ;* Reg. *defingere ;* Witt. 1. 2. Broukh. 1. 2. 3. Beroll. 1. 2. 3. Statianis, Colb. Angll. 1. 2. Par. cod. Lips. Guelff. Corv. Reg. aliis, cum edd. pr. maj. min. &c. *nervos ;* Vat. ap. Stat. *vernos,* (i. e. *nervos ;*) Vat. Heins. 1. Ask. et tres Voss. *cervos,* quod ex Guellii ad Virg. Ecl. II. 29. emendatione recepit Scal. et sic in ed. Rom.—85 *Quem vel* Berol.

NOTÆ

81 *Tua facundia*] Quintil. Institut. Orator. lib. x. asserit Messalam egregie fuisse facundum. 'Messala,' inquit, 'nitidus et candidus, et quodammodo præferens in dicendo nobilitatem suam ; viribus minor :' qui etiam Cicerone florente non parum in eloquentia dignitatis cum Pollione obtinuerit.

82 *Belli artes*] Rei militaris scientiam.

83 *Tutam fossam*] Tuta, quia nempe castra tuta militesque securos reddit. Vide Veget. lib. I. cap. 24. et 25 et Lips. de Mil. Roman. lib. v. cap. 5.

84 *Defigere cervos*] Cervi sunt in re militari arborum trunci ramosi, in similitudinem cornuum cervi ad majorem castrorum securitatem vallo adhibiti. De his vide Frontin. lib. I. cap. 5. Mos autem fuit Romanorum, ut truncos illos firmiores in terram figerent, et passim sererent, itineri impediendo aut obstruendo. Livius

Fontibus ut dulces erumpat terra liquores,
Ut facilisque tuis aditus sit, et arduus hosti,
Laudis et assiduo vigeat certamine miles :
Quis tardamve sudem melius, celeremve sagittam
Jecerit, aut lento perfregerit obvia pilo ; 90
Aut quis equum celerem arctato compescere fræno
Possit, et effusas tardo permittere habenas ;
Inque vicem modo directo contendere cursu,

aquas, et quomodo accessus pateat expeditus tuis militibus, *et inimicis sit invius, et quomodo miles jugi gloriæ* assequendæ *contentione vigeat. Quisnam aptius stipitem gravem, aut velox telum emiserit, vel lento hastili occurrentia* quæque *perruperit? Vel quisnam velocem equum strictis lupatis melius continere queat, lentoque laxa dare lora, et vicissim nunc cursu recto, nunc, si ita ferat animus, in flexum*

2. Heinsius mallet *structo....vallo.*—86 Unus Stat. Goth. et Bartol. *educat.*—87 Abest *sit* a cod. Lips. et ed. pr. min.—88 *Laudis ut* Exc. Pocc. Perr. Vat. Heins. 1. et Colot. et sic legit Ayrman. in Vita Tibulli § 29. στιγμῇ τελείᾳ post vs. 87. posita, et nova sententia ab hoc versu ad vs. 98. perducta. Hoc improbat Heyn. *Laudis et* omnes alii codd. cum edd. vett.—89 Omissus est hic versus in cod. Lips. *celeremque* Bern. et unus Voss. *celeremque sagictam* ed. pr. min.—90 Reg. et Goth. *et lento:* Witt. 1. et Angl. 2. *præfregerit:* ed. pr. min. *Jecerit: et lento perfregit.*—91 Hic etiam versus abest a cod. Lips. *At quis* Beroll. 1. 3. Witt. 2. Dat. Angll. 1. 2. 3. 4. et Vat. Statii ; *Et quis* Stort. Berol. 2. Angl. 5. Vat. Heins. 2. ed. pr. maj. Venet. 2. Vicent. et Rheg. *Ut quis* Vat. Heins. 1. *Ecquis.* (quæ lectioni *Et quis* simillima est in vett. membr.) Guelf. 2. *Aut quis* Par. et ed. pr. min. *celerem arcto* Guelff. 1. 4. Rom. et Venett. 1491. 1493. 1500. 1520. *celeremve arcto* Beroll. 1. 2. 3. Par. ed. pr. maj. min. Vicent. Rheg. &c. *celerem arctato* duo Italici ap. Heins. Colot. et Brix. quod primus reposuit Broukh.—92 *Par sit* ex Heins. emend. receperat Broukh. *committere* Witt. 1. et Angll. 3. 4. *promittere* Angl. 1. *præmittere* Angl. 2.—93 In Berol. 3. *dirrepto ;* Berol. 2. cod. Lips. Par. Guelff. 1. 2. 4. Florent. Stat. ed. pr.

NOTÆ

lib. XLIV. 'Romanus, ad Clitas quas vocant, munimenta, cervis etiam objectis, ut viam intercluderet, a Macedonico ad Toronaicum mare perducit.' Alii legunt, *nervos,* quibus belli instrumenta intelligunt, qualia sunt catapultæ, balistæ, phaleritæ, scorpiones, arietes, &c.

86 *Erumpat terra liquores*] Castrametationis et periti ducis est providere, ne castra ponantur in loco sicco et aquarum inopi. Docet Veget. lib. IV. cap. 10. quid sit faciendum ne aquarum penuria laborent obsessi.

88 *Laudis certamine*] Miles non debet torpere et otiari, sed assiduo ludo et exercitio laudem quærere, ut bene erga ipsum propter strenuitatem ductor afficiatur.

89 *Quis tardamve sudem*] Sudes lignum in capite acutum leviter, et igni duratum. Vetus id telum, et plerisque gentibus sic usitatum. Unde Propert. IV. 1. de priscis Romanis ait : 'Miscebant usta prælia nuda sude.' De sudibus porro sagittisque jaciendis vide Veget. lib. I. cap. 14. et lib. II. cap. 23.

93 *Directo contendere cursu*] A carceribus ad metam, sive eo in stadio, quo hastati decertant equites, linea recta concurrere.

Seu libeat curvo brevius convertere gyro;
Quis parma, seu dextra velit seu læva tueri, 95
Sive hac sive illac veniat gravis impetus hastæ,
Amplior, aut signata cita loca tangere funda.

orbem minore spatio arctius contendere? Quisnam major aptius, quam tu, *possit celeri funda notatos scopos ferire, sive cupiat scuto dextram, sive sinistram partem defendere, undecumque longæ hastæ violentia feratur? Insuper statim atque acce-*

maj. min. Bartol. et vulgg. *directo contendere passu;* H. Voss. dedit ex ingenio, *directo propellere cursu;* Reg. Guelf. 3. Witt. 1. 2. Berol. 1. novem ap. Stat. habent etiam *cursu*, quod primum receptum in Ald. 2.—94 *Seu liceat* Berol. 2. *Nunc libeat* Exc. Pocc. et Perr. cum Vatt. Heius. 1. 2. probante Handio in Gron. Diatr. Stat. tom. I. p. 472. 'Vulgata *Seu*, i. e. vel si, solicitari non debet.' *Bach.* Pro *curvo* Ayrman. malebat *parvo;* in nonnullis codd. *torvo*, unde idem Bach conj. *torto:* cf. Ovid. Am. I. 14. 26. Rem. 186. Cæs. B. G. IV. 33. *melius* Witt. 1. 2. unus Broukh. Exc. Perr. Beroll. 1. 3. Angll. 2. 3. 4. *levius* unus Stat. *brevius* Guelff. 2. 3. Berol. 2. duo Stat. duo Broukh. Vatt. Heins. 1. 2. Voss. 1. 2. Bern. Vindob. Monac. ed. pr. maj. Venet. 2. et Rheg. *melius contendere* ed. pr. min. Bartol. Venett. cum Comment. Cyll. et Aldd. *brevius contendere* cod. Lips. et Par. *contendere* habent etiam Beroll. 1. 2. 3. Guelff. Corv. Reg. &c. Broukh. emendavit *compellere*, quod nunc Voss. 1. 2. Vindob. Bern. et Monac. exhibent, et Heyn. ceterique recentt. edd. servant. Crusius in Prob. Crit. 26. legebat, *Seu libeat cursum medio convertere gyro.* 'Ex his nil verum est, nisi *convertere.* Hoc tenendum.' *Huschk.* Cf. Sil. Ital. IX. 644. Tacit. Germ. cap. 6. et Cic. de Cynosura Acad. II. 20.—95 Ex omnibus Sæculi XV. edd. una Bartol. an. 1472. (quam nonnulli falso putant eandem esse cum ejusdem anni ed. pr. min.) nostram hodieque comprobatam habet lectionem; hanc etiam, quam reposuit Scal. et reduxit Heyn. testantur Beroll. 1. 2. 3. Exc. Perr. Witt. 1. 2. Broukh. 2. 3. Laud. nonnulli Stat. Corv. Guelff. 2. 3. Reg. Cuj. Dat. Angll. 3. 4. 5. Par. Monac. Bern. Ask. alii. Ed. pr. maj. anni ejusdem, Venet. 2. et Rheg. habent *Pervia seu quis;* et sic codd. Lips. aliquot Stat. et Angl. 1. At ed. pr. min. ed. Lips. ap. Heyn. &c. *Pervia seu quos:* Vicent. Brix. Venett. 1487. 1491. ut et in Broukh. 1. *Parma seu quis;* sed Venet. 1493. *Parva seu quis.* Voces *Parma* et *Pervia* vix in codd. dignosci possunt, propter similitudinem Longobardicorum characterum *a* et *e*, et *m* et *vi*. *Quis parmam seu* Rom. *Devia seu quis* Rheg. ap. Broukh. *Seu parma quis* Vatt. Heins. 1. 2. et Vat. Ursini; *Parma seu quos* alii ap. Stat. et vulgg. ante Broukh. scil. Aldd. Mur. Stat. Plantt. Gryph. et Gebh. Verum Broukh. ut in libello Varr. multa turbavit, ita in contextu omnia corrupit probata hac Heinsii scriptura, *Quid, parma seu dextra velis,...(Sive hac...hastæ) An prior,....funda?*—96 Cod. Lips. Par. Beroll. 1. 2. 3. Witt. 1. 2. Broukh. 1. 2. 3. Colb. omnes Guelff. Corv. Reg. Stat. edd. pr. maj. min. Bartol. Venet. 2. Brix. Rheg. Vicent. Rom. Lips. &c. *grandis venit;* Scal. ex suis reposuit *veniat gravis*, quod nunc exhibent Voss. 1. et Ask. *grandem vehat* legit Ayrman. in Vita Tibulli § 29.—97 *Amplius* plerique ap. Stat. et sic Ald. 2. et, quæ ab

NOTÆ

94 *Curvo convertere gyro*] Equum in orbem flectere et circumagere primi docuere Lapithæ, ut ait Virgil. Georg. III. 'Fræna Pelethronii Lapithæ gyrosque dedere Impositi dorso, atque equitem docuere sub armis Insultare solo, et gressus glomerare superbos.' Illud exercitii genus egregie expressit Manil. lib. V. 'flectere equorum Prævalidas vires, et torto stringere gyro.' Vide etiam Lucan. Paneg. ad Pison.

Jam, simul audacis veniunt certamina Martis,
Adversisque parant acies concurrere signis:
Tunc tibi non desit faciem componere pugnæ; 100
Seu sit opus, quadratum acies consistat in agmen,
Rectus ut æquatis decurrat frontibus ordo;

dunt prælia Martis intrepidi, et exercitus inter sese instituunt collatis signis confligere: tunc facile tibi est formam certaminis ordinare; sive conveniat, ut cohortes stent in aciem quadratam, quo recta series æqualibus frontibus extendatur; sive

hac pendent, edd. *Eminus* Ayrman. l. c. *An prior* Broukh. e conj. Heinsii; *Aptior* Scal. 1. in corrigend. ad calcem: *seu signata velit* Beroll. 1. 3. Reg. *aut signata velit* Witt. 1. 2. unus Broukh. Colb. Dat. et Angll. 3. 4. *aut signata velis* Laud. *aut signata cito* ed. Lips. ap. Heyn.—98 Cod. Lips. Par. Berol. 2. Guelff. 2. 3. Colb. Exc. Pocc. Statiani, Vat. Heins. 2. Angll. 1. 5. ed. pr. maj. min. Bartol. Lips. Vicent. et Rheg. *venient;* Beroll. 1. 3. Angl. 2. et ed. Rom. *veniunt;* quod reposuit Broukhusius; Scal. *veniant:* unus ap. Voss. *discrimina.*—99 Cod. Lips. Beroll. 1. 2. 3. Par. Corv. Guelff. 2. 3. aliique, cum edd. pr. maj. min. Bartol. Vicent. Rheg. &c. *parent;* unus Broukh. *parant;* hoc dedit Broukh. illud Scal. *acres* pro *acies* Berol. 3. *contendere signis* cod. Lips. *consurgere signis* Goth.—100 *Tum* Witt. 1. 2. Beroll. 1. 3. unus Broukh. Angll. 3. 4. Reg. Brix. et Venett. 1491. 1493. *defit* reposuit Broukh. ex suo tertio, uno Stat. et Vat. Heins. 1. quibus accedit Voss. 5. Sed cf. Sil. Ital. VII. 497. Ruhnk. ad Rutil. Lup. p. 132. et Cort. ad Sall. Jug. cap. 110. Abest hic etiam versus a cod. Lips.—101 Ed. pr. min. *facies* pro *acies:* Schelius in Diss. Polyb. cap. 11. ita hunc versum laudat, *Seu sit opus, acies quadratum sistat in agmen:* Bartol. habet, quod conj. Huschk. *consistere in agmen:* in Guelff. 1. 4. et ed. Rom. legitur *in orbem:* verbum *agmen* est in Reg. in litura.—102 *Rectus inæquatis* Beroll. 1. 3. Witt. 1. 2. Broukh. 1. 2. 3. Colb. Statiani, Angl. 2. multi alii, cum Venet. 2. Brix. Rheg. ap. Broukh. Venett. 1487. 1491. 1493. et vulgg. inde ab Ald. 2. *inæquatis* Passer. idem cum *æquatis* esse contendit: *in æquatis* divisim exhibent Berol. 2. Guelff. 1. 4. edd. pr. maj. min. Rom. Vicent. et Rheg. ap. Heyn. *an æquatis* Vat. Heins. 2. Colot. Par. Bartol. et Ald. 1. *ut æquatis* etiam in Vet. Heins. 2. Colot. Monac. et Bern. Pro *decurrat* Exc. Perr. et Pocc. Vat. Heins. 2. Colot. cum aliis, habent *seu currat;* Reg. Beroll. 1. 3. Witt. 1. 2. Vat. Heins. 1. Colot. et Rom. *concurrat;* Colb. *consistat;* Berol. 2. *decurrit fontibus;* cod. Lips. Par. Angl. 5. &c. *decurrat.*—

NOTÆ

98 *Certamina Martis*] Mars Deus belli præses, alio nomine dicitur Gradivus. Eodem quo Tibullus sensu Virgil. dixit Æn. XII. 790. 'Assistunt contra, certamine Martis anheli.'

99 *Adversis concurrere signis*] Acie directa pugnare. Lucan. lib. I. 7. 'Infestisque obvia signis Signa, pares aquilas, et pila minantia pilis.' Tria sunt genera signorum militarium ex Veget. lib. III. cap. 5. vocalia, semivocalia, et muta. Vocalia signa sunt, quæ voce humana dantur a Ducibus, ut, Apollo, Victoria, Palma: Gallice, *le mot.* Semivocalia, quæ dantur per tubam, buccinam, aut tympanum, &c. Muta sunt, quæ non percipiuntur auribus, sed referuntur ad oculos, ut, Aquilæ, Aper, Leo, Dracones, Lilia, Vexilla, &c.

100 *Faciem pugnæ*] Forma, modus, et prospectus totius exercitus dicitur facies, seu ordinatio antequam manus conserantur. Dixit etiam Virgil. Æn. II. 'armorum facies,' et Æn. V. 'maris facies.'

Seu libeat duplici sejunctim cernere Marte,
Dexter uti lævum teneat, dextrumque sinister
Miles, sitque duplex geminis victoria castris. 105
At non per dubias errant mea carmina laudes:
Nam bellis experta cano. Testis mihi victæ
Fortis Iapydiæ miles; testis quoque fallax

pluceut separatum seu commistum conspicere Martem, et quomodo miles dexter sinistrum, et lævus dextrum tueatur, et sit duplicis cusus duplex victoria. Sed versus mei non vagantur per incertas virtutes. Bellis enim comprobata refero. Testis est mihi generosus Iapydiæ debellatæ miles; testis etium est dolosus Panno-

103 *Seu libeat duplicem seu vinctum c. Martem* Beroll. 1. 2. 3. alii, cum edd. pr. maj. min. Bartol. Venet. 2. Brix. Vicent. et Rheg. sic in Par. cod. Lips. aliis; nisi quod Par. ut est in Ald. 2. Scal. et vulgg. ante Broukh. habet *seu junctum*, et in codd. nihil interest inter hoc et illud, ut sæpe demonstravimus; et cod. Lips. cum Angl. 2. ed. Lips. aliisque, *seu victum*, quod etiam legi possit *(seu vĭctum) seu vinctum;* sive, *(seu jŭctum) seu junctum;* sive, *sejunctum*, quod exhibent Witt. 1. et Angl. 4. Codex Regius exhibet *seu junctim*, i. e. *seu jŭctim*, quod, si apiculus abesset, idem foret in codd. cum *sejunctim:* sic ex *Martē*, vel *Martem*, fit *Marte;* hinc vox *duplici* facile corruptum erat in *duplicem*. Salmasius de Re Milit. Rom. cap. 7. nostram restituit lectionem. Ita perennt conj. Heins. *Seu libeat duplici seu juncto cernere Marte;* vel, *Seu libeat duplici sejunctum cernere Marte;* vel, *Seu subeat duplici sejunctum cernere Marte;* et Crusii in Prob. Crit. cap. 26. *Seu libeat, duplicent, seu jungant cornua Martem*, quam intelligere se negat Heyn.—104 *Dextraque uti....sinistra* Beroll. 1. 2. *Dextruque ut levum* Berol. 3. cod. Lips. Par. Reg. edd. pr. maj. min. Bartol. Lips. ap. Heyn. et Ald. 2. *Dexterque ut* Angl. 5. Statiani, Guelff. 2. 3. et Rom. *dexteramque sinister* in eadem; *dextrumque sinister* Reg. Guelff. 2. 3. Berol. 3. cod. Lips. Par. alii: *Dexter uti* ex Cuj. suisque Exc. restituit Scal. et sic Vat. Heins. 1. Colot. et Voss. 5.—105 Hic versus abest a Berol. 2. *gemini....casus* Beroll. 1. 3. Par. cod. Lips. Guelff. 2. 3. alii, cum edd. pr. maj. min. Bartol. Venet. 2. Brix. Rheg. Vicent. Venet. 1500. Aldd. &c. ante Broukh. *gemmis v. casus* Venett. 1491. 1520. *geminis v. casus* Guelff. 1. 4. *geminis v. caussis* legebat Crusius. At receptam primum a Broukh. lectionem confirmant Colb. Sfort. ap. Stat. Exc. Colot. Voss. 3. et Rom.—108 Par. Berol. 1. a marg. ed. pr. min. Bartol. et Ald. 1. *iapigiæ;* in nonnullis exemplaribus Ald. 1. etiam *inpigiæ*, forsan operarum culpa: *iapygiæ* ed. pr. maj. et Rheg. *yapigiæ* Berol. 2. *iazygiæ* Guelf. 3. *iapidiæ* Witt. 1. 2. Exc. Pocc. duo

NOTÆ

105 *Duplex geminis victoria castris* [*gemini...casus*] Eventum prælii vocat 'casum.' Est enim *casus*, cum id quod ita vel ita accidit, aliter evenire potuit; quia nempe ex arbitrio pendet fortunæ. Victoriæ vero spem maxime in duplici facie pugnæ dicit Tibullus esse positam. Sed est, meo judicio, 'periculosæ plenum opus aleæ.'

108 *Fortis Iapydiæ miles*] Iapydia, cujus incolæ Iapydes Ptolemæo, Iapodes Straboni lib. VII. dicuntur, Illyriæ seu Illyrici regio est ad fontes fluvii Timavi sita, quam nonnulli volunt nunc vocari Istriam. Alii volunt eam regionem olim vocatam etiam fuisse Valeriam, nunc vero Croatiam. Iapydes cum sese undequaque extenderent, latrociniisque invalescerent, ab Augusto Cæsare, duce Messala, debellati sunt; ut cum Tibullo nostro Appianus Alexandri-

Pannonius, gelidas passim disjectus in Alpes;
Testis Arupinas et pauper natus in armis; 110

nius nivosas per Alpes huc illuc dispersus: testis quoque est inops ille genitus in bello

Stat. Dat. Vat. Heins. 1. Guelff. 1. 2. 4. Brix. Vicent. et Venett. 1487. 1491. 1493. 1500. 1520. Ald. 2. Scal. 1. &c. *iadipiæ* Berol. 1. a m. pr. *iapeie* cod. Lips. *hiapigliæ* Reg. *Iapides* Rom. *Iapodes* in aliis: *Iapydiæ* Florent. Sfort. et Berol. 3. Hæc vera scriptura est. Vide Drakenb. ad Liv. XLIII. 5. 3. et Reimar. ad Dion. XLIX. 34. Strab. Ἰαπυδία.—109 Lect. nostram servant omnes codd. Cf. Eleg. ad Liviam vs. 390. Mentio Salassorum gentis Inalpinæ in citeriori Gallia cur non facta sit, cum inter populos ab Augusto ejusque ducibus domitos potissimum memorentur, mirantur Ayrmann. et H. Voss. (Vide Suet. Aug. 21. Eutrop. VII. 9.) Ille tentat, *passim et disjectus*; ut sit, Salassus a natura in Alpes disjectus; pro, qui passim Alpes incoluerit. Nimis obscurum et contrarium voci *disjectus*. H. Voss. in textum importavit *Pannonius, gelidaque Salassus tectus ab Alpe*, improbantibus Bach et Huschk. Nam præpositio 'ab' vel 'a' post verba 'tegi,' protegi,' 'defendi,' &c. notionem præp. 'contra' accipit. Cf. Liv. VIII. 6. Cæs. B. C. II. 9. III. 26. et Tursel. de Part. p. 13.—110 *Testis et Hirpinis* Beroll. 1. 3. Reg. a marg. Witt. 2. et Angl. 3. *et Arpinis* cod. Lips. Berol. 3. Reg. a marg. Par. Witt. 1. Broukh. 1. Laud. Vat. ap. Stat. alter ejusdem, Angll. 1. 2. 4. 5. ed. pr. min. et Bartol. *et Alpinis* unus Stat. Reg. unus Broukh. Colb. Florent. et Sfort. *in Alpinis* Vat. Heins. 1. 2. ed. pr. maj. Vicent. Venet. 2. et Rheg. *et Aprinis* unus Broukh. *Arupinus* Guelff. 1. 4. Brix. cum aliis edd. ante Scal. quod cum Cant. et H. Voss. suadente id Strabone, qui Ἀρουπῖνος dicit, reposuit Bach. *Harapinus* Vat. Ursini; *et Hyrpinas* Scal. rec. *et Arapinis* unus Stat. *Arupinis* Cuj. *Arupinas* malebat Scal. forma, ut Vossius monet, insolita. Pro *armis*

NOTÆ

nus et Strabo Geograph. lib. IV. referunt. Iapydum civitates loco laudato numerat Strabo, inter quas Metulum, Arupinum seu Arupenum, Monettium, et Vendrum ponit.

Fallax Pannonius] Pannonii infidi, rebelles, et fœdifragi, quia nempe fidem datam frangunt, facileque post deditionem rebellant. De populis Pannoniorum et Pannonia agunt pluribus Strabo Geograph. lib. VII. Plin. lib. III. cap. 25. et Appian. de Illyrico, Dio. lib. XLIX. LIV. et LV. Sueton. in Augusto, cap. 21. et in Tiberio cap. 9. et 20. Duplex autem est Pannonia, superior et inferior. Pannonia superior ab occasu Norico, a septemtrione Germania et Istro terminatur; ab oriente habet Pannoniam inferiorem, a meridie Illyrium. Hæc autem Pannoniæ pars hodie Austria, Stiria, Carinthia, et Carniola dicitur, caput habens Viennam, urbem celeberrimam ad Danubium sitam. Pannonia vero inferior, quam totam hodie Hungaria occupat, habet a Borea Germaniam et Danubium, ab occasu Pannoniam superiorem, a meridie Liburniam seu Illyricum, ab ortu Mœsiam, quæ nunc Servia et Bulgaria dicitur.

109 *Alpes*] Montes altissimi Galliam inter et Italiam, quam claudunt a mari infero ad mare superum, qui perpetuis nivibus albescunt.

110 *Testis Arupinas pauper*] Arupinum, sive Arupenum, urbs est Iapydum, quam expugnavit Messala; ubi natum quendam hominem ait Tibullus infimo et pauperrimo loco, qui tamen annosior et senior omnia durissima fortissime perferebat.

Quem si quis videat vetus ut non fregerit ætas,
Terna minus Pyliæ miretur sæcula famæ.
Centum fœcundos Titan revocaverit annos:
Ipse tamen velox celerem super edere corpus
Gaudet equum, validisque sedens moderatur habenis. 115

Arupino, quem si aliquis conspiciat quomodo longa series annorum non debilitarit, minus admiretur tria sæcula Pyliæ laudis. Quamvis enim ex quo senex ille *diuturnæ vitæ tempora percurrit, Titan centum annos fertiles redintegraverit; attamen* ipse *expeditus audet in equum citatum corpus injicere, et* in eo *firmis retinaculis insidet,*

nonnulli habent *arvis*, ut Broukh. 1. 2. 3. Colb. Vat. Heins. 1. Colot. unus Stat. et Rom. In marg. Rheg. ap. Huschk. inter alia hæc leguntur, ‘ Natus ad militem Romanum Messallæ ducis referendum videtur. Lego, *Testis inalpinis te præside* (principe) *natus*.... Melius, *Testis in Alpinis* (h. e. Italicis) *duce te veteranus in armis....puero te natus.*’ Ayrmann. legeret, *Arupinis....in arvis.* ‘ Quod si vera lectio est *Arupinus*, nihil obstat, quo minus versum ita constituamus, *Testis Arupinus pauper sed natus in armis.*’ Huschk.—112 Abest vox *Pyliæ* a cod. Lips. pro *famæ* in Goth. extat *vitæ*. Post hunc versum in nonnullis libris, scil. in Dat. Berol. 2. Angll. 4. 5. Witt. 1. 2. Guarn. Vat. ap. Stat. alio ejusdem, cum ed. pr. min. Bartol. Mur. Stat. Gryph. Basil. et Vulp. 1. legitur hic, *Namque senex longæ peragit dum sæcula vitæ;* in Corv. *Namque senex longæ spargit dum secula famæ.* Hunc versum Editores veteres non admiserunt; certe abest ab ed. pr. maj. Venet. 2. Brix. Rheg. Rom. Vicent. Venett. 1487. 1491. 1493. 1500. 1520. et Ald. 1. ex ed. pr. min. venisse videtur in Ald. 2. Omisit iterum Scaliger, probantibus Broukh. Vulp. et Heyn. Vidit etiam H. Voss. non posse versum admitti, nisi correctum. Igitur substituit *tempora vitæ*. Huschkio spurius videtur.—113 Tres libri *Phœbus* pro *Titan:* Par. *renoverat*, cui simillimum est *revoverat* in Angl. 4. *renovaverat* habent Beroll. 1. 2. 3. Guelf. 3. Witt. 1. 2. unus Broukh. Colb. plerique Stat. Dat. Angll. 1. 2. 3. 5. ed. pr. maj. Venet. 2. Rheg. et Vicent. *renovaverit* cod. Lips. Guelff. 1. 4. tres ap. Voss. ed. pr. min. Bartol. Venett. 1487. 1491. 1493. 1500. 1520. Aldd. Gryph. Mur. Stat. Scal. Broukh. Vulp. Heyn. Voss. &c. *revocaverat* Guelf. 2. Laud. unus Stat. Vat. Heins. 1. Vat. Ursini; *revocaverit* Angl. 2. Florent. et Goth. et sic Wund. in ed. 1. Lips. 1812. et Bach. id etiam Heyn. probasse videtur. Cf. Ovid. Met. VI. 439. Propert. I. 15. 25. Sil. IV. 15. Lucan. I. 599. Gronov. Obss. II. 9. Feam in Proëm. Horat. p. XVII. et Senec. Ep. 93. Solennis autem est librariorum permutatio verborum ‘ renovare ’ et ‘ revocare.’ Vide Oudend. ad Lucan. IV. 204. et Kuin. ad Propert. III. 12. 35. Ceterum intellige ‘ quamvis.’—115 *Audet* Beroll. 1. 2. 3. Par. cod. Lips. Guelff. Corv. Reg. Statiani, omnes Broukh. et Heins. edd. pr. maj. min. Bartol. &c. omnes; *Gandet* ex emend. Heins. receperunt Broukh. et Bauer. et hoc testantur Ask. et Goth. non Berol. 1. ut H. Voss. et Wund. falso nuntiant. *validusque* Broukh. 1. 2. duo Stat. Angl. 2. Guelf. 3. Berol. 2. cod. Lips. et unus H. Voss. *Audet equum: validisque sedet moderatur*

NOTÆ

112 *Pyliæ famæ*] Gloriæ, laudis Nestoreæ. De Pylo Nestoris patria in Peloponneso jam supra pluribus egimus. Celebratur autem Nestor non tantum propter sapientiam, fortitudinem, ceterasque virtutes, quibus excelluit, sed propter ætatis diuturnitatem, utpote qui per tria sæcula vitam produxisse dicatur.

113 *Titan*] Sol, de quo jam supra.

114 *Ipse tamen velox*] Significat Poëta, quod licet ille senex et pauper, effœtus jam esset propter annorum ingentem numerum; facile ta-

Te duce non alias conversus terga domator
Libera Romanæ subjecit colla catenæ.
Nec tamen his contentus eris; majora peractis
Instant; compertum est veracibus ut mihi signis,
Quis Amythaonius nequeat certare Melampus. 120
Nam modo fulgentem Tyrio subtemine vestem
Indueras, oriente die duce fertilis anni:

ut bonus eques. Tuo ductu, non aliter, populus ille equorum domitor cervicem antea liberam Romanis summisit vinculis. Nihilominus ista tibi non sufficient; alia illustriora, quam quæ gessisti, imminent, ut mihi certis exploratum est indiciis, quibus etiam *non possit Melampus Amythaonius repugnare. Recens enim togam filo Tyrio splendentem sumseras, affulgente die felicis anni ductore, ut sol candidior caput*

habenis in ed. pr. maj. eodem modo in Rheg. sed *moderat'*, fortasse pro (*moderat9*) *moderatus;* quod ferri possit. *sedet miratur* cod. Lips. *sedet moderatur* Dat. *sedet moderamen* Angl. 3. *sedens moderatur* ex uno Heins. (Venet. 2.) enotavit Broukh. 'Hæc ceteris probabilior est lectio.' *Huschk.*—116 Exc. Pocc. *domata;* Vat. Heins. 1. et Colot. *comata;* Ayrmann. legebat *donatur;* Heynius, negans, unde poni potuisse 'domatorem' pro 'equorum domitore,' conj. *Dalmata tergum*, quod etiam præcepit Heins. ad Ald. 2. retinens tamen *terga.* Sed cf. Pind. Ol. XIII. 97. *domator* exhibent Witt. 1. 2. Broukh. 1. 2. 3. omnes Stat. Beroll. 1. 2. 3. &c.—117 Ayrman. *et subjecit;* in Sfort. ap. Stat. *subjecit terga.*—118 Abest *eris* a cod. Lips. unus cod. ap. Voss. et ed. pr. min. *erit;* Heins. in Advers. malebat *eas;* uti volebat 'ire,' tanquam elegantius ubique inferre pro 'esse.'—120 *Quis* habent Witt. 1. 2. unus Broukh. omnes Stat. Beroll. 1. 3. &c. in aliis *Queis;* cod. Lips. *Quis amintaonias nequeant;* ed. pr. min. *Quis amichaonius.* — 121 Berol. 1. Par. ed. pr. maj. min. Bartol. Venet. 2. cum aliis *sub tegmine;* Witt. 1. 2. duo Broukh. omnes Stat. Beroll. 3. Guelff. Corv. Reg. cum Brix. et Venett. 1487. 1491. 1493. *subtegmine;* Stat. conj. *subtemine*, quod testatur Vat. Heins. 1. *velamine* Berol. 2. Colb. et unus Broukh.—122 Berol. 3. *duci:* ed.

NOTÆ

men insiliret in equum fortem, ipsumque tenacibus et validis loris regeret et moderaretur.

116 *Domator*] Pro *domitor*, antiquitus dicebant Veteres.

117 *Romanæ colla catenæ*] Imperio Romanorum.

120 *Amythaonius Melampus*] Filius fuit Amythaonis et Doripppes Melampus, Medicus, Augur, et Vates præstantissimus, de quo Hom. Od. Ψ. Virgil. Georg. III. Propert. II. 3. et Statius Theb. III. Is omnium avium voces, ceterorumque animalium intellexit, adeoque auguriis et arte Medica excelluit, ut ipsi templum, festa solennia, et sacrificia, si fides adhibeatur Pausaniæ, fuerint instituta.

121 *Tyrio subtemine*] Vestem purpuream, trama Tyria, seu stamine Tyrio contextam. Apud Tyrum enim, ut sæpe jam dictum est, optima purpura tingebatur, quod etiam ostrum Sarranum dicebatur. Tyrus autem est urbs Phœniciæ ad mare Mediterraneum sita, quam olim Alexander Magnus obsedit, ægreque admodum expugnavit.

122 *Oriente die duce fertilis anni*] Kalendas intelligit Januarias, quæ præ ceteris fuerunt celebres apud Romanos, tum quod novum annum

Splendidior liquidis cum Sol caput extulit undis,
Et fera discordes tenuerunt flamina venti,
Curva nec assuetos egerunt flumina cursus; 125
Quin rapidum placidis etiam mare constitit undis;
Nulla nec aërias volucris perlabitur auras,
Nec quadrupes densas depascitur aspera sylvas,
Quin largita tuis sit muta silentia votis.
Jupiter ipse levi vectus per inania curru 130
Affuit, et cœlo vicinum liquit Olympum,

e mari humido exeruit, et venti invicem dissentientes sævos flatus suos *cohibuerunt, neque amnes flexuosi solitos cursus tenuerunt; immo etiam concitatum æquor cum aquis tranquillis quievit; neque ulla avis* tunc *volavit per levem aërem, neque* etiam *ulla rustica quadrupes opaca nemora detondit: immo tuis optatis omnia dederunt magnum silentium. Jupiter ipse delatus per vacuum aërem velocibus quadrigis interfuit, cœloque propinquum deseruit Olympum, et arrectis auribus sese tuis votis*

Rom. *vertilis:* Par. *annis;* Vat. ap. Stat. *artis;* cod. Lips. *arte.*—123 Florent. ap. Stat. *tum Sol.*—124 Hic et duo seqq. versus absunt a cod. Lips. vs. 126. etiam a Voss. 3. *Et freta* ed. Basil. *dissortes* malebat Heins. —125 Reg. *tenuerunt flumina* ex sup. versu.—126 *Cum rapidum* Reg. in quo vox *undis* erat in litura: *pleidis etiam* Berol. 2. et a marg. *placidis.*—127 *Ulla nec* Par. unus Broukh. novem ap. Stat. Witt. 1. Berol. 2. Corv. et Guelff. cum ed. pr. min. Venet. 2. &c. *Nulla hæc* cod. Lips. et Vat. ap. Stat. unde Statius conj. *Nulla hic.* Vulgatam ex Witt. 2. Broukh. 1. 2. Dat. et Angll. 2. 3. 4. reposuit Broukh. hanc habent etiam Beroll. 2. 3. et Reg. *aëreas* Par. et Beroll. 1. 2. 3.—128 Cod. Lips. et Broukh. 1. *clausas* pro *densas:* Burm. pro *aspera* mavult *hispida.*—129 *Cum* Angl. 1. Reg. Ask. Goth. et ed. Lips. ap. Heyn. *Quum* emendavit Broukh. improbante Huschk. *Quin* Beroll. 1. 2. 3. Guelff. Par. cod. Lips. Voss. 3. cum ed. pr. maj. min. Bartol. et aliis; *multa* pro *muta* Par. cod. Lips. Voss. 3. et ed. pr. min. *muta* ut conj. Heins. exhibent Exc. Perr. Vat. Heins. 1. et ed. pr. maj. 'Sensus est: Nulla nec volucris est, nec quadrupes, quin, id est, quæ non, te vota nuncupante, siluerit. Igitur locus ita legendus est, *Nulla nec....Quin largita tuis sit muta silentia votis.*' Huschk.—130 'Miror neminem hic contactum pruritu corrigendi, *Jupiter ille:* v. ad 1. 4. 23.' *Heyn.*—131 *Defuit* Berol. 2. et a marg. *Affuit,* quod exhibent Witt. 1. 2. Par. edd. pr. maj. min. Bartol. Venet. 2. Brix. (Rheg.) Vicent. &c. *Affluit* in Rheg. nuntiante Heyn. et sic in Berol. 3. et

NOTÆ

aperirent, omniaque opera inchoarent, tum quia tota civitas eo die læto cultu, populusque toga candida indutus, coronisque redimitus, Capitolium ascendebat; novosque Consules magistratum ineuntes illuc comitabatur, ubi solennia pro more sacrificia pro votis Consulum peragebantur. Significat vero Poëta, cum vota illa solennia in Capitolio consulatum iniens Messala susciperet, cœlum, terram, mare, aërem, Deos, omnia animalia, cum magno et alto silentio suas aures precibus ipsius præbuisse.

131 *Vicinum liquit Olympum*] Olympus mons est altissimus, Macedoniam inter et Thessaliam, nubes transcendens: unde sæpius a Poëtis sumitur pro cœlo, et Jovis Deorumque domi-

Intentaque tuis precibus se præbuit aure;
Cunctaque veraci capite annuit. Abditus aris
Lætior eluxit structos super ignis acervos.
Quin, hortante Deo, magnis insistere rebus 135
Incipe; non idem tibi sint aliisque triumphi.
Non te vicino remorabitur obvia Marte
Gallia, nec latis audax Hispania terris;

applicuit, et omnia nutu capitis sincero annuit. Ignis altaribus suppositus emicuit prosperior supra congestos lignorum cumulos. Immo etiam, impellente Deo, illustria facta urgere quamprimum aggredere; non hujusmodi triumphi tibi sint, qui ceteris contigerunt. Nec Gallia tibi occurrens proximo Marte te retardabit, neque ferox

Dat. quod probabat Burm. *lucinum* in cod. Lips. Voss. 3. librariorum lapsu pro *vicinum:* Berol. 2. et cod. Lips. *linquit.*—132 Reg. Berol. 2. Goth. et Voss. 4. *suis precibus:* Zwic. 1. *auræ,* quod singulari consensu habet etiam Vicent. Cf. Ovid. ex Pont. IV. 4. 35.—133 *Cunctaque v. c. annuit abditus aris* Berol. 1. unus Broukh. Florent. Goth. ed. pr. min. Bartol. Rom. &c. *abditus auris* conj. Heyn. ' Hæc (*Abditus aris)* vera videtur lectio. *Lætior aris eluxit super structos acervos* (super victimæ partes, aræ impositas) *abditus* ante, languidus, *ignis.* Cf. Val. Flac. I. 204.' *Huschk.* Vulg. *additus* habent omnes Angll. Beroll. 1. 3. Exc. Lips. Witt. 1. unus Broukh. novem ap. Stat. ed. pr. maj. Venet. 2. Brix. Rheg. Vicent. Lips. Venett. 1487. 1491. 1493. et Aldd. —134 *Purior eluxit* Beroll. 1. 3. Exc. Lips. Witt. 2. unus Broukh. Colb. Exc. Pocc. et Perr. Vatt. Heins. 1. 2. Colot. Dat. Angl. 3. Reg. Guelff. 1. 4. Guelf. 2. a m. sec. Corv. ed. pr. min. Bartol. Venet. 2. Brix. Rheg. Rom. Lips. et Venett. 1487. 1491. 1493. 1500. *Lætior* ed. pr. maj. Vicent. Aldd. et recentt. quod exhibent etiam Exc. Lips. Witt. 1. duo Broukh. et Par. *Latior* Laud. et Angl. 2. *Lectior* Berol. 2. *Litior eduxit fructus* Angl. 1. *Licior* cod. Lips. Mattius e suo libro probabat, *Purior elusit substratos ignis acervos.* Dat. et Berol. 1. *stratos* pro *structos;* Berol. 3. *stratos sub.* Abest totus versus a Bern.—136 *Incipe nunc idem: tibi sunt aliisqs triumphis* cod. Lips. ed. pr. maj. Venet. 2. et Rheg. *Incipe nunc idem: tibi sunt.... triumphi* Witt. 1. 2. Reg. Guelf. 1. a m. sec. Vicent. *nunc* habent etiam Colb. Beroll. 1. 2. 3. Exc. Pocc. Statiani, Dat. Vat. Heins. 2. et Angll. *sunt* Beroll. 1. 3. et ed. pr. min. *nunc idem tibi sint* Berol. 2. *non idem tibi sint....triumphi* diserte in Guelf. 3. Par. Bartol. an. 1472. et Ald. 1. In marg. Rheg. notatur: ' Vulgo, *non iidem tibi sint aliisque triumphi.* Ex Mss. nihil affertur. *Dii tibi nunc sunt iidem, ac aliis triumphis.* Horat. ' Non tibi sunt integra lintea, Non Dii.' Favent sequentia.' *triumphis* Angl. 1. ed. Lips. ap. Heyn. et Rom.—138 Beroll. 1. 3.

NOTÆ

cilio; sed hic pro monte accipitur, qui dicitur vicinus cœlo propter immensam altitudinem.

133 *Capite annuit*] Deorum Regumque sanctitas majestasque exigit, ut motu capitis, seu nutu, voluntatem indicent suam, significentque se rata habere et probare vota ipsis nuncupata.

137 *Vicino obvia Marte*] Deus Mars, belli præses, hic pro bello sumitur.

138 *Gallia*] Vidimus supra I. 7. Messalam in Gallia gessisse bellum, et inde triumphum reportasse: ' Non sine te est mihi partus honos, Tarbella Pyrene Testis.'

Audax Hispania] Vasta ad Occidentem et Meridiem Europæ pro-

Nec fera Theræo tellus obsessa colono;
Nec qua vel Nilus, vel regia lympha Choaspes 140

vastis campis Hispania, neque terra barbara Tyrio agricolæ possessa: neque illa regio, *per quam Nilus*, neque illa per quam *Choaspes regalis aqua delabitur, vel*

Witt. 2. et Dat. *avidas Hispania terras.*—139 Par. *tetero;* cod. Lips. et Broukh. 1. *tyreno;* Witt. 1. 2. Broukh. 2. 3. Angll. 3. 4. 5. Sfort. unus Stat. Laud. Guelf. 3. Scal. rec. Berol. 2. ed. pr. maj. Venet. 2. et Rheg. *tetereo;* Cuj. *te tereo;* Reg. et ed. Lips. ap. Heyn. *teterio;* Guelf. 4. Angl. 5. a m. sec. et Brix. *tereo;* Vat. ap. Stat. *terreno;* Florent. ap. ejusdem *Threicio;* Dat. et Beroll. 1. 3. *tartareo;* Aldus dedit *rhetæo,* quod recepit Stat. ex *tetereo,* vel *te tereo* Scal. formavit *te Tyrio;* at *te tyrio* longe ante extitit in Bartol. ejusdem anni (1472.) cum edd. pr. maj. et min. Sed veram lect. expressit jam Calpurnius in Vicent. eandemque probavit et docte explicuit Cyllenius *thereo,* i. e. *Theræo.* Hoc testantur Guelf. 1. et Exc. Perr. *possessa colono* Guelff. 1. 4. cum edd. Rom. et Venett. 1487. 1491. 1493. et sic legebat Heins.—140 Unus Broukh. *nympha:* Beroll. 1. 2. 3. Broukh. 1. 2. 3. Witt. 1. 2. Exc. Scal. Reg. cod. Lips. Ald. 2. Plant. et Gryph. 1573. *Diaspes;* ed. pr. min. *dyaspes;* Angl. 1. *Driaspes;* ed. pr. maj. Venet. 2. Lips. ap. Heyn. et Rheg. *Dryaspes;* Guelf. 4. Brix. *Coaspes;* Vicent. *Coaspis;* Angl. 2. *Hiaspes;* Guelf. 3. *Deiaspes;* Rom. *Cohaspes;* Guelff. 1. 2. Par. alii boni libri, etiam Bartol. cum Venett. 1487. 1491. 1493. 1500. 1520. et Ald. 1. veram exhibent lect.

NOTÆ

vincia, ab Africa freto Gaditano et mari Mediterraneo sejuncta, undique mari cincta, nisi qua spectat Galliam, a qua Pyrenæis montibus ad Septemtrionem separatur.

139 *Theræo tellus obsessa colono*] Alii legunt, *possessa.* Africam sine dubio innuit, quam coloni e Tyro profecti Reginam Didonem secuti incoluerunt, Carthaginemque condiderunt; ut ex Virgilio notius est, quam ut nunc referri debeat.

140 *Nilus*] Ægypti fluvius, a Nilo rege sic dictus, unusque e majoribus orbis fluviis; qui, in extrema Africa ad Austrum ortus non longe ab Oceano, peragratis multis vastisque regionibus in terram se condit; unde post viginti dierum et amplius iter erumpens per immensa Africæ deserta in Æthiopiam fluit, quam mediam secat, tandemque per immensa itinera in Ægyptum delabitur, quam fœcundat, septemque in Mediterraneum mare ostiis immensas aquarum moles effundit. Significat autem Tibullus bellum Ægyptium, quod confectum est ab Augusto, Alexandria capta, Ægyptoque in Provinciæ formam redacta, non remoraturum Messalam, qui in eo etiam bello suas partes habuerat, ut canit ejusdem comes ipse Tibullus I. 7. 23. 'Nile pater, quanam possum te dicere causa, Aut quibus in terris occuluisse caput. Te propter nullos tellus tua postulat imbres.'

Regia lympha Choaspes] Fluvius est Choaspes Medorum et Persarum, qui apud Uxios ortus urbem Susa alluit, et ad Persidis fines in Tigrim influit. Hujus fluminis aqua tantæ dulcedinis esse dicitur, ut non solum Persarum, sed vicini etiam Reges alia ad potum non utantur, et quocumque peregrinantur eam secum ferri jubeant. Unde dicitur *regia lympha.* De hoc fluvio vide Herodot. lib. I. Plin. lib. XXX. cap. 27. et lib. XXXI. cap. 3. Solin. cap. 41. Ælian. Plutarch. in Artaxerxe, et Strab. lib. XV.

Profluit, aut rapidus, Cyri dementia, Gyndes
Radit Arectæos haud una per ostia campos;

violentus Gyndes amentia Cyri currit, vel aqua percommoda agris Arectæis calet;

quam revocavit Scal. Cf. Herod. I. 188. et Plin. H. N. III. 31.—141 *Cyrus* Guelf. 3. *cirri dementia cidnus* Berol. 2. *cidnus* etiam in Berol. 3. Witt. 2. et Bronkh. 2. 3. *ridnus* Berol. 1. *cirri dementia cydnus* ed. pr. min. et Bartol. *Cyri dementia Cyrus* Bronkh. 1. *cyri dementia cyrus*, vel *tyrus*, cod. Lips. *Cyri dementia Cydnus* Witt. 1. Laud. Exc. Pocc. Par. omnes Stat. Vat. Heins. 1. 2. Angll. 1. 2. 3. 5. ed. pr. maj. Venet. 2. et Rheg. *Cyri dementia Gindes* Guelff. 1. 4. Rom. et Aldd. *Gyndes* in Vicent. et Venett. 1487. 1491. 1493. 1500. 1520. Cf. Herod. I. 189. et V. 52.—142 Hunc et tres seqq. versus diverso ordine in libris suis legisse videtur Cyllenius, si fides habenda est Commen-

NOTÆ

141 *Cyri dementia, Gyndes*] Gyndes fluvius est Asiæ ex Mantienis montibus, unde etiam Araxes fluit, originem ducens, per Persas et Medos et urbem Opin in Tigrim delabitur. Hunc Seneca lib. III. de Ira circa Babyloniam, Ammianus in Media ponit; apud Tacitum Anual. XI. Dahas Ariosque disterminat. Dicitur porro *Cyri dementia*, quod cum Cyrus Persarum Rex ad bellum festinans, alii volunt contra Babylonios, alii contra Tomyrin Scytharum Reginam, Gyndem late effusum amnem vado transire tentaret, unusque ex equis, qui reginm currum trahebant, abreptus esset summersusque, Cyrus indignatus, dimisso belli consilio et apparatu, intermissoque itinere, totam illam æstatem numerosumque exercitum exhauriendo flumine, et in trecentos et sexaginta rivos, ut cuilibet etiam mulierculæ esset permeabile, dispergendo contriverit. Historiam refert hujus rei Herod. lib. I. eandemque narrat Seneca verbis exquisitissimis de Ira lib. III. cap. 21. 'Cyrus cum Babylonem expugnaturus festinaret ad bellum, cujus maxima momenta in occasionibus sunt, Gyndem late fusum amnem vado transire tentavit, quod vix tutum est etiam dum sensit æstatem, et ad minimum deductus est. Ibi unus ex his equis, qui trahere regium currum albi solebant, abreptus vehementer commovit regem. Juravit ergo amnem illum, regiis equis commeatum auferentem, eo se redacturum, ut transiri calcarique etiam fœminis posset. Huc deinde omnem transtulit belli apparatum, et tamdiu assedit operi, donec centum et octoginta canaliculis divisum alveum in trecentos et sexaginta rivos dispergeret, et siccum relinqueret, in diversum fluentibus aquis. Periit itaque et tempus, et magna in magnis rebus jactura, et militum ardor, quem inutilis labor fregit, et occasio aggrediendi imparatos, dum ille bellum indictum hosti cum flumine gerit.'

142 *Arectæos haud una per ostia campos* [*Arectæis aut unda perhospita campis*] Alii legunt, *Cretæis ardens aut unda Carystia campis*. Quo sensu, non meum puto divinare. Legendum forte est, *Aractæis campis*. Regio est enim in Babylonia Artacene dicta, mendose forsan, pro Aractene, unde Aractæi sive Arectæi campi. In ea sane regione referunt Strabo lib. XVI. et Plin. lib. II. esse fontes et lacus ardentes. Hæc sunt verba Strabonis: 'Regio ipsa [in qua Arbela] Artacena dicitur. Circa Arbela est urbs Demetrias. Post fons, qui naphthæ scatebras habet et ignes.' Plin. vero

Nec qua regna vago Tomyris finivit Araxe;
Impia vel sævis celebrans convivia mensis.
Ultima vicinus Phœbo tenet arva Padæus; 145
Quaque Hebrus Tanaisque Getas rigat atque Mosynos.

neque illa *qua Tomyris terminos imperii conclusit Araxe rapido; neque* ea terrarum *pars qua Padæus Phœbo proximus instruens nefarias epulas crudelibus mensis occupat extremas terras; nec* ea *per quam fluens Hebrus et Tanuis Getas et Mosy-*

tario, ubi ita recensentur, *Impia nec sævis, &c. Ultima vicinus, &c. Nec qua, &c. Creteis ardet aut unda carystia campis.* Ed. pr. maj. et Rheg. *Cretæis ardens: aut nuda caristia campis;* cod. Lips. Par. Venet. 2. et Brix. *Cretæis ardet aut unda caristiu campis;* Guelff. 1. 2. 3. 4. ed. pr. min. Bartol. et Aldd. *Cretæis ardens aut unda Caystria campis;* Berol. 1. *Creteis ardēt aut unda caristia campis;* Berol. 2. *Cretheis ardent, &c.* ut Berol. 1. *Cretheis ardet,* (*&c.* ut Berol. 1.) in Berol. 3. Broukh. 1. 2. 3. Witt. 1. 2. Laud. Statianis, Vicent. et Venett. *Caristia* habent etiam Dat. et Colot. *Carysia* Vat. Heins. 1. *Caistria* Angl. 1. *Charistia* Angl. 2. Ab his omnibus prorsus discedit Cuj. *Ardet Arecteis aut unda perhospita campis,* quod reposuit Scal. eumque secuti sunt Dous. Passer. Cant. alii; Heins. emend. *Radit Arectæos haud una per ostia campos,* quod receperunt Broukh. Bach, aliique: Heins. principio emendabat, ut etiam Scaliger maluerat, *Ardet Arecteos aut unda per hospita campos;* pro quo Heyn. conj. *unda parum hospita:* idem Heins. tentabat etiam et *tardet* et *ter hospita;* Ausonius Pompa, *Ardet Arectæis unda par hospita campis;* Salmas. ad Solin. p. 840. *Ardet Areccæis aut unda perhospita campis:* H. Voss. de conj. edidit, *Darnæos radens haud una per ostia campos.* ‘ Ego ab hoc ulcere manum abstineo. Margo Rheg. ‘ *Cessæis* (Val. Flac. VI. 130.) *Coastria.* Lucan. III. 246.’ *Huschk.*—143 *Nec quæ* Scheff. *Tamyris* Reg. Broukh. 1. omnes Stat. Dat. et Rheg. *Tamiris* Par. Witt. 1. 2. Laud. Exc. Pocc. et Broukh. 2. 3. Laud. Beroll. 1. 2. 3. et Angl. 3. huic simillimum est *Camiris* in Angll. 3. 4. ut et *Tamirix* Angl. 1. *Thamiris* exhibent Colb. ed. pr. min. et Bartol. *thamyris* ed. pr. maj. *Tanais* Exc. Lips. *Tomiris* Aldd. *Tomyris* Venet. 2. Brix. et Venett. 1487. 1491. 1493. 1500. 1520.—144 *Nec pia qui* Carrio ad Val. Flac. VI. 750. *Impia vel* Schrad. ap. Voss. quod reposuit H. Voss. idque testatur Monac. *Impia nec* codd. et edd. omnes.—145 *Ultima vicinis* Berol. 3. Cod. Lips. Berol. 1. a marg. Guelf. 3. aliique ap. Heyn. *Pacheus;* Witt. 1. Broukh. 1. edd. pr. maj. et min. Venet. 2. et Rheg. *Pachæus;* Colb. *Phaveus;* Angl. 2. *Padetus;* Angl. 4. *Padeis;* Angl. 5. *Patheus,* vel *Padeus;* Vicent. *bacchæus;* Witt. 2. Reg. et Berol. 1. 2. 3.—146 Vocem *Hebrus,* quod testantur Beroll. 1. 2. 3.

NOTÆ

loco citato hæc habet: ‘ Campus Babyloniæ flagrat quadam veluti piscina jugeri magnitudine bituminis.’

143 *Tomyris finivit Araxe*] Tomyris Massagetarum seu Scytharum Regina, quæ ut filii necem ulcisceretur Cyrum vicit et occidit, ipsiusque caput in utrem sanguine humano plenum conjecit cum hac exprobratione: ‘ Satia te sanguine humano, quem tantopere sitisti.’

Araxe] Araxes fluvius Armeniæ, ex eodem monte ex quo Euphrates nascens, contrario tamen cursu ad Orientem primo, deinde ad Septemtrionem currens, in mare Caspium devolvitur. Super hunc licet rapidissimum pontes Alexander Magnus et Augustus Cæsar fecerunt.

145 *Padæus*] Padæi Indiæ sunt populi ad ultimum Orientem siti, Anthropophagi, qui ægrotantibus antequam moriantur vescuntur. Vide Herod. in Thalia. Alii malunt legere, *Sabæus.*

146 *Quaque Hebrus*] Fluvius est

Quid moror? Oceanus ponto qua continet orbem,
Nulla tibi adversis regio sese offeret armis.
Te manet invictus Romano Marte Britannus,

nos alluit. Sed *quid moror? Quacumque mari mundum cingit Oceanus, nulla natio sese tibi armis contrariis opponet. Te expectat Britannus hactenus Marte Romano*

Guelff. 1. 2. 3. 4. Reg. Corv. Par. ceterique omnes, cum edd. pr. maj. min. Bartol. Venet. 2. Brix. Rheg. Vicent. Venett. Aldd. &c. expulit Broukh. quærens quid Hebro Thraciæ fluvio cum Getis? *Histrus* ergo reposuit; et Heyn. *Istrus.* At teste Dion. LI. Getæ ad montem usque Hæmum pertinebant; et, cum olim montem Rhodopæum habitassent, factum est, ut Hebrus, memoratis Getis, tanquam eorum fluvius diceretur. Vide Senec. Herc. Œt. 1041. et alia loca, quæ H. Voss. ad Tibullum German. apposuit. Abeant igitur Broukhusii *Histrus,* et Heynii *Istrus.* In ed. pr. min. *rigat* deest; hoc habent ed. pr. maj. et Bartol. ergo edd. Bartol. et pr. min. diversæ sunt inter se, ut sæpe antea demonstravimus. Pro *Mosynos,* (quod testantur Par. et Vat. Ursini,) cod. Lips. habet *mros,* i. e. *magistros,* ut in duobus Stat. sive *magiros,* ut in Broukh. 1. sive *Magaros,* ut in Laud. et Angl. 2. *mgras* Berol. 1. i. e. *magistras,* ut in Dat. et Berol. 3. *magīos* Berol. 2. i. e. *maginos,* ut in Witt. 1. 2. tribus Stat. Guelff. 1. 2. 4. uno Broukh. Guelf. 3. a marg. Scal. rec. Angll. 4. 5. Berol. 1. a marg. ed. pr. min. Bartol. Vicent. et Venett. 1487. 1491. 1493. et Aldd. Scal. e suo reposuit *Magynos,* quod Reg. et unus Palat. exhibent: marg. Rheg. ap. Huschk. offert etiam *Gelonos;* et hoc reposuit H. Voss. *Mosinos* unus Broukh. nonnulli Stat. Venet. 2. et Rheg.—147 *Quis* cod. Lips. et Voss. 1. Lips. etiam habet *opia,* quam 'vocem inexplicabilem' vocat Huschkius; sed obvium est unde error, si antiquos charact. respicias; binæ literæ *q* partes non bene junctæ erant in membranis, et sic ex hujus posteriore et priore parte literæ *u* conflatum est *p.* Duo ap. Broukh. *orbes* pro *orbem.*—148 Cod. Lips. *regno:* unus Palat. *efferet;* alter *afferet;*

NOTÆ

Thraciæ ex Rhodope monte nascens, aureas volvens arenas, qui e regione Samothraciæ Insulæ in mare Ægæum sese exonerat.

Tanaisque] Fluvius est Scythiæ, qui e montibus Riphæis ortus, Asiam dividit ab Europa, et a Septemtrione in Meridiem fluens in paludem Mæotim sese effundit. Vide Strab. lib. x.

Getas rigat] Getæ populi sunt Europæ ad Pontum Euxinum et Tanaim siti. Nonnulli eosdem Dacos et Gothos vocari volunt. Apud Getas exulavit Ovidius Poëta, in urbe Tomis, quam nunc volunt vocari *Themisuvar.* Getarum regionem nunc occupant *Walachia* et *Moldavia, &c.*

Atque Mosynos [*Magynos*] Magyni seu Magini populi Scytharum gens circa Tanaim, qui hodie vocantur, *les petits Tartares.* Hos vocarunt Hebræi 'Magog,' sicut Getas, vocarunt 'Gog.'

149 *Romano Marte Britannus*] Romanis armis nondum subactus Britannus. Britanni incolæ sunt Insulæ Britanniæ, in Oceano occidentali sitæ, et ad Boream protensæ; qui quidem nondum Augusti Cæsaris ætate a Romanis penitus fuerant devicti, licet a Julio Cæsare fuissent antea jam tentati. Claudius vero Imperator primus Romanorum eos suæ ditionis fecit, ut refert Seneca Tragicus in Octavia: 'Modo cui totus paruit orbis Ultra Oceanum; cuique Britanni Terga dedere, Ducibus nostris ante ignoti, Jurisque sui.' Et paulo post: 'En qui Britannis primus imposuit jugum.'

Teque interjecto mundi pars altera sole. 150
Nam circumfuso considit in aëre tellus,
Et quinque in partes toto disponitur orbe:

invictus, et alia mundi interposito sole portio. Terra enim stat in aëre ipsam ambiente, universus nimirum terrarum globus in quinque portiones distinguitur, quarum

Vicent. *effert;* Par. *se offerret in armis.*—151 Beroll. 1. 2. 3. Goth. Par. Guelff. Corv. Reg. alii, cum edd. omnibus ante Broukh. *consistit,* qui ex emend. Heinsii reposuit *considit;* hoc confirmat Ask. *constetit* cod. Lips. *consistet* Venett. 1491. 1493. *pendebat* Scal. rec. et Voss. 3. Heynius in Obss. tuetur *consistit,* capiens verbum de situ et loco, qui terræ assignatus est. Vide Martin. Cap. VI. Heins. ad Ovid. Fast. I. 109. et v. 13.—152 Par. Colb. Guelf. 1. Bartol. Rom. Venett. 1487. 1491. 1493. 1500. Ald. 1. et Mur. *totus d. orbis;* Ald. 2. *totos d. orbes;* ed. pr. min. *totus d. orbe;* sed lect. nostram, quam revocarunt Stat. et Scal. testantur Reg. Corv. Guelff. 2. 3. Beroll. 1. 2. 3. omnes ap. H. Voss. Broukh. 1. 2. 3. Witt. 1. 2. Laud. Scal. rec. Cuj. Dat. Angll. 1. 2. 3. 4. ed. pr. maj. Venet. 2. Rheg. Lips. ap. Heyn. et Vicent. Vide Werns-

NOTÆ

150 *Mundi pars altera*] An intelligit Antipodas, seu alterum Hemisphærium? de quo supra dixit: 'Sive supra terras Phœbus, seu currerat infra.' An intelligit terram aliam a nostro continenti divisam, et toto summotam Oceano? ut dixit Virgil. 'Toto divisos orbe Britannos.'

Interjecto sole] Quasi transiturus esset Messala per Zonam torridam, quam Sol semper insistit, atque interposito Sole Zonam alteram temperatam nostræ huic oppositæ debellaturus, victoriisque et triumphis illustraturus.

151 *Circumfuso considit in aëre tellus*] Terra in centro mundi posita undique aëre ambitur. Cic. de Nat. Deor. lib. II. 'Terra in media mundi parte sita est, circumfusa undique hac amabili spirabilique natura, cui nomen est aër.' Claudian. de Quarto Consul. Honor. 'Et qui perpetuo terras ambitque vehitque, Nec premat incumbens oneri, nec cesserit aër.'

152 *Quinque in partes*] Ab aëris terram ambientis temperie in quinque zonas orbis dividitur, quas Latini 'cingulos,' 'fascias,' 'plagas,' 'circulos' vocant. Aër vel est frigidus, vel temperatus, vel æstuosus, seu calidus. Æstuosus est in ea plaga quam Sol semper insistit, utpote quam duo Tropici, Cancri scilicet et Capricorni, intercludunt, quæque gradibus 47. comprehenditur. Illaque terræ plaga dicitur Zona torrida, utpote quæ semper Solis ardore torretur. Zona temperata ea est in qua aër est temperatus, et 'mista cum frigore flamma,' et ad quam Sol ita non accedit, ut jugiter torreatur, nec etiam perpetuo gelu rigeat. Ea autem terræ pars seu Zona duplex est, altera Septemtrionalis, quæ est nostra, altera Australis. Septemtrionalis, quæ et nostra, a Tropico Cancri, seu Solstitio Æstivo ad parallelum 67. Boream versus, seu Circulum polarem Arcticum extenditur. Australis seu Meridionalis, nostræ opposita, ad Austrum Tropico Capricorni, seu Solstitio hyemali, et Circulo polari Antarctico, seu parallelo 67. Meridiem versus, claditur. Utraque tamen non æquabiliter temperata est, sed vel frigidior, vel calidior est, prout propius, vel longius a Tropico recedit. Adi Ma-

Atque duæ gelido vastantur frigore semper.
Illic et densa tellus absconditur umbra,
Et nulla incepto perlabitur unda liquore, 155
Sed durata riget densam in glaciemque nivemque ;
Quippe ubi non unquam Titan superingerit ortus.

duæ rigido algore incultæ sunt, ibique terra opacis tenebris tegitur, nullaque aqua inchoato latice profluit, at constricta concrescit in gelu durum, et nivem opacam.

dorf. Poëtt. Latt. Min. T. v. P. III. p. 1403.—153 Cod. Lips. et Vicent. *gelide;* Zwic. 1. *gelidæ.*—154. 155 Hos versus Wakef. ad Lucr. III. 1055. ita emendat, *Illic extensa tellus absconditur umbra, Et nulla incerto perlabitur unda liquore:* addens, 'In primo versu libri habent, *et densa*, sed *densam* statim sequitur.' Vide Hom. Il. Π. 567. Od. Ψ. 243. Orph. Argon. 121. Horat. I. Epist. 5. 11. et Stat. I. Sylv. 3. 19. 'Sed repetitio vocis *densa* non persuadet, primo loco legendum esse *extensa.* Nec video, quare Wakef. lectionem *incepto* longe longeque ineptissimam dicat, eique substituat, quod dudum præceperat Guyetus, *incerto.* Illud bene jam Passer. explicuit.' *Huschk. Et multo in repto* Berol. 3. *Et nullo inrepto* Dat. *Et nulla in cæpto* Broukh. 1. —156 Reg. *densa* pro (*densā*) *densam.* Cf. Fracast. Syphill. I. 137.—157 *Quippe ubi* Par. cod. Lips. Beroll. 1. 2. 3. omnes Heins. et Broukh. Guelff. 2. 3. Corv. Reg. Florent. unus Stat. alii, cum edd. pr. maj. min. Bartol. Venet. 2. Brix. Rheg. Vicent. Lips. &c. *Quippe ibi* Guelff. 1. 4. Sfort. Vat. et Marcel. ap. Stat. Rom. Brix. ap. Broukh. Venett. 1487. 1491. 1493. et Aldd. *ubi* revocavit Statius: cod. Lips. *non nom titam superegerit orbe; nonnunquam* in nonnullis ante Mur. *superegerit*, vel *super egerit*, Beroll. 1. 2. 3. Guelff. 2. 3. Corv. Scal. rec. et vet. Cuj. Reg. Angll. 1. 2. 3. 4. 5. septem ap. H. Voss. Sfort. Vat. ap. Stat. Marcil. ap. eundem, ed. pr. min. Bartol. Rom. Dous.

NOTÆ

crob. lib. II. in Somn. Scipionis cap. 7. Frigida denique Zona dicitur ea terræ plaga, quæ perpetuo gelu riget, et jugi frigore premitur, utpote quæ longissime abest a Sole, Circulo polari, seu parallelo 67. seu gradu latitudinis 66. sub polis utrimque comprehensa. Duplex autem hæc etiam est, Arctoa, seu Septemtrionalis, sub polo Septemtrionali, seu Arctico sita; Meridionalis altera, seu Australis, quæ sub Polo Antarctico seu Meridionali, vel Australi, iisdem latitudinis gradibus, a parallelo nempe 67. clauditur. Virgil. Georg. I. 'Quinque tenent cœlum zonæ, quarum una corusco Semper Sole rubens, et torrida semper ab igni; Quam circum extremæ dextra lævaque trahuntur, Cœrulea glacie concretæ atque imbribus atris. Has inter mediamque duæ mortalibus ægris Munere concessæ Divum.' Vide etiam Ovid. Met. I.

154 *Tellus absconditur umbra*] Perpetuis caliginibus, et æterno frigore premuntur zonæ polares ambæ, vixque ad eas Solis radii perveniunt, unde et incultæ et inhabitabiles. Virgil. Georg. III. 'Tum Sol pallentes haud unquam discutit umbras, Nec cum invectus equis altum petit æthera, nec cum Præcipitem Oceani rubro lavit æquore currum.'

155 *Incepto liquore*] Significat vi frigoris fluvios non habere sibi naturalem cursum, sed simul ac fluere et manare incipit, aquam in glaciem et gelu concrescere, ut versu sequenti declarat.

At media est Phœbi semper subjecta calori,
Seu propior terris æstivum fertur in orbem,
Seu celer hybernas properat decurrere luces. 160
Non ergo presso tellus consurgit aratro,
Nec frugem segetes præbent, nec pabula terræ.

Nam illic nunquam Titan exoritur; sed media jugiter ardoribus Phœbi subjacet, sive telluri vicinior decurrit in æstivalem circulum, sive rapidus festinat hyemales dies emetiri. Haud itaque ibi *terra excitatur adunco vomere; neque messem sata*

Passer. et Cant. quod (*superegerit*) reposuerunt H. Voss. et Bach, favente Heynio, qui dicit, 'quasi sol versus polos non ascendere et eniti possit, quippe cum ibi mundus consurgat. Georg. I. 241.' Vulg. *superingerit*, i. e. oriendo radios caloremque superinfundit, ut expl. Forcellinus, testantur Par. Florent. Guelff. 1. 4. unus Broukh. alii, cum ed. pr. maj. Venet. 2. Brix. Rheg. et Venett.—159 *Seu proprior* Guelf. 1. Par. Berol. 3. et Berol. 1. a m. sec. *terras* in Angl. 2. et cod. Lips. probante Heyn. Vide Gronov. ad Liv. XXII. 40.—160 Ed. pr. maj. Rheg. Vicent. et inde ab Ald. 1. *properat decurrere luces;* et sic in Beroll. 1. 2. 3. cod. Lips. Par. et Guelff. 2. 3. *properet decurrere noctes* Sfort. ap. Stat. *properat deducere noctes* Colot. *properat decurrere noctes* Angl. 5. *properet deducere noctes* Guelff. 1. 4. Rom. Brix. et Venett. 1487. 1491. 1493. *properet decurrere luces* ed. pr. min. et Bartol. Ceterum Wakef. hos vs. 157-160. mutato ordine ita legendos censet, *Quippe ubi, &c. Seu propior, &c. Seu celer, &c. At media est Phœbi, &c.* Hoc valde placet, inquit Huschk. vel propter similem orationis structuram vs. 65. de Cimmeriis. —161 *Non igitur* Cuj. *Non ullo* Angl. 2. *exurgit*, vel *exsurgit*, cod. Lips. Par. Witt. 1. 2. duo Broukh. Colb. Laud. Florent. ap. Stat. Marcil. et aliis ap. eundem, Palat. 6. Cuj. Dat. Vat. Heins. 1. Angll. 1. 2. 3. 4. 5. Beroll. 2. 3. Guelf. 4. Corv. plerique ap. H. Voss. duo Zwicc. ed. pr. min. Venet. 2. Rheg. Brix. Vicent. &c. quod, præeunte H. Voss., restituit Bach; *exurget* Berol. 1. *exivit* unus Broukh. *consurgit* Reg. Guelff. 1. 2. 3. (alii, narrante Huschk.) cum ed. pr. maj. Bartol. Rom. Venett. 1491. 1493. 1500. 1520. et Aldd. Cf. Plin. Epist. v. 6. 10. Virg. Georg. I. 97. Pind. Pyth. IV. 405. et Hom. Od. Σ. 373.—162 Berol. 3. *segetem:* Witt. 2. Dat. Broukh. 1. Exc. Pocc. Angl. 3. Corv. Guelf. 2. Berol. 3. Rheg. et Vicent. *neque;* Par. cod. Lips. Guelff. 1. 3. 4. Reg. Beroll. 1. 2. alii, cum edd. pr. maj. min. Bartol. et Venet. 2. *nec.* 'Alio hic sensu *pabula* et *terræ* ponuntur quam ap. Virg. Georg. I. 86. ubi 'terræ' sunt, quas Hesiod. Op. et D. 461. ἄρουραι dicit. E contrario ap. Tibull. *terræ* proprie sumendæ sunt pro tellure, quæ *pabula* non præbet.

NOTÆ

159 *Æstivum fertur in orbem*] Orbis æstivus est spatium illud, quod Sol in orbem eundo tempore æstatis, cum ad solstitium Cancri volvitur, decurrit: unde proprie orbis æstivus idem est quod æstas.

162 *Nec frugem segetes præbent*] Zonam torridam penitus esse desertam et incultam, sed omnibus animalibus inhospitam et inhabitabilem Veteres crediderunt; unde nec frumenta nec fructus, nec herbas aut aliquid aliud ibidem nasci posse crediderunt: sed eos turpiter errasse posteriora tempora prodiderunt; cum et fructus ibidem optimos, fœcundissimasque fruges, plurimaque animalia, et herbas nasci, populosque innumerabiles subjectas zonæ torridæ regiones etiam incolere compertum sit et exploratum.

Non illic colit arva Deus Bacchusve, Ceresve,
Nulla nec exustas habitant animalia partes.
Fertilis hanc inter posita est, interque rigentes, 165
Nostraque, et huic adversa solo pars altera nostro;
Quas similes utrimque tenens vicinia cœli
Temperat, alter et alterius vires necat aër.
Hinc placidus nobis per tempora vertitur annus.
Hinc et colla jugo didicit summittere taurus, 170

afferunt, neque ullas *herbas agri. Nullus ibi Deus agros exercet, neque est ibi Ceres, nec Bacchus, neque* ulla *animalia torridas illas plagas incolunt. Inter istam et duas frigidas sita est* Zona *temperata nostra, et alia huic nostræ Zonæ opposita, quas ex utraque parte æqualis vicinitas cœli complectens moderatur; et alter aër alterius robur frangit. Inde nobis annus per* quatuor *tempestates agitur. Hac in regione bos assuevit cervices jugo subjicere, flexilisque vinea consurgere ad sublimia*

Lectio sana; cui quis substituat *tesqua?'* Huschk.—164 *Ulla nec* Colb. et ed. pr. min. *Nulla nec* in aliis omnibus codd. et edd. Sicut ap. Græcos duæ negationes interdum fortiter affirmant (Boeckh. ad Pind. Ol. XIII. 29. p. 418.) ita eædem ap. Lat. interdum fortiter negant sine repetitione illa. Vide Non. Marcell. XII. 54. Terent. And. I. 2. 34. Mur. ad Catull. IV. 4. et quos laudat Duker. ad Flor. III. 17. 9. H. Voss. de conj. edidit *Nulla per exustas*, offensus non solum duabus illis negativis, sed etiam sono ingrato syll. *nec ex.* Sed vide Propert. I. 20. 14. III. 9. 8. et Virg. Æn. V. 669. 781.—165 Conjungunt Par. edd. pr. maj. et min. *interposita:* Witt. 1. 2. Broukh. 2. 3. duo Stat. Laud. Reg. Scal. rec. Guarner. Beroll. 1. 3. Dat. Angll. 2. 3. 4. 5. ed. pr. min. Bartol. Venct. 2. Vicent. et Venett. 1491. 1493. *rigentem;* Par. *rigentens.*—166 Berol. 2. et Broukh. 3. *adnexa.*—167 *Quas utrinque tenens similis* ex Angll. 1. 3. 4. ordine mutato edidit Broukh. cum in aliis codd. sit, *Quas similes utrinque tenens,* vel *Quas similis, &c.* Ald. 2. *simileis.*—168 Angl. 2. *Temperet:* Par. Beroll. 1. 2. 3. Guelff. Corv. Reg. omnes Stat. Witt. 1. 2. Broukh. 1. 2. 3. &c. cum edd. pr. maj. min. Bartol. Venet. 2. Brix. Rheg. et Vicent. *negat;* Angl. 1. *neget;* Scal. edidit *necat*, ut est in tribus ap. H. Voss. qui tamen legit, *alter ut alterius vires necet aër.*—169 *Hic* Cuj. Guelff. 1. 2. quatuor Voss. ed. pr. min. Rom. et Venett. *labitur annus* cod. Lips. Witt. 1. 2. Beroll. 1. 3. Broukh. 1. 3. Angll. 3. 4. Guelff. 3. 4. Corv. Reg. ed. pr. maj. Venet. 2. Vicent. Rheg. et Aldd. *vertiter* Par. *vertitur* Cuj. Guelff. 1. 2. Berol. 2. quatuor ap. Voss. in ed. pr. min. Bartol. Rom. et Venett. 1491. 1493. —170 *Hic* Par. Guelff. Reg. Corv. aliis; *Hinc* Colb. omnes Stat. Broukh. 1.

NOTÆ

163 *Colit arva Deus*] Hinc apparet Deos Agricolas agnovisse Tibullum: unde etiam dixit supra II. 1. 36. 'Redditur agricolis gratia cœlitibus.'

Bacchusve, Ceresve] Bacchum et Cererem Poëtæ semper conjungunt, quorum munera sunt vinum et panis. Bacchus enim est vitis sator, et Ceres frugum Dea, seu arationis et agricolationis inventrix. Virgil. 'Liber et alma Ceres.' Terent. 'Sine Cerere et Baccho friget Venus.'

166 *Nostraque, et huic adversa*] Significat Zonam nostram, et alteram ad Meridiem huic nostræ oppositam, inter torridam et duas gelidas seu rigentes æqualiter ad dextram et lævam collocari.

Et lenta excelsos vitis conscendere ramos;
Tondeturque seges maturos annua partus;
Et ferro tellus, pontus confinditur ære.
Quin etiam structis exsurgunt oppida muris.
Ergo, ubi per claros ierint tua facta triumphos, 175
Solus utroque idem diceris magnus in orbe.
Non ego sum satis ad tantæ præconia laudis,
Ipse mihi non si præscribat carmina Phœbus.
Est tibi, qui possit magnis se accingere rebus,
Valgius: æterno propior non alter Homero. 180

usque arborum *brachia, et fruges quotannis maturis fœtibus demetuntur, terraque ferro aratur, mare vero ære sulcatur. Præterea mœnibus ædificatis urbes excitantur. Cum igitur tua præclare gesta meritos petent triumphos, tu unus celebraberis in utroque orbe magnus. Ego vero tam magnæ gloriæ prædicationi non sufficio, quamvis etiam Phœbus ipse* mihi *versus dictet. Valgium habes, qui se factis ingentibus parem præstare queat,* quo *nemo alius magis accedit ad Homerum immorta-*

2. 3. Angll. 1. 2. 3. 4. Venet. 2. et Rheg. pro *didicit* Reg. *dedit.*—171 Angl. 5. *læta.*—173 *Ut ferro* conj. Heyn. *confunditur* cod. Lips. Witt. 1. 2. Broukh. 1. 2. 3. Exc. Perr. quatuor Stat. Dat. Vat. Heins. 1. Beroll. 1. 2. 3. omnes Angll. ed. pr. maj. Venet. 2. Vicent. Rheg. et Venett. 1491. 1493. *contunditur* ed. pr. min. et Bartol. *conscinditur* Guelf. 2. pro v. l.—174 Dat. *extructis;* Goth. *extinctis;* alius ap. Heins. *estruclis,* narrante Huschkio; Berol. 2. unus Stat. Colb. duo Broukh. et ed. pr. min. *consurgunt;* cod. Lips. Par. cum aliis, *exurgitat:* Witt. 2. et ed. pr. min. *opida.*—175 Nostram lect. primus omnium expressit Scaliger secundum cod. Cuj. in quo erat, *præclaros ierint;* et hanc confirmat Voss. 1. qui habere dicitur, *per claros ierint sua:* cod. Lips. *Ergo ubi p'claros poserint tua facta t'umphos;* ubi librarius, ut putat Huschkius, duplicem lect. in unam confundit, *poscent* et *ierint.* At in Scal. 1. penes Editorem extat a marg. '*p'claros tulint,* V. C.' (i. e. *præclaros tulerint,*) quæ lect. præsertim in litura, locum dare potuerit voci *ierint,* quod habent Cuj. et Voss. 1. *tulerint* forte fortuna vera est lectio. Beroll. 1. 2. 3. Par. Broukh. 1. 2. 3. Witt. 1. 2. Colb. Guelff. 2. 3. 4. Angll. Stat. Corv. Reg. edd. pr. maj. min. Bartol. Venet. 2. Brix. Rheg. Vicent. &c. *præclaros poscent;* Guelf. 1. *possent;* Angl. 1. *sua;* Reg. aliique ap. Heyn. *fata.*—176 *Solis* conj. Heins. ad marg. Ald. 2. *maximus orbe* Reg. Guelf. 3. Witt. 1. 2. unus Broukh. Laud. et Angll. 2. 3. 4.—178 Ed. pr. maj. et Rheg. sic interpungunt, *laudis Ipse mihi: non, &c.* Berol. 3. *Ipsa mihi:* idem codex Zwic. 1. Rom. et Vicent. *perscribat;* cod. Lips. unus Broukh. et Goth. *præstabit.*—179 *Et tibi* Angl. 1. *magnis attingere* Berol. 2.—180 Beroll. 2. 3. *proprior,* quod reposuit H. Voss.—181 *Languida*

NOTÆ

176 *Utroque diceris magnus in orbe*] In nostro scilicet et Antipodum, seu in zona nostra temperata Septemtrionali, et in illa altera Meridionali, cum illuc, interjecto Sole, ut ait supra, transieris, triumphosque reportaveris.

180 *Valgius*] Cum Tibullo nostro Valgium celebrat Horat. 1. Sat. 10. sed et ipsi libri secundi Oden nonam inscripsit, ut eum de morte filii dilectissimi, quem amiserat, solaretur, hor-

Languida non noster peragit labor otia, quamvis
Fortuna, ut mos est illi, me adversa fatiget.

lem. Nostrum opus inertia non terit otia; quanquam mala me fortuna, ut solet,

nam reposuerat Bronkh. ex Exc. Lips. *Languida nec* Corv. quod probat Heyn. *nam* omnes alii codd. et edd. exhibent: *pergit* ed. pr. maj. Venet. 2. et Rheg. *peraget* malit Heyn. *langor* Berol. 2. et a marg. *labor.*—182 Verba, *ut mos est illi*, Edd. vett. uncis incluserunt: Scheff. habet, *Fortuna ut mos illi semper adversa fatiget;* Berol. 3. *illa me;* Colb. *illi se;* a Reg. abest *me;* H. Voss. de conjectura edidit, *Musis adversa;* Huschk. conj. *ut nosti, semper me;* Bach, præeunte Ald. 1. locum sic distinxit, *quamvis Fortuna, ut mos est, illi me, &c.* Beroll. 1. 2. Dat. Angl. 1. Goth. Zwicc. 1. 2. ed. pr. maj. Venet. 2. Vicent. et Rheg. *fatigat*, quod recepit Bach. Ceterum verba, *ut mos est illi*, etiam Zwicc. et Par. uncinata exhibent; totum versum omisit librarius Voss. 5. nec ille reliquos, quod memoratu dig-

NOTÆ

tareturque ut tandem flere desineret: 'desine mollium Tandem querelarum; et potius nova Cantemus Augusti tropæa Cæsaris,' &c. Hunc Acron et Porphyrion Horatii Interpretes consularem dicunt. C. Valgium Rhetorem etiam meminit Quintilian. pluribus in locis, maxime vero lib. III. cap. 1. et 3. et lib. v. cap. 10. Sed an sit idem cum Valgio, de quo Horatius et Tibullus, non meum est dijudicare. Sed C. Valgium, quem Plinius memorat lib. XXV. cap. 2. non dubium est fuisse eundem cum Valgio, de quo hic Tibullus. Hæc sunt Plinii verba: 'Unus illustrium idem tentavit [de herbis et medicina scribere], C. Valgius, eruditione spectatus, imperfecto volumine ad D. Augustum, inchoata etiam Præfatione religiosa, ut omnibus malis humanis illius Principis potissimum semper medicetur Majestas.'

Æterno propior Homero] Poëtarum Homerus fuit longe excellentissimus, qui cæcus fuisse dicitur. Unde natus sit incertum. Nominis enim ejus fecit claritas, ut quem vivum, rebusque omnibus egentem, nemo agnoverit, multæ eum Græciæ urbes sibi mortuum vindicarent, adeo, ut quibus potissimum credere debeamus, non facile sit discernere. Quod etiam Cic. Orat. pro Archia Poëta testatur: 'Homerum,' inquit, 'Colophonii civem dicunt esse suum, Chii suum vindicant, Salaminii repetunt, Smyrnæi vero suum esse affirmant; itaque etiam delubrum ejus in oppido dedicaverunt. Multi alii præterea pugnant inter se, atque contendunt.' Eadem de re legitur apud Gell. lib. III. cap. 11. hoc distichon Græcum: Ἑπτὰ πόλεις διερίζουσι περὶ ῥίζαν Ὁμήρου· Σμύρνα, Ῥόδος, Κολοφὼν, Σαλαμὶν, Χιὸς, Ἄργος, Ἀθῆναι. *Septem urbes certant de stirpe insignis Homeri; Smyrna, Rhodos, Colophon, Salamin, Chios, Argos, Athenæ.* Inde conjicere est Valgium, de quo noster Tibullus, optimum Poëtam fuisse et clarissimum; quoniam eum maxime ad Homerici carminis, quod sane est immortale et divinum, accedere prædicare non dubitavit.

182 *Fortuna me adversa fatiget*] Mirabilis sane varietas Fortunæ est, adeo ut dicatur jocari, quoties ignavos extollit, et honestos deprimit; mosque est illi, ut bonos vexet, malis autem maxime faveat: unde recte dicitur, 'viris invida fortibus.'

Nam, mihi cum magnis opibus domus alta niteret,
Cui fuerant flavi ditantes ordine sulci
Horrea, fœcundas ad deficientia messes, 185
Cuique pecus denso pascebant agmine colles,
Et domino satis, et nimium furique lupoque:
Nunc desiderium superest; nam cura novatur,
Cum memor anteactos semper dolor admonet annos.

insectatur. Etenim dum mihi superba domus multis divitiis splenderet, qui habebam agros horrea locupletantes non sufficientia copiosis frugibus capiendis; qui pecus etiam habebam magna multitudine colles detondens, quod hero suo *sufficeret, et prædonibus, et lupis nimis plusque esset; modo tantum* horum *restat memoria. Dolor enim refricatur, quoties juge desiderum facit me meminisse temporis præteriti. At*

num, descripsit.—183 Ed. pr. maj. et Vicent. *Non mihi;* ed. pr. min. *magrus* pro *magnis:* Ask. et Voss. 3. *nitetur.*—184 *Qui fuerant* Berol. 3. Monac. *Cum* Bern. *fuerunt* cod. Lips. *alti* pro *flavi* unus Broukh. *dictantes* Angl. 5. duo Palatt. et Exc. Lips. *horrea culmi,* vel *sulci,* Heins. *hordea* Heyn.—185 Reg. *Ordea:* Witt. 1. 2. Beroll. 1. 2. 3. Broukh. 1. 2. 3. Colb. Angll. 1. 2. Par. Guelff. Corv. Reg. edd. pr. maj. min. Bartol. ceteræque ante Scal. *indeficientia mensis:* cod. Lips. *mesis;* Cuj. *messis;* unde Scal. nostram eruit, quam jam Perr. Aldinæ ascripserat, et Gryph. 1573. in marg. habet: *et.... messes* Goth. ut legit Ayrman. in Vita Tibull. §. 7. *campis* Voss. 3. *nec d. messes* tentabat Crusius; *in d. messes* Heyn. vide Grouov. Obss. III. 19. Monac. nec hunc versum habet nec sequentem.—186 *Quique pecus* Berol. 3. *Cui pecus* Berol. 2. *ordine* Ask. et Beroll. 1. 3. et a marg. Berol. 1. *agmine;* pro quo edd. pr. maj. min. Bartol. Venet. 2. Rheg. Vicent. Venett. 1491. 1493. Lips. et Basil. habent *agmina;* unde Passer. *Cuique pecu....agmina.*—188 Heyn. conj. *nunc cura,* quod recepit H. Voss.—189 *Nec dolor* Beroll. 1. 3. *Quom* Dat. *Dum* malit Heyn. *attritus* Broukh. 1. unus Palat. et Angl. 1. *attritos* unus Palat. Vat. et Heins. 1. *accitus* Par. duo Stat. unus Broukh. Guelf. 2. ed. pr. min. *accitos* Witt. 1. 2. unus Broukh. Colb. unus Palat. Dat. ed. pr. maj. Bartol. Venet. 2. Brix. Rheg. Vicent. et Venett. 1491. 1493.

NOTÆ

183 *Nam, mihi cum magnis, &c.*] Imperfectus videtur sententiæ tenor, nisi suppleas, languida tum peragebam otia, cum mihi domus niteret cum magnis opibus; hoc est, dum locuples essem, operam dabam Musis et carminibus. Jam supra lib. I. Eleg. 1. vidimus Tibullum nostrum magnis quondam bonis floruisse. Horat. I. Epist. 4. ad Tibull. 'Non tu corpus eras sine pectore, Di tibi formam, Di tibi divitias dederant, artemque fruendi.'

185 *Horrea, ad deficientia messes*] Notat abundantiam frugum, quibus asservandis horrea, quæ satis magna habebat, non sufficerent.

188 *Nunc desiderium superest, &c.*] Sensus est: Ego quidem olim divitias possedi opimas; nunc autem iisdem carens dolor tantum, et desiderium earum superest; quod quidem me maxime pungit, cum me multa jam video provectum ætate, cui defuturum est viaticum. Quamvis noster Poëta bonorum jacturamque inopiamque queratur, Horatius tamen ejus amicus Epistola modo laudata indeficientem ei crumenam ad ipsum scribens tribuit I. Epist. 4. modo laudata.

Sed licet asperiora cadant, spolierque relictis, 190
Non te deficient nostræ memorare Camœnæ.
Nec solum tibi Pierii tribuentur honores :
Pro te vel rapidas ausim maris ire per undas,
Adversis hyberna licet tumeant freta ventis ;
Pro te vel solus densis subsistere turmis, 195
Vel parvum Ætnææ corpus committere flammæ.

quamvis graviora et duriora eveniant, et exuar iis, quæ superfuerant ; non tamen *desinent meæ Camœnæ te celebrare ; neque tibi tantum Pieriæ laudes dabuntur* a me ; *tua*-namque *causa aggrediar lubens insanos fluctus æquoris adire, quamvis maria hyberna ventis contrariis intumescant: tua* quoque *causa* ego *etiam unus* audeam *me objicere numerosis catervis, aut etiam exiguum corpus* meum *ignibus*

accutos Angl. 2. *accisos* emend. Dous. quod Heyn. falso tribuit Rheg. *admovet* Broukh. 2. 3. Witt. 1. 2. Laud. Exc. Lips. tres Palatt. Falc. Guelff. 1. 4. Corv. Angll. 2. 3. 4. ed. pr. maj. min. Bartol. Venet. 2. Rheg. Vicent. Lips. ap. Heyn. et Venett. 1487. 1491. 1493. *admonet* Broukh. 1. Dat. unus Stat. Par. et cod. Lips. *Accito cum me semper* Sfort. *Cum memori accitus semper dolor admovet annos* conj. Heyn. Lect. nostram ex suis codd. edidit Scal. quam confirmat Vindob. *antiquos* conj. Huschk. quod etiam habet (sic *ātiquos*) marg. Scal. 1. ap. Editorem.—190 Reg. *spolitæ:* Guelff. Par. Beroll. 1. 2. ed. pr. min. et Venett. *relictus:* cod. Lips. *hasperiora....relictis.*—191 *Non te defient* Berol. 3. et Dat. Sed vide Propert. I. 8. 23.—192 *Et* pro *Nec* conj. Langerm. *Nec tibi Pierii solum* edidit Broukh. ex uno Mattii: et sic Voss. 1. 2. improbante Huschk. Cf. Propert. I. 10. 13. II. 5. 19. Hor. Art. Poët. 234. et I. Sat. 6. 84.—193 Ed. pr. min. *ausum:* Hamb. *per te....ausum:* Witt. 2. *rabidas.*—194 Cod. Lips. hunc et duos seqq. versus inverso ordine exhibet, *Vel parvum, &c. Pro te, &c. Adversis, &c.* Similis confusio est in Voss. 1. 4. et Goth.—195 Cod. Lips. *Pro te densis solus*, omisso *vel;* Guarn. *Pro te densis vel solus:* H. Voss. dedit, *Pro te vel densis solus*, quod agnoscunt Beroll. Angll. Broukh. 1. 2. 3. Witt. 1. 2. plerique Stat. Dat. sex ap. H. Voss. Zwicc. Par. edd. pr. maj. min. Bartol. Venet. 2. Rheg. et Vicent. *Pro te vel solus densis* expresserunt alii codd. cum Venett. 1491. 1493. Rom. et Aldd. *obsistere* Reg. Guelff. 1. 4. Beroll. 1. 2. 3. Witt. 2. Broukh. 2. 3. Colb. quinque Palatt. Angll. 2. Rom. Venett. 1487. 1491. 1493. 1500. 1520. et Aldd. *subsistere* cod. Lips. Par. Corv. Guelff. 2. 3. Berol. 1. a m. sec. Witt. 1. Broukh. 1. unus Palat. Cuj. Angl. 5. edd. pr. maj. min. Bartol. Venet. 2. Brix. Rheg. et Vicent. —196 *Vel parvum* habent omnes codd. *Vel par sim* corrigebat Heins. *Vel pronum* Burm. *Vel pavidum* Broukh. *Nec pavidum* H. Voss. *Nec parcam* Huschk. Cf. Terent. Hec. III. 1. 2. et Catull. LXIV. 146. Tuentur tamen lect.

NOTÆ

'et cui Gratia, fama, valetudo, contingat abunde, Et mundus victus, non deficiente crumena.'

191 *Nostræ memorare Camœnæ*] Musæ meæ te prædicare non desinent; ut dixit supra: 'Quodcumque meæ poterunt audere Camœnæ.'

192 *Pierii tribuentur honores*] Ornamenta nempe et munera Musarum, quæ dictæ sunt 'Pierides,' ut inquit Festus, propter amœnitatem et solitudinem Pierii Thessaliæ montis. Secretis enim locis Musæ ad studia liberalia delectantur.

196 *Ætnææ corpus committere flammæ*] Vidimus jam supra Ætnam montem esse Siciliæ flammas eructantem, quem dixit etiam Ætnæam rupem.

Sum quodcumque, tuum est: nostri si parvula cura.
Sit tibi, quanta libet; si sit modo: non mihi regna
Lydia, non magni potior sit fama Gylippi;
Posse Meleteas nec mallem mittere chartas. 200

Ætnæis tradere. Tuum enim *est illud, quicquid sum. Si mei quantulumcumque studium tibi sit, dummodo* tibi *sit, non imperium Lydiæ, non gloria clari Gylippi præstantior mihi videatur, neque magis optarem valere tibi offerre libellos Mele-*

Vel parvum Dorvill. ad Charit. p. 636. et Bach ad h. l.—197 Nostram lect. prætulit H. Voss. ex codd. bonæ fidei Angll. Beroll. sex ap. seipsum, cum Ald. 2. Mur. Dous. Passer. et aliis; eumque secuti sunt Bach et Huschk. *sit* Heyn. cum Broukh. Vide III. 1. 19. *Dum....sit* Par. ed. pr. maj. Venet. 2. Vicent. Rheg. et Ald. 1. *Dum....si* cod. Lips. *Sum....sit* Rom. et Venett. 1491. 1493. *Sum....si* Ald. 2. *Sum....nostri est si* ed. pr. min. *Seu...si* Beroll. 1. 2. 3.—198 *Sic tibi* ed. pr. min. et Rom. *Sint....libent* cod. Lips. *licet* Angll. 2. 4. *si sint modo* idem cod. cum Ask. Beroll. 1. 3. Cuj. Dat. ed. pr. maj. et Lips. ap. Voss. *si sit mihi non modo* Berol. 2.—199 *Lidia nec magni* ed. pr. min. *mihi* pro *sit* Goth. *Galippi* cod. Lips. Dat. et Beroll. 1. 3. *Gelippi* in Berol. 2. Broukh. 3. et Statianis; *Philippi* Guelf. 2. et nonnulli ap. Cyll.—200 Ed. pr. maj. *meletheas....barchas;* ed. pr. min. *Posse me letheas;* sic unus Voss. et Rheg. *turdas* cod. Lips. et duo Voss. *Posse meleteas mallem quoq3 mittere chartas* Par. *committere* Scal. cod. *dimittere* Guarn. *emittere* in nonnullis; *vincere* Cuj. quod Scal. reposuit; *tangere* Guelf. 3. in marg. Huschk. conj. *Posse Meleteas nec mallem pangere chartas.* Cf. Martial. XI. 3. 7. Pro *mallem* cod. Lips. *male;* ed. Vicent. *malem:* H. Voss. edidit *malim emittere,*

NOTÆ

De quo vide Virgil. Æn. III. qui etiam Æn. VII. ait, 'Ætnæos afflantem faucibus ignes.'

199 *Lydia*] Lydiæ regnum fuit olim ditissimum, summaque potentia pollens et imperio, ut omnes scribunt Auctores de Cræso Lydorum Rege. Quondam enim Lydiæ flumina et lacus aureas glebulas, et argentea ramenta, seu strigmenta, tulisse dicuntur; quæ jampridem defecisse scribit Strabo Geogr. lib. XIII. agens de Pactolo, et monte Tmolo.

Fama Gylippi] Nonnulli legunt *Philippi,* Alexandri patris gloriam et potentiam, qui plura memoratu digna fecit, inuentes. Gylippus autem fuit vir Lacedæmonius, qui missus in auxilium Syracusanis contra Atheniensis centum et triginta naves Atheniensium cepit et incendit, Syracusanosque ab hostium obsidione liberavit, eorum captis bello Ducibus Demosthene et Nicia. Vide Justin. Histor. lib. IV. et Plutarch. in Nicia. Famam tamen Gylippi Ducis inclyti contaminasse sordes et avaritiam, quod vitium habuit a Clitandro patre hæreditarium, idem scribit Plutarchus.

200 *Meleteas chartas*] Homericos libros, a Melete fluvio sic dictos. Loquitur noster Poëta ex multorum opinione, qui Homerum Smyrna ortum putant. Est autem Smyrna Ioniæ minoris Asiæ ad mare Mediterraneum civitas, et prima inter eas septem quæ de patria Homeri certant. Melos autem fluvius est Smyrnam alluens, ad cujus ripas dicitur natus Homerus, ut refert Strabo lib. XII. ex Critheida, Apellis cujusdam filia, ibidem a Mæone patruo vitiata. Unde dictus est Μελησιγένης, *Melesigenes,* Homerus a Melete fluvio.

Quod tibi si versus noster totusve, minusve,
Vel bene sit notus, summo vel inerret in ore:
Nulla mihi statuent finem te fata canendi.
Quin etiam mea cum tumulus contexerit ossa;
Seu matura dies celerem properat mihi mortem, 205
Longa manet seu vita; tamen, mutata figura

tæos. Si vero meum hoc *Poëma universum, seu uliqua pars illius, optime autem erit si universum, in primoribus saltem labris* tuis *vagetur; nulla vis fatorum mihi modum imponet te cantundi. Immo, quando corpus meum monumentum clauserit, sive tempestiva lux extremam mihi horam accelerarit, sive diuturna mihi superest vita altera conversa nihilominus in uliam formam, sive me faciat equum per latos*

quod nullus cod. habet.—201 'Hi duo versus (201. 202.) omnium in toto hoc carmine ineptissimi sunt.' *Heyn.* Idem sentit Huschkius. Cod. Lips. et ed. pr. min. *Qui tibi;* Vindob. in marg. *Cum tibi;* ceteri *Quod tibi:* Hamb. *totus nosterve;* Guelff. 1. 4. *noster notusve;* Heins. in marg. Ald. 2. *totusve minusve,* vel *notusve:* idem Heins. emend. *minorve.*—202 *Et bene* Goth. *si notus* Par. cod. Lips. Broukh. 1. Sfort. Angll. 1. 2. edd. pr. maj. min. Venet. 2. Brix. Rheg. Vicent. Rom. Lips. ap. Heyn. et Venett. 1487. 1491. 1493. *si totus* Berol. 2. et unus Broukh. et sic vulgo a Mur. *sit notus* Reg. Witt. 1. 2. Beroll. 1. 3. unus Broukh. Exc. ejusdem, Colb. Angll. 3. 4. 5. Vat. Heins. 1. et Bartol. quod revocavit Broukh. *inæret* ed. pr. maj. *mæret* Par. ed. pr. min. et Aldd. *meret* cod. Lips. Bartol. Rheg. et Venett. 1491. 1493. *inheret* Vicent. unde Mur. fecit *inerret,* quod legitur in Florent. Hamb. Witt. 1. uno Broukh. et Cuj. Cf. Virg. Cir. 356. Apoll. R. III. 683. Ovid. Met. x. 204. *inhæreat ore* Colot. *inhæret in ore* Angll. 1. 2. 5. *inheret in ore* Beroll. 1. 3. —203 Beroll. 1. 3. *finem statuunt facta;* Dat. *finem statuent;* Par. Berol. 2. unus Broukh. et Guelff. 2. 3. *statuunt: Nulla m. finem statuens* edidit Bach.—204 Vat. Heins. 1. et Colot. *tumulus mea cum contexerit;* in Par. Beroll. 1. 2. 3. Corv. Reg. Guelff. aliis, cum Venett. 1491. 1493. et Aldd. *mea tunc tumulus cum texerit;* ed. pr. min. et Bartol. *mea tunc tumulus seu texerit;* ed. pr. maj. Vicent. Lips. et Rheg. *mea tunc tumulus contexerit;* cod. Lips. *mea tunc tumulus q3 texerit;* Rom. *mea p9 tumulus cum texerit.* Cyllenius, inquit Heynius, in notis præfixit, *Quin etiam cum tumulus pertexerit.* 'Falso,' inquit Huschk. 'Præfixit ille, *Quin etium cum tumulus contexerit ossa.*' At falluntur uterque; versus enim sic exhibetur in Cyll. Comment. *Quin etiam mea tunc tumulus cum texerit ossa.*—205 *Seu natura dies fato* Berol. 1. *celerem* pro *fato* exhibet Cuj. quod recepit Scal. *dies fati* conj. Huschk. Cf. Æsch. Choëph. 608. Ovid. Epist. I. 114. Virg. Æn. XII. 150. et Anthol. Lat. Ep. 287. Tom. II. p. 222. Antiquam lect. *fato* revocarunt H. Voss. Wund. Bauer. et Bach, Heynio probante, et suadente Broukhusio.—206 Cod. Lips. *figurã,* i. e. *figu-*

NOTÆ

206 *Longa vita; tamen, mutata figura*] Pythagoræ Μετεμψύχωσιν, seu de animarum de corpore in corpus transitu opinionem attingit, de qua Plato de Legibus lib. x. ubi refertur Orpheus vitam in corpore Cygni delegisse, aversatus humanum corpus odio mulierum: dicuntur etiam ibidem Thamyras in corpus Philomelæ, Ajax Telamonis filius in corpus leonis, Agamemnon in corpus aquilæ, post humanum corpus ademtum transmigrasse. Sic etiam Ennius somniavit in suum corpus animam Homeri migrasse, seque in pavonem mutatum. Ovid. Met. xv. idem omnino canit:

Seu me finget equum rigidos percurrere campos
Doctum ; seu tardi pecoris sim gloria taurus ;
Sive ego per liquidum volucris vehar aëra pennis ;
Quandocumque hominem me longa receperit ætas, 210

campos discurrere eruditum, sive fiam bos lentarum pecudum decus, sive ales factus ferar plumis per fluidum ætherem, in quemcumque virum me diuturna vita admise-

ram, quod exhibent Broukh. 1. plur. ap. Stat. ed. pr. maj. Vicent. Rheg. Venett. 1475. 1487. 1491. 1493. 1500. 1520. et Aldd. *figura* Beroll. 1. 2. 3. Guelff. 1. 3. 4. unus Stat. Sfort. Florent. Par. Scal. rec. et Vet. duo Broukh. Witt. 1. 2. Dat. Angl. 2. ed. pr. min. Bartol. Rom. et Brix.—207 *Seu me fingent* Berol. 3. *fingit* unus Broukh. Land. et Angl. 2. *rigidos p. campos* habent omnes scripti editique, præter Voss. 1. qui offert, *gyro p. campos.* Hanc lect. probatam Heinsio, admiserunt Broukh. et Vulp. expulit Heynius : Stat. emend. *riguos:* H. Voss. dedit *gyros p. campo.* ' Friget sane lectio *rigidos :* sed in emendando hoc loco infelix operam perdas.' *Huschk.*—208 Vat. ap. Stat. *tardus;* Bern. *tardis;* nullus cod. *torvi* quod edidit H. Voss. *sum* Lips. ap. Heyn.—209 Beroll. 2. 3. *volucris....aëra pennis;* Berol. 1. *volucris aëre pennis;* Hamb. *revolutus in aëre pennis;* Voss. 1. *volucri....penna,* quod conj. Heins. et reposuerunt Broukh. et Heyn. Sed vide Theocr. Id. xx. 40. et Propert. II. 30. 29.—210 *In quemcumque hominem* Par. cod. Lips. Berol. 2. ed. pr. maj. min. Venet. 2. Rheg. et Vicent. *In quodcumque hominum* Reg. Beroll. 1. 3. Witt. 1. 2. Vat. Heins. 1. et Angll. 3. 4. *In quæcumque hominem* duo Stat. Guelf. 3. duo H. Voss. et Vicent. *retexerit* unus Palat. *refecerat* ex Passer. et Heins. conj. reposuerat Broukh. Nostram lect. exhibent Cuj. Scal. rec. et Dat. Ex hac scriptura quomodo varietas illa oriri potuerit, bene docuit Heyn. ' Nempe primum compendiosa scriptura errori locum dabat, ut scriberet, *quodcunque,* mox præpositionem præfigebant, ut versus constaret, vide supra ad vs. 39.' Huic lectioni favet contextus, et oppositio, equus, taurus, volucris, homo. Accedit, quod poëtæ sæpenumero adverbium Quandocumque in fronte versuum collocant, ut Horat. I. Epist. 14. 17. Propert.

NOTÆ

' Omnia mutantur, nihil interit, errat, et illinc Huc venit, hinc illuc, et quoslibet occupat artus Spiritus, eque feris humana in corpora transit, Inque feras noster : nec tempore deperit ullo.'

207 *Seu me finget equum*] Sive mihi tribuet equi formam vita altera et longa ætas. Fingi dicitur equus, cum a natura generatur, quæ dat omnibus formam et figuram, vel cum a magistro docetur et instituitur. Horat. II. Epist. 1. ' Fingit equum tenera docilem cervice magister Ire viam qua monstrat eques.'

208 *Tardi pecoris*] Tardum pecus ab incessus tarditate, et molis gravitate, dicuntur boves, ut vidimus supra, ' Et stimulo tardos increpuisse boves.'

209 *Sive ego volucris*] Id est, ales factus, ut Orpheus in cygnum mutatus, Thamyras in lusciniam, et Agamemnon in aquilam.

210 *Quandocumque* [*In quemcumque*] *hominem me receperit ætas*] Sensus est : Cum demum post varias innumerasque figuras brutarum animantium assumtas, post longinquam ætatem, in humanam formam rediero, inchoata jam de factis et laudibus tuis carmina absolvam, et alia aliis apte subjungam; ut dixit supra : ' Inde alios aliosque memor componere versus.'

Inceptis de te subtexam carmina chartis.

rit, novos semper versus libellis de tuis laudibus jam inchoatis subjungam.

II. 1. 71. II. 13. 17.—211 Berol. 2. *contexam:* cod. Lips. unus Stat. et Guelf. 2. *nomina:* Ed. pr. maj. Vicent. et Rheg. *Incæptis de te subtextam carmina chartis.*

CARMEN II.

SULPICIA est tibi culta tuis, Mars magne, Kalendis;
Spectatum e cœlo, si sapis, ipse veni.

O *Mars inclyte, Sulpicia est ornata tibi tuis Kalendis; si sapis, ipsemet de cœlo*

Exc. Pocc. et Perr. titulum exhibent his libri quarti Carminibus communem, *De amore Sulpitiæ et Cherinthi;* margo Vicent. *Hic liber de amoribus Sulpiciæ et Cherinthi inscribitur;* Statiani cod. Lips. Palatt. Broukh. 1. et Aldd. *Laus Sulpiciæ ad Martem;* Broukh. 2. 3. pr. maj. Venet. 2. Vicent. et Rheg. *Laus Sulpiciæ ad deum Martem:* at Witt. 1. *Epistola: Ad Martem: habet sulpitiæ Laudes.* Margo Rheg. ap. Huschk. 'Ego vero hæc Carmina partim a puella scripta puto, partim a Tibullo. Et quis scit an non Sulpicia cum Caleno Carminibus his lateat? Lib. 59.' Hæc sunt verba Casp. Barth. qui lib. 59. Adverss. hanc sententiam proposuit, satis refutatam a Vulpio et Vossio.—2 *Spectatum cœlo* edidit H. Voss. contra omnium codd. et edd. auctoritatem, sed astipulante Handio ad Stat. Tom. I. p. 73. Pro *sapis*

NOTÆ

1 *Sulpicia*] Miræ pulchritudinis puella fuit, Servii Sulpicii nobilissimi et clarissimi viri filia, quam Cerinthus dilexit. Hanc miro cultu exornatam, ut Kalendarum Martiarum diem festum ageret, celebrat Tibullus, Martemque precatur ut adesse velit eam spectaturus.

Tuis, Mars magne, Kalendis] Kalendæ Martis sunt mensis Martii, a Marte Deo bellorum præside sic dicti, primus dies; quo scilicet consuetudo fuit apud Romanos, ut Matronarum festum, Matronalia dictum, celebratur a Matronis in honorem Martis. Cujus quidem rei quinque recenset causas Ovid. Fast. III. Prima est, quod mulieres Sabinæ a Romanis raptæ atrox bellum, quod inter maritos et patres atque amicos motum erat, composuissent; ideoque constitutum est, ut quotannis eo die Marti sacrificarent. Altera est, ut favore Martis eam felicitatem consequerentur in filiis, quam videbatur is Deus Iliæ concessisse, quæ a Marte compressa Romulum summæ felicitatis filium peperit. Tertia, quod Mense Martio terra fœcunda esset, quales Matronæ fieri cuperent. Quarta, quod eo die Junonis ædes erecta sit, et coli cœpta. Quinta, quod Mars Junonis, quæ conjugiis præerat, filius diceretur.

Hoc Venus ignoscet; at tu, violente, caveto,
  Ne tibi miranti turpiter arma cadant.
Illius ex oculis, cum vult exurere Divos, 5
  Accendit geminas lampadas acer Amor.
Illam, quicquid agit, quoquo vestigia movit,
  Componit furtim subsequiturque Decor.
Seu solvit crines, fusis decet esse capillis;
  Seu comsit, comtis est veneranda comis. 10
Urit, seu Tyria voluit procedere palla:
  Urit, seu nivea candida veste venit.

descende illam *conspecturus. Istud tibi Venus condonabit: sed tu, o impetuose, cave ne stupenti tibi inhoneste excidant arma. Quando cupit Amor Deos incendere, ex ipsius oculis duas faces inflammat. Quodcumque facit, et quemcumque in locum vadit, ipsam venustas clam exornat, et comitatur. Sive capillos effundit, solutis* eam *juvat esse crinibus: sive comam composuerit, adoranda est compositis capillis. Inflammat, sive cupit Tyria veste incedere; inflammat, sive nitens alba palla proce-*

Venet. 2. et Rheg. habent *satis:* Rom. *se sapis: ipse venit.*—3 *Sed Venus* Florent. ap. Stat. et Angl. 5. *Hæc Venus* Vat. Heins. 1. *sed tu* Hamb. et Florent. quod reposuit Bauer.—5 Berol. 2. *tunc* et a marg. *cum:* Cyll. in Comment. *Illius est oculis:* Guelf. 4. et Brix. *quem vult exurere;* Heynius hinc conj. *quem....divum;* unde H. Voss. in contextum invexerat, *si quem vult urere Divom.*—6 Rom. *gemmas;* et hoc nihil aliud est quam *geminas:* cod. Lips. ed. pr. maj. Rheg. *lampades.*—7 *Jamjam* Reg. *quicquid vestigia* nullus liber scriptus; at extat in ed. pr. maj. Venet. 2. et Rheg. *vestigia flectit* Witt. 1. Laud. Exc. Lips. Angll. 3. 4. Corv. ed. pr. min. et Bartol. quod servarunt Dous. Passer. et Cant. *vestigia tendit* Vat. Ursini; *monstrat* Angl. 1. *movet* Berol. 2. *movit* testantur Angll. 2. 5. cod. Lips. Par. Reg. Guelff. alii, cum ed. pr. maj. Venet. 2. et Rheg. *motat* in nonnullis: verum esse *mutat* censet cum Hermanno Handius ad Gronovii Diatr. Tom. I. p. 196. Sed nihil mutandum, siquidem in temporis varietate nihil offensionis inest. Vide Tibull. I. 1. 45. I. 3. 25. et Catull. LXIV. 148.—8 Reg. *consequiturque.* 'Hic nos destituit, quod valde dolemus, exemplar Paris. ed. pr. min. duobus illud defectum foliis, quorum altero continebantur versus hujus carminis reliqui 9-24. Carm. III. et Carminis IV. dimidium; altero Carmina VII-VIII. et undecim versus priores Carminis XIII.' *Huschk.* —9 Totum hunc versum delendum putavit Muretus: delendum quidem non esse censet Huschk. at ita fortasse legendum, *Seu fudit crines, fusis decet esse capillis.* Ed. Rom. prorsus mendose, *carnes: fusit decet etiam capillis.* H. Voss. e suo tertio dedit *fusam decet esse capillos,* improbante Huschk.—10 Rom. *Se comsit:* Cod. Lips. *Seu compt:* reliqua absunt. *comtisque est* in Corv. *Venus* Berol. 1. et a marg. *comis.* Cf. Propert. II. 1. 7.—11 Unus Angl. Voss. 5. Berol. 2. et Corv. *præcedere.* Cf. Propert. I. 2. 1. et II. 1. 5.—12 Heins. mavult *veste velit:* elegantius autem constructio variatur.—

NOTÆ

3 *Hoc Venus ignoscet*] Excellens Sulpiciæ laudatio; Venus enim ipsa formosissima sciens puellam tantæ esse pulchritudinis, ut a Diis etiam spectari mereatur, quamvis cum Marte sibi dilectissimo assuescat, ipsi tamen ultro concessura est, ut de cœlo Sulpiciam spectatum veniat.

4 *Turpiter arma cadant*] Contingit sæpius, ut qui mulierum illecebris

Talis in æterno felix Vertumnus Olympo
  Mille habet ornatus, mille decenter habet.
Sola puellarum digna est, cui mollia caris 15
  Vellera det succis bis madefacta Tyros,
Possideatque, metit quicquid bene olentibus arvis
  Cultor odoratæ dives Arabs segetis,

dit. Ipsi similis Vertumnus ferax in sublimi Olympo nitet eleganter mille et mille leporibus. Una ista virginum meretur, ut ipsi Tyrus præbeat tenues lanas iterum tinctas coloribus pretiosis, et ut sola *possideat quodcumque ex agris odoratis messem*

13 Complures libri *ætherio*, vel *æthereo;* alii *externo:* Witt. 1. et ed. pr. maj. *vertunus* pro *(vertūnus) Vertumnus;* Rheg. *Vertimus*, i. e. *(Vertūnus) Vertumnus:* Par. *Olimpo.*—14 *Mille hunc* Par. Hamb. Berol. 2. Angl. 1. *Mille h̄c* Berol. 3. *Mille hec* vel *hæc* in aliis; sed obvium est unde hi errores. Literæ *t* et *c* parum differunt in libris scriptis, ut sæpe nescias utrum v. c. *artes* legendum sit an *arces:* præterea prima syllaba *hab.* in 'habeo,' 'habere,' 'habet,' &c. frequentius scripta unica litera *h*, hoc modo *h̄*, sive hoc *h.*' Cod. Lips. ergo offert, *Mille h̄t*, i. e. *habet.* Voss. 5. *decentus;* Rom. *decentis:* Burm. ad Propert. IV. 2. 47. emendat, *Mille habitus, formas mille decenter habet.*—15 Reg. *digna cui;* Berol. 3. *digna est quoi.*—16 *Vellera dent* Par. *Vellera de* unus Voss. Cf. Ovid. III. Art. Am. 170. Martial. XIII. 87. et Heins. ad utrumque locum. Guelf. 3. et Monac. *ter madefacta*, v. supra ad III. 6. 28. unde H. Voss. conj. atque recepit *permadefacta.* Vulg. confirmant Ovid. Fast. II. 107. et Stat. Theb. IX. 690. Pro *succis* Rom. et Vicent. *sucis;* unde Heins. conj. *fucis*, quod recepit Broukh. Vide I. 8. 11. et II. 9. 57.—17 Rom. *anetit quicquid:* Beroll. 2. 3. Dat. et unus Broukh. *herbis.*—18 *Cultor odoratis* Berol. 3.

NOTÆ

irretiuntur, in ignaviam et libidinem turpiter devolvantur.

11 *Tyria palla*] Palla proprie vestis est muliebris deducta usque ad vestigia, si fides Servio habeatur. Nonius autem dicit pallam esse honestæ mulieris vestimentum, hoc est, tunicæ pallium. Palla igitur sicut et stola vestes mulierum peculiares fuere, matrumque familiæ causa comparatæ, ut iis viri non facile uti possent sine vituperio. Tyria autem dicitur, id est, purpurea seu coccinea, quod optima purpura apud Tyrum Phœniciæ urbem tingeretur.

13 *Felix Vertumnus Olympo*] Alii legunt, *Vortumnus:* sic Deus ille dicebatur apud Veteres, qui rebus contrahendis ac vertendis, id est, permutandis, seu mercaturæ præerat; vel quod omnium fructuum anni vertentis primitiæ ipsius essent, seu quod hortorum maxime dominationem haberet, in quorum figuras varias se transformaret: unde etiam cogitationibus et mentibus hominum præsidere credebatur. Itaque mobili ingenio et inconstantes homines, qui suas cogitationes regere non possent, 'iniquo et irato Vertumno' natos fuisse dicebant. Inter Deos Rusticos Vertumnus censebatur. Lege Ovid. Fast. VI. Met. XIV. et Propert. lib. IV. Eleg. 2. ubi ipse ait: 'Opportuna mea est cunctis natura figuris. In quamcumque voles, verte; decorus ero.'

18 *Odoratæ dives Arabs segetis*] In Arabia, Asiæ Meridionalis regione ad Mare Rubrum, Oceanum Orientalem, et sinum Persicum sita, aromata et odores provenire jam supra vidimus.

Et quascumque niger rubro de littore gemmas
Proximus Eois colligit Indus aquis. 20
Hanc vos, Pierides, festis cantate Kalendis,
Et testudinea, Phœbe, superbe lyra.

odoriferam colonus Arabs opulentus percipit, et omnes gemmas, quas fuscus Indus Eois undis vicinus colligit. O *vos, Pierides,* tuque, o *Phœbe insignis cithara testudine culta, istam* puellam *celebrate vestris solennibus Kalendis. Festum istud*

adoratæ Rom.—19 Unus Scal. *nigro;* Venett. 1491. 1493. *rubor....genma;* Rom. *rubror:* cod. Lips. Par. Guelff. Corv. Reg. Beroll. 1. 2. 3. Witt. 2. Broukh. 1. 2. 3. omnes ap. Stat. Colb. Exc. Pocc. Perr. Lips. et Colot. Scal. rec. Dat. Vatt. Heins. 1. 2. Vat. Ursini, Angll. 1. 5. omnes ap. H. Voss. Guarn. Zwicc. ed. pr. maj. (forsan et min.) Bartol. Venet. 2. Brix. Rheg. Vicent. Rom. Venett. 1487. 1500. 1520. testantur *gemmas*, quod revocarunt H. Voss. et Bach. *conchas* Witt. 1. Voss. 5. Lips. ap. Heyn. Aldd. Gryph. Mur. Scal. Broukh. et Heyn. Sed cf. Propert. I. 14. 12. III. 4. 2. Curt. VIII. 9. 39. et Claud. XXIX. 74.—20 Beroll. 1. 2. 3. 4. totidem Guelff. novem ap. H. Voss. totidem Statiani, Corv. Reg. omnes Heins. Witt. 1. 2. Broukh. 1. 2. 3. cod. Lips. Par. ed. pr. maj. (et sic fortasse in min.) Bartol. Venet. 2. &c. *aquis;* Voss. 3. *equis*, quod Scal. de conjectura reposuit. 'Hæc lect. quam ob rem illi præferatur, non video. Habeo consentientem Lachman. cui vicissim assentior in hac Propert. lect. IV. 3. 10. 'Ustus et Eoa decolor indus aqua.' *Huschk.* Nostram tuetur Ovid. Fast. VI. 474. Cf. ex Pont. II. 5. 50. et Waard. in Opusc. p. 284. De commutatione verborum *aquis* et *equis* vide Interpp. ad Propert. et Ovid. ll. cc. et Gronov. ad Senec. Herc. Fur. 132.—21 Rom. *vestris:* Par. *cantare;* Berol. 4. a marg. *celebrate.*—22 Ed. pr. maj.

NOTÆ

Unde Arabes non modo thure, sed omnibus etiam aromaticis fruticibus abundant. Plures Arabiam, Panchaiam, et Sabæam gentem eandem esse existimant.

20 *Proximus Eois Indus aquis*] Oceano Indico vicinus. Alii legunt, *equis*, hoc est, vicinus Auroræ quadrigis, seu Solis orientis equis. Fingebant enim Veteres Solem et Auroram curru seu quadrigis vehi. De curru Solis et equis, qui quatuor dicuntur, Pyrois nimirum, Phlegon, Eous, et Æthon. Videsis Ovid. Met. II. De roseis quadrigis Auroræ, quæ diem ducit, audi Virgil. VI. 535. 'Hac vice sermonum roseis Aurora quadrigis Jam medium æthereo cursu trajecerat axem.' Indi porro populi sunt procul a nobis ad Orientem siti, prope Oceani Orientalis reflexus, et ad Solis exortum, in extremis terrarum orbis regionibus. Horum fluvii præcipui sunt Ganges et Indus, qui vastis illis regionibus et populis dat nomen. In littore Indico, seu in mari Orientali colligi margaritas et lapides pretiosos testatur non modo Tibullus, sed etiam Plinius, Solinus, Herodotus, Strabo, aliique innumeri. Hæc sane notiora sunt ut de iis agatur hic pluribus.

21 *Pierides*] Musæ.

22 *Phœbe, superbe lyra*] Eratosthenes scribit lyram Mercurium invenisse, eamque testudine exornatam Orpheo dedisse. Alii vero asserunt inventam primum a Mercurio lyram datam esse Phœbo, qui et Apollo, qui dedit etiam vicissim caduceum a se inventum Mercurio. Testudinea dicitur lyra, quod sit incurva, aut quod primum ex testudinis cortice seu corio fieri cœpta est. Unde sæpe

Hoc solenne sacrum multos celebretur in annos.
Dignior est vestro nulla puella choro.

sanctissimum annos complures agatur: nulla virgo magis meretur vestrum chorum.

et Lips. *superba;* Rheg. *supba.* Cf. IV. 4. 2.—23 Beroll. 1. 2. 4. omnes ap. Stat. Broukh. 2. 3. Scal. rec. Par. plerique ap. H. Voss. Angll. 1. 5. ed. pr. maj. (fortasse et min.) Bartol. Venet. 2. Rheg. &c. *hoc sumet;* Berol. 3. Witt. 2. et (Angl. 5.) *hoc fumet;* Colb. Exc. Colot. et Palat. 1. *fumabit;* alter Palat. *hæc sumet;* Broukh. 1. et Exc. Pocc. et Perr. *hoc sumat;* Cuj. *hæc sumit,* ex quo Scal. fecit *consummet.* Hinc Lachman. ad Propert. p. 210. finxit, *multos o fumet in annos,* laudans Sil. VII. 457. H. Vossius, *ut sumat;* Bach *hæc sumat.* Cod. Lips. habet *sūmet;* Vicent. *summet;* Witt. 1. Angl. 1. Vat. Ursini, et Guelf. 3. *celebretur,* quod ex Aldd. Dous. Janson. Gabh. Græv. et Mur. restituit Broukh. pro quo Palat. 6. offert *celebratur,* improbante Heins. qui conj. *Huic....multos o duret,* vel *Hæc....multos consummet;* Huschk. *Quo....multos hoc sumat;* et Heyn. *multos celebrate per annos.* Cf. Hor. I. Od. 32. 2. Propert. III. 4. 19. Tibull. I. 7. 63.—24 Cod. Lips. Par. duo Broukh. Angll. 1. 2. Bartol. Venet. 2. &c. *nostro....thoro,* vel *toro;* in aliis, ut ed. pr. min. *vestro....toro;* tres Voss. Witt. 1. unus Stat. Ald. 2. cum aliis *vestro choro.*

NOTÆ

Poëtæ 'testudinem' pro 'lyra' usurpant. Horat. de Arte Poët. 'Saxa movere sono testudinis.' Propert. lib. II. Eleg. ultima: 'Tale facis carmen docta testudine, quale Cynthius impositis temperat articulis.'

CARMEN III.

PARCE meo juveni, seu quis bona pascua campi,
Seu colis umbrosi devia montis, aper:

O *Aper, quisquis incolis sive opima pabula agri, sive lustra invia montis opaci,*

Hanc Inscriptionem habet cod. Lips. *Sulpicia ad Cherintum de venatione dimittenda incipit feliciter:* hæc extrema verba (*incipit feliciter*) absunt a Broukh. 1. 2. 3. ed. pr. maj. Venet. 2. Vicent. et Rheg. *Sulpicia ad Cherinthum* Statiani; *Epistola: Sulpitia ad Cherintum: de omittenda venatione* Witt. 1. —1 Berol. 4. *seu quid;* Vat. Heins. 1. *seu qui* et sic emendabat Ayrman. in Vita Tibulli § 81. probante Heynio: *campis* unus Stat. cod. Lips. et Angl. 1. *carpis* Broukh. 1. *capis* (i. e. *cāpis,* vel *campis,*) in ed. Rom.—3 *Ne velis duros*

NOTÆ

1 *Parce meo juveni*] Tibullus sub persona seu nomine Sulpiciæ hoc Carmen inscripsit Cerintho, egregiæ nobilitatis et formæ adolescenti. Hunc cum amore deperiret Sulpicia, eumque impensius quam vellet venationis

Nec tibi sit duros acuisse in prælia dentes;
  Incolumem custos hunc mihi servet Amor.
Sed procul abducit venandi Delia cura. 5
  O pereant sylvæ, deficiantque canes!
Quis furor est, quæ mens, densos indagine colles
  Claudentem, teneras lædere velle manus?

ne læde meum adolescentem; neque tibi sit animus *sævos acuminasse dentes ad pugnam; Cupido defensor* Amantium *istum mihi salvum custodiat. At longe eum abstrahit nimium venandi studium. O utinam dispereant nemora, et nulli sint canes. Quæ insania est, quis animus, nemorosos montes plagis cingentem molles manus*

Guelf. 2. a marg. *Neve velis duros*, vel *Ne tibi sit duros* conj. Heyn. *in pectore* Beroll. 1. 2. 4. Witt. 1. 2. Broukh. 1. 2. 3. Colb. Exc. Lips. Dat. Angll. 1. 2. 3. Par. cod. Lips. et Bartol. *impectore* Berol. 3. *in pectora* unus Zwic. ed. pr. maj. Venet. 2. Vicent. Rheg. Brix. Venett. 1491. 1493. Aldd. et Stat. At primus Scal. e Cuj. dedit *in prælia*, quod legitur etiam in marg. Gryph. 1573. —5 Scal. *devia cura* de conjectura edidit; hinc Heins. *in devia;* et postea, *abducit venanti Delia curas*, quod, probantibus Heyn. et Huschk. in textum receperunt Broukh. Bauer. et Bach: *adducit....Delia cura* Berol. 2. *venanti* Voss. 1. 4. 5. *curam* Voss. 3. et Bartol. Nostram lect. testantur omnes alii codd. et edd. vett.—6 *O valeant* Vat. Heins. 1. Cf. II. 3. 67. et II. 6. 9. Sed et alterum Nostro frequens: vide I. 1. 51. II. 3. 75. II. 4. 27. et III. 4. 62.— 7 *Quis furor, o quæ mens* Witt. 1. 2. Broukh. 1. Angl. 3. tres Voss. et Reg. quod reposuit H. Voss. *Et quid furor est que mens* cod. Lips. *Quis furor, aut quæ mens* Colb. *Quis furor est o mens* Monac. et Goth. hinc *Quis f. o! quæ mens* edidit H. Voss. Verbum autem in his interrogandi formulis priori membro annectere solet Tibullus: cf. I. 6. 3. II. 3. 29. Ad emend. Heins. et Dous. F. Broukh. dedit, *Quis furor est demens.* Nostram lect. testantur Par. Beroll. Guelff. Corv. alii, cum edd. vett. Vide Catull. XV. 14. Ovid. V. 13. seq. Hor. I. Od. 16. 22. Ovid. Amor. III. 14. 7. Art. Am. III. 172. Virg. Æn. II. 519. Cic. Off. II. 2. et Tibull. I. 10. 33. *densas* Berol. 1. *densa* cod. Lips. et Goth. pro *colles*, quod exhibent omnes codd. sine exceptione, H. Voss. dedit *saltus*; et sic Bentl. h. l. citat ad Hor. I. Epist. 2. 60. Vide Weichert. Ep. Crit. p. 84.—8 *Candentem* Beroll. 1. 3. sed *Claudendo* Berol. 1. in marg. hoc exhibent etiam Goth. Ask. in marg. et Bartol. num sic in ed. pr. min.? *Claudentis* Laud. et Angl. 2. *vepre* pro *velle* conj. V. D. in Act. Soc.

NOTÆ

studio deditum videret, timens ne lædatur a feris, apros rogat incolentes loca, ad quæ accessurus est Cerinthus, ut ab eo dentes amoveant. Deinde adolescentis insaniam carpit, qui se potius lacerari inter lustra ferarum et vepres patiatur, quam suis amplexibus frui velit; demumque, quibus potest eum blanditiis ab alienis amoribus, et nimia venandi cura, ad suas delicias invitat.

7 *Quis furor*] Ut supra I. 10. 33. 'Quis furor est atram bellis arcessere Mortem?'

Indagine colles] Indago metonymikῶς retia vel plagas, quibus locus aliquis cingitur, ad capiendas feras significat. Indago enim est proprie ferarum inquisitio, ut ait Serv. ad illud Æn. IV. 'saltusque indagine cingunt.'

Quidve juvat furtim latebras intrare ferarum?
  Candidaque hamatis crura notare rubis? 10
Sed tamen, ut tecum liceat, Cerinthe, vagari,
  Ipsa ego per montes retia torta feram.
Ipsa ego velocis quæram vestigia cervæ,
  Et demam celeri ferrea vincla cani.
Tunc mihi, tunc placeant sylvæ; sic, lux mea, tecum 15
  Arguar ante ipsas concubuisse plagas.
Tunc veniat licet ad casses, illæsus abibit,
  Ne Veneris cupidæ gaudia turbet, aper.

offendere velle? Quid vero prodest ferarum latibula clam ingredi, et nivea crura sentibus uncinatis signare? Verumtamen, o Cerinthe, egomet per colles libens traham casses tortuosos, dummodo mihi concedatur tecum vagari. Egomet investigabo signa pedum cervi præpetis, detrahamque citis canibus copulas ferratas. Tum quidem *me nemora delectent, si insimuler tecum, o vita mea, coram ipsis retibus dormiisse. Etiamsi per id temporis aper* aliquis *incidat in plagas, inde salvus expedietur, ut Veneris ardentis voluptatem non præpediat. Tum nulla Venus sit absque*

Traj. p. 193.—10 Berol. 3. *amatis;* Colb. Exc. Lips. et Angll. 3. 4. *armatis,* improbantibus Broukh. et Heyn. *rubris* Beroll. 1. 3.—11 *Cherinthe* Witt. 1. 2. unus Broukh. Dat. ed. pr. maj. Venet. 2. Brix. et Rheg. *Cherinte* Par. Broukh. 1. 2. et ed. pr. min.—12 *Ipse* Beroll. 1. 3. sed Berol. 1. a m. sec. *Ipsa:* Guelf. 2. *geram.*—13 *Ipse* Berol. 1. et a m. sec. *Ipsa.* Vulgatam *cervæ,* quod de conjectura primus reposuit Broukh. 'ne in Pentametro ter resonet τὸ *i,* sibilo odioso,' aut potius e more poëtarum, firmant Monac. et Bern. *cervi* exhibent omnes alii codd. et edd. vett.—15 *Tum mihi, tum* edidit H. Voss. contra omnium codd. fidem. *si lux* omnes Beroll. Guelff. Broukh. Heins. et Stat. quod non spernendum censet Heyn. quodque revocarunt Wund. Voss. et Bach. *sic* conjecturam Heinsii admisit Broukh. idque firmant Voss. 2. et 3. —16 Berol. 2. *procubuisse.*—17 In Corv. turbatus ordo versuum; nam 19. 20. sunt ante 17. 18. retracti.—18 Goth. *Nam....turbat;* cod. Lips. *turpet;* sed correctum eadem manu, prorsus ut in Zwic. 1. ap. Wund. *turpet* etiam in

NOTÆ

10 *Hamatis crura notare rubis*] Spinis, seu sentibus, cuspidibus armatis. Ovid. Met. I. 'Me miserum! ne prona cadas, indignave lædi Crura notent sentes.'

14 *Ferrea vincla cani*] 'Melium' vocavit Antiquitas illud vinculum seu collare, quo colla canum vinciuntur et astringuntur, ut notavit Varro de Re Rust. II. 9. Fit autem e corio firmo cum clavis capitatis, insuiturque pellis mollis, ne noceat collo canis duritia ferri. Hic sumitur pro copula, qua canes a Venatoribus retinentur. Juxta illud Ovid. Met. VII. 'Copula detrahitur canibus quos illa sequentes,' &c. Idem Met. VIII. 'Vincula pars adimunt canibus.'

15 *Tunc placeant sylvæ*] Virgil. 'Rura mihi, et rigui placeant in vallibus amnes.'

16 *Ante plagas*] Plagæ differunt a retibus et cassibus, quod casses et retia longo tractu tendantur; plagæ nonnisi in viarum angustiis, quæ retibus continuari nequeunt, internectuntur. Casses vero nonnisi ad majores feras capiendas adhibentur.

Nunc sine me sit nulla Venus; sed lege Dianæ,
  Caste puer, casta retia tende manu. 20
Et quæcumque meo furtim surrepet amori,
  Incidat in sævas diripienda feras.
At tu venandi studium concede parenti,
  Et celer in nostros ipse recurre sinus.

me. At juxta Dianæ mandata, o juvenis pudice, dispone casses puris manibus. Si vero alia puella *meas delicias clam occupavit, quæcumque ea sit, discerpenda belluis immanibus occurrat: sed tu, o Cerinthe, patri* tuo *relinque venationis curam, festinusque in nostros amplexus accurre.*

Vicent.—19 *Nunc* Beroll. 1. 4. Witt. 2. Laud. Exc. Lips. Vat. Ursini, et Angll. 2. 3. 4. quod restituit Broukh. pro vulg. *Tunc*, quod exhibent Par. Beroll. 2. 3. alii, cum edd. vett.—20 *Casta* Reg. lectionem *tende* revocavit Broukh. ex ed. pr. maj. Bartol. Aldd. Mur. et Dous. 1592. eamque firmant Colb. Reg. Guelf. 2. Par. alii; *tange* exhibent omnes Angll. Scal. Stat. Beroll. et Witt. Broukh. 1. 2. 3. octo ap. H. Voss. Laud. Corv. Dat. Venet. 2. Brix. Rheg. Vicent. Rom. Lips. ap. Heyn. Venett. 1487. 1491. 1493. 1500. 1520. et Scal. pro quo Broukh. et Heyn. malebant *pange;* et Heins. *pande.*—21 *Aut* Exc. Perr. Vat. Heins. 2. cod. Scal. et Vicent. probante Heynio, et hoc receperunt H. Voss. et Bach; *At* Cuj. *Et* Beroll. Par. aliique omnes: *quodcunque* Berol. 2. et unus Broukh. *quicunque* Rom. *supbit* (quod compend. est verbi *superbit*) in Berol. 4. *subrepit* Berol. 2. Witt. 2. Broukh. 1. 2. 3. unus Angl. Par. alii, cum ed. pr. maj. (forsan et min.) Bartol. Venet. 2. Brix. Rheg. Vicent. Rom. Lips. Venett. 1487. 1491. 1493. 1500. 1520. Aldd. Mur. Stat. et Scal. *subrepet* Sfort. ap. Stat. Reg. et sex Voss. quod primus admisit Broukh. *surrepit* Witt. 1. *subjecit* unus Angl.—22 *Incidat et sævis....feris* Palat. 5. Goth. et cod. Lips. quod H. Voss. tanquam magis poëticum admisit. Sed vide I. 10. 60. et Cic. ad Fam. VIII. 11.—23 Broukh. 1. *concede parumper.*—24 Voss. 2. *nostro...sinu;* Bern. *nostros....pedes*: Par. solus habet *sæpe recurre.* Ad sensum comp. Propert. III. 20. 10. et Ovid. Her. XV. 95.

NOTÆ

19 *Lege Dianæ*] Diana Venationis Dea, ipsaque Venatrix, quæ casta semper fuit virgo et illibata, cujusque comites perpetua virginitate insignes fuerunt.

CARMEN IV.

Huc ades et teneræ morbos expelle puellæ,
  Huc ades, intonsa, Phœbe, superbe coma.
Crede mihi, propera, nec te jam, Phœbe, pigebit
  Formosæ medicas applicuisse manus.
Effice, ne macies pallentes occupet artus, 5
  Neu notet informis candida membra color.

O *Phœbe, insignis crinibus incæduis, fer opem, virginisque tenellæ medere languoribus. Habe mihi fidem,* o *Phœbe, festina, neque modo te pœnitebit adhibuisse medicas manus pulchræ* puellæ. *Fac ut tabes pallida ipsius membra non invadat;*

Hæc ex Witt. 1. affertur Inscriptio, *Epistola: Cherinthi: vel Tibulli potius: ad phœbum pro puella languente.* Broukh. 2. 3. ed. pr. maj. et Rheg. *Ad Phœbum pro Cherintho ægrotante:* sic in cod. Lips. et Broukh. 1. sed hic addit, *et puella;* ille, *proque puella.* Venet. 2. *Ad Phœbum pro Cherintho ægrotante, seu pro puella.* Similiter alii.—1 Omissum est *et* in ed. pr. maj. et Venet. 2. *Huc ades o teneræ* Zwic. 2. Exc. Perr. Vat. Heins. 2. Scheff. Rheg. et Lips. ap. Heyn. *et* agnoscunt tres ap. Sant. Beroll. 1. 2. 3. 4. Par. aliique. Vide I. 7. 49. et II. 1. 35. Pro *expelle* unus Broukh. Thuan. Voss. 5. et Berol. 2. habent *depelle,* quod sane usitatius est: vide Cæsar. de B. G. VI. 17. at Hor. II. Epist. 2. 137. 'Expulit helleboro morbum.' cod. Lips. *expele;* Berol. 3. *expelle:* H. Voss. malit *averte:* cf. Hor. II. Epist. 1. 136. Quod attinet ad sonum rhythmicum, qualem habemus in verbis *depelle puellæ,* Weichert. in Actis Sem. Reg. Lips. Vol. II. p. 326. hæc notavit, 'Versus ὁμοιοτέλευτοι vel iuvitis poëtis, lingua ipsa sic ferente, præsertim in Pentametris, excidere debebant. Quo factum est, ut apud optimos quosque poëtas, cum Græcos tum Latinos, passim ejusmodi versus occurrant, quos, renitentibus potissimum libris, corrigere temerarii atque inconsulti est judicii.' Laudavit in hanc rem Barth. ad Stat. Theb. II. 239. Broukh. ad Propert. I. 8. 11. Passov. ad Pers. I. p. 313. alios.—3 Hoc distichon subjectum est sequenti in cod. Lips. Structurum *nec te jam* agnoscunt Par. Guelff. 1. 2. 4. Corv. Reg. Beroll. alii; *nec jam te* Guelf. 3. Monac. et Voss. 5. receptum a Vulp. et Heyn. in ed. 1755. et 1777. probante Wund. Sed cf. II. 5. 65. et 69. Marg. Gryph. 1573. *neque enim te;* margo Rheg. ap. Huschk. *tam.* —4 Berol. 2. et ed. Bartol. *apposuisse,* quæ commutatio alias quoque reperitur; ap. Ovid. Fast. IV. 851. aliqui legunt, 'osculaque apposuit' pro 'applicuit.'—5 Margo Rheg. 'forte, *tabentes; pollenteis; pullanteis.*' Ex his

NOTÆ

1 *Huc ades*] Votum est ad Artis Medicæ Principem Phœbum, pro Sulpicia Cerinthi puella ægrotante.

2 *Phœbe, superbe coma*] Semper comatus et juvenis Phœbus fingitur, et intonsos habens crines, quia Sol nunquam senescit, et perpetuos radios in remotissima quæque extendit, ut de se ipse loquitur apud Ovid. 'Utque meum intonsis caput est juvenile capillis.' Unde etiam Tibull. I. 4. 33. 'Solis æterna est Phœbo Bacchoque juventus, Et decet intonsus crinis utrumque Deum.'

4 *Medicas applicuisse manus*] Phœbus dicitur Artis Medicæ Magister, quia Sol temperie sua salutis causa est, corporaque sibi subjecta recreat, resque omnes, quibus aluntur et conservantur, producit.

Et quodcumque mali est, et quicquid triste timemus,
In pelagus rapidis devehat amnis aquis.
Sancte, veni, tecumque feras, quicumque sopores,
Quicumque et cantus corpora fessa levant. 10
Neu juvenem torque, metuit qui fata puellæ,
Votaque pro domina vix numeranda facit:
Interdum vovet, interdum, quod langueat illa,
Dicit in æternos aspera verba Deos.

et quicquid est morbi, et quodcumque funestum metuimus, flumen undis citatis in mare auferat. Adsis, o *Dive, et una tecum affer omnes succos, et omnes cantus qui corpus ægrum possunt relevare.* Oro, *ne crucia adolescentem, qui timet amicæ mortem, et innumeras preces fundit propter* suam *heram. Aliquando* autem *vota facit, aliquando* vero *contra Divos sempiternos voces profert injuriosas. Solve*

tabentes ex emend. Heinsii admisit Broukh. non facturus, si animadvertisset lectionem *pallentes* firmari mendosa voce *pallida* v. 6. quam illa peperit. Lips. Exc. cum tribus Heinsii *neu macies pallentes.*—6 *Neu notet infirmus* Corv. Pro vulg. *pallida,* (quam exhibent omnes Beroll. Guelff. Broukh. Angll. alii, cum edd. vett.) Broukh. malit *squalida;* Firm. Ask. Bern. et ed. Rom. præstant *candida;* et hanc primus restituit Heyn. Voces ' pallidus,' ' callidus,' ' candidus ' in codd. frequenter commutari, cf. Ovid. Art. III. 607. et Burm. ad Ovid. Met. VI. 576.—8 Ex codd. et edd. vett. omnibus H. Voss. et Bach revocarunt *evehat:* vide Varr. de R. R. XIII. Colum. I. 6. et Cic. in Verr. I. 20. *eveat* cod. Lips. *vehat* Goth. *devehat* ex emend. Heinsii propagavit Broukh. quod habet Voss. 5. solus: cf. Ovid. Art. III. 386. et Liv. XXV. 12.—9. 10 Commel. Exc. Colot. et Rom. *sopore,* et mox *cantu;* Guelf. 2. correctum *lepores;* Witt. 1. quinque Voss. et unus Angl. *sopores;* omnes alii, tum scripti tum editi, a quibus tandem decesserunt Broukh. Vulp. Heyn. et Lips. 1812. habent *sapores;* hi omnes etiam exhibent *cantus.* Margo Gryph. 1573. *nostra* pro *fessa:* Hor. Carm. Sæc. 68. de Phœbo: ' Qui salutari levat arte fessos Corporis artus.' Marg. Rheg. ap. Huschk. habet: ' Palatin. prim. *luent.* Sic Eleg. seq. v. 14. ' vel mea vincla lue,' legendum conjicit Gebhardus. Sed sic Virgil. (Æn. II. 146.) ' arcta levari Vincla jubet Priamus.' Voss. 5. *levent,* quasi res incerta sit, Phœbi cantus corpora fessa levare.—11 Primum hemistichium firmat lectionem receptam supra I. 8. 49. ' Neu Marathum torque.' Alterum hemistichium firmare videtur lect. receptam I. 5. 69. ' mea fata timeto,' ubi alii ' cavcto ' legunt. Est tamen diversa horum locorum ratio. Monac. *facta puellæ.*—13 Laud. Angl. 2. et Zwic. 1. *fovet;* Berol. 3. Voss. 1. et Dat. *movet;* Goth. *meret;* Berol. 2. *interdumque langueat;* Berol. 3. *interdum langueat illa.*—14 *Vicit...impia* unus Palat. Rom. Brix. et Venett. 1491. 1493. translatum huc ex aliis Tibulli locis I. 3. 52. III. 4. 16. et

NOTÆ

6 *Informis color*] Exsanguis nimirum pallor et tabes, quæ corpora prorsus exedunt.

9 *Quicumque sopores* [*sapores*] Herbas omnes, succos, et pocula, atque etiam incantationes, quæcumque morbos depellere possunt, intelligit.

11 *Neu juvenem torque*] O Phœbe, si puellæ Sulpiciæ pulchritudo te non movet, at saltem te flectat Cerinthus amator, qui innumera facit vota pro puellæ suæ salute, de cujus morbo ad mortem usque dolet.

Pone metum, Cerinthe, Deus non lædit amantes. 15
Tu modo semper ama: salva puella tibi est.
Nil opus est fletu: lacrymis erit aptius uti,
Si quando fuerit tristior illa tibi.
At nunc tota tua est; te solum candida secum
Cogitat; et frustra credula turba sedet. 20

timorem, o Cerinthe, Deus non nocet amantibus. Tu jam perpetuo ama, tibi sospes et incolumis est amica. Jam non decet lugere; tunc fletus effundere convenientius erit, si illa fuerit aliquando asperior tibi. Sed modo omnis est tua, te unum formosa illa meditatur, incassumque agmen credulum procorum *foribus* ejus *assidet.*

III. 5. 14.—15 Guelf. 4. *læsit:* Angl. 2. et Laud. *amantem.* Libri scripti omnes, scil. Beroll. Guelff. Statiani, Par. Corv. Reg. Broukh. et Heinsiani, edd. pr. maj. min. Bartol. Rom. Vicent. Rheg. Venett. 1487. 1491. 1493. 1500. Ald. 1. Par. 1534. Basil. 1539. Scal. Amst. 1640. Gab. 1659. Venet. 1750. aliæ, cum vet. ed. sine l. et a. ad Ald. 1. expressa, quatuor hæc disticha hoc ordine exhibent, 15. 16. 19. 20. 21. 22. 17. 18. Statius in textu posuit lect. nostram ex Ald. 2.; in Commentario vero hæc scribit: 'Ego vero perturbatum ordinem versuum puto; nam et in Marcelli libro, et Vaticano, versus illi, *Nil opus est fletu*, et, *Si quando fuerit*, leguntur post versum, *Corpore servato.* Itaque legendos, et hoc loco puto simul ponendos, *Phœbe, fave: Corpore servato: Jam celeber: Certatim sanctis: Tunc te felicem: Optabunt artes.*' Hanc Statii rationem secutus, versus ita ordinavit Broukh. 15. 16. 19. 20. 17. 18. 21. 22. Hoc voluisse Statium negat H. Voss. consentientem habens Wund. qui ita scribit: 'Notante H. Vossio, in antiquissimis edd. etiam Aldina prima et secunda' (falso; nam Ald. 2. excipienda est) 'ordo fuit hic: *At nunc: Phœbe: Nil opus.* Primus Muretus mutavit hunc ordinem, et ultimum distichon, *Nil opus*—primo loco posuit.' (Falso; nam ante Mur. fecit is, qui curavit Ald. 2.) 'Statius non dixit disertis verbis distichon *Nil opus:* ante distichon *Phœbe....* collocandum esse, quod tradidit falso Broukhusius.' Hactenus Wund. Atqui recte hoc tradidit Broukh.; nam Statii notio ita intelligenda est: 'Ego vero perturbatum ordinem versuum puto' (in Ald. 2.) 'nam et in Marcelli libro, et Vat.' (sicut in reliquis libris et edd. prr.) 'versus illi, *Nil opus est fletu*, et, *Si quando fuerit*, leguntur post versum,' (versus, *Phœbe fave*, et) '*Corpore servato.* Itaque legendos' (versus illos, *Nil opus est fletu*, et *Si quando fuerit* extremo hoc loco) 'et hoc loco puto simul' (i. e. una cum illis, conjuncte cum illis, et deinceps) 'ponendos, *Phœbe fave,*' *&c.* Hoc volebat Statius, ad cujus conj. accurate locum ordinavit Broukh. addens: 'id quod præstantissimæ quæque editiones expresserunt.'—16 'Videtur τὸ *semper* ad nostrum sensum paulo jejunius positum esse pro constanter.' *Heyn.* —17 *Nihil opus* ed. pr. min.—19 *Et nunc* malit Heyn. aut *Ac nunc*, quod et in Guelf. 3. legitur: pro *candida* Heins. conj. *languida*, satis languide, inquit Heyn. *semper* in Laud. pro *secum.*—20 Witt. 1. unus Stat. duo Angll. Bern.

NOTÆ

16 *Tu modo semper ama*] Ita pariter Ovidius: 'Tu, Pari, semper ama.'

19 *Te solum candida secum Cogitat*] In hanc etiam sententiam Phædria Terentii in Eun. I. 2. 113. 'Dies noctesque me ames; me desideres; Me somnies; me expectes; de me cogites; Me speres; me te oblectes; mecum tota sis.'

20 *Credula turba sedet*] Alii legunt, *sedula.* Hoc porro dicit de procorum agmine, qui falsa spe ducti ad fores Sulpiciæ, ut ipsi se in ejus amorem insinuarent, assidebant.

Phœbe, fave, laus magna tibi tribuetur, in uno
  Corpore servato restituisse duos.
Jam celeber, jam lætus eris, cum debita reddet
  Certatim sanctis lætus uterque focis.
Tunc te felicem dicet pia turba Deorum, 25
  Optabunt artes et sibi quisque tuas.

Adsis, o Phœbe, tibi grandis erit gloria duos a morte in uno corpore Sulpiciæ *sanato conservasse. Tunc celebratus, tunc cultus eris, quando nos ambo gaudentes aris tuis debita vota solvere æmulabimur. Tunc sanctus Divorum chorus te beatum prædicabit, ac omnes omnino sibi tuas artes certatim expetent.*

ed. pr. min. et Bartol. *sedula*, quod placet Heynio ; *garrula* Rom. *canit* pro *sedet* in Exc. Broukh. et primo ejusdem.—21 Laud. et Angl. 2. *tribuatur*.—22 Reg. et Vat. Heins. 1. *servatos ;* Hamb. *sanato:* cod. Lips. *duo*.—23 Voss. 1. et Cyll. in Comment. *tutus eris ;* Bern. *levis*. Hujus loci, quem mendosum putabat Heyn. clara et perspicua est sententia, monente Nagelio Actt. Soc. Traj. Tom. IV. p. 259. qui sic bene expedivit : 'Jam celebraberis, et hac laudum tuarum commemoratione *lætus eris*, s. gaudebis.' Cf. Ovid. Trist. II. 1. 69. Eurip. Hipp. 7. seq. ejusd. Bacch. 319. seqq. et Hom. Il. A. 74. 'Perperam igitur Heyn. corrigebat *clarus*. Sed hic vicissim bona observatione evertit vs. 24. Broukhusii lectionem *lotus* pro *lætus:* 'Vota solvimus læti, unde in monumentis frequens occurrit V. S. L. M.' Ergo sana omnia.' *Huschk.* Heyn. conj. etiam *magnus eris: reddent* Hamb. quod reposuit H. Voss.—24 In ed. pr. min. *factis* pro *sanctis*.—25 Pro *Tunc* nullus cod. *Tum*, quod substituit H. Voss. 'Lege *dicent ;* ita enim loqui amant optimi scriptores, verbum plurale jungentes cum nomine singulari vel collectivo vel partitivo.' *Broukh.* Hoc quidem habent Voss. 1. 3. 4. Sed consuetudo repugnat. Scribunt Latini promiscue 'turba ruit' et 'turba runnt:' non scribunt 'ruunt turba' sed 'ruit turba.' Hoc innumeris exemplis utriusque generis scriptorum comprobavit Ahlwardtus in eximio libello, edito Oldenburg. a. 1804. recte expungens lect. 'circumstant' quam Heins. e libris quibusdam intulit Ovid. Trist. v. 6. 41. recte item corrigens apud eundem ibid. 596. 'Dilaniet' pro 'Dilanient.' Et accurate ille disputat de loco, qui huic regulæ repugnare videatur, Ovid. Fast. III. 472. Vide Cort. ad Sall. Cat. 43. Jug. 101. et dele emend. Bentl. in Hor. III. Od. 5. 17. 'Si non perirent immiserabilis Captiva proles.'—26 Guelf. 4. Rom. et Venett. cum Comment. Cyll. *suas*.

NOTÆ

22 *Corpore servato restituisse duos*] Cerinthum nempe et Sulpiciam. Ita pariter Ovid. Amor. II. 'Huc adhibe vultus, et in una parce duobus : Nam vitam dominæ tu dabis, illa mihi.' Sic etiam Propertius II. 28. 'Si non unius, saltem miserere duorum : Vivam, si vivet; si cadet illa, cadam.

24 *Lætus uterque focis*] In angustiis et periculis vota nuncupabant, quæ, postmodum malis expediti, læti gaudentesque solvebant.

CARMEN V.

Qui mihi te, Cerinthe, dies dedit, hic mihi sanctus,
Atque inter festos semper habendus erit.
Te nascente novum Parcæ cecinere puellis
Servitium, et dederunt regna superba tibi.

O *Cerinthe, dies ille qui te mihi tradidit colendus est, et in sacris perpetuo mihi ponendus erit. Te nascente novam servitutem Parcæ fœminis indixere, tibique*

Inscribitur in Witt. 1. *Epistola: Sulpitia ad Cherintum amicum suum:* in Broukh. 1. *Ad Cherintum de ejus natali, atque amore;* et sic in Broukh. 2. 3. et Venet. 2. qui tamen addunt, *et oratio ad Venerem:* in Palatt. Stat. et ed. pr. maj. *Ad Cherinthum:* in ed. pr. min. *Ad Venerem oratio.*—1 *Est qui cherinte dies dedit* cod. Lips. *Est qui te C. dies* Par. omnes Beroll. Witt. 1. 2. Broukh. 1. 2. 3. Colb. Stat. Angll. 1. 2. omnes ap. H. Voss. Zwicc. 1. 2. alii, cum. edd. pr. maj. min. Bartol. Venet. 2. Brix. Rheg. Vicent. Venett. 1487. 1491. 1493. 1500. 1520. Aldd. &c. *Qui mihi te* Scal. e Cuj. et sic Berol. 3. a marg. *Set qui te* Exc. Perr. et Goth. Scripturam edd. vett. revocavit Bach, ita scribens: 'Scripturam cur revocaverim, hæ causæ me impulerunt: 1. Natalem, nec vero eum diem, quo Cerinthus innotuerit Sulpiciæ, volebat designare, id quod vel contextus docet: 2. Verbo substantivo in sententiis vi quadam declarandis primam fere sedem concedunt poëtæ, cf. Ovid. Fast. VI. 219. Martial. IX. 18. Broukh. in scriptis: '*Est qui te recte.* Naso: 'Illa dies hæc est, qua te celebrare poëtæ.' Martial. 'Hæc est illa dies, magni quæ,' &c. Nemini, puto, repet. *mihi* in vulg. probabitur. H. Voss. præeunte Guyeto, maluit, *Et qui te.* Hoc certe manifestum est, vocem initialem in uno vel pluribus codd. excidisse, et deinde male suppletam esse. Junctura verborum satis expedita: *Qui dies te, Cerinthe, dedit, hic est mihi sanctus, &c.* Graviter sibi respondent vv. *Est...habendus erit.* Ad orationis colorem cf. Virg. Æn. v. 49. sq.'—2 Berol. 4. *inter fastos.*—3 Ed. pr. maj. Vicent. et Rheg. *parce:* Beroll. 1. 3. *puellæ;* Guarn. et Rom. *puelle;* Berol. 3. a marg. *puellis,* ut est in omnibus aliis. Cf. Posidippi Ep. VII. 5.—4 Witt. 1. 2. Broukh. 1. 2. 3. omnes Angll. Beroll. 1. 2. 3. Corv. Reg. omnes Guelff. Par. edd. pr. maj. min. Venet. 2. Brix. Rheg. cum aliis, *dederant.* Vide ad II. 5. 79. *dederunt* testantur Berol. 4. Berol. 3. a marg. et Zwic. 1. cum ed. Bartol.

NOTÆ

1 *Qui mihi te, Cerinthe*] Hoc etiam Carmen Sulpiciæ nomine scriptum est, quo suum in juvenem Cerinthum testatur amorem ardentissimum, cujus etiam mutuum in se vehementer exoptat ardorem, et ideo se ejus diem natalem, tanquam sanctissimum, celebraturam profitetur. Ad Genium deinde Veneremque se convertit, eosque enixe precatur, ut Cerintho adsint, votisque ejus faveant, si modo Sulpiciam vere et sincere diligat.

3 *Parcæ cecinere puellis*] Sunt Parcæ Deæ fatales vitæ humanæ stamina dispensantes. Tres esse finguntur Sorores, Clotho, Lachesis, Atropos, Erebi Noctisque filiæ, quarum primam colum volunt gestare, secundam nendo humanæ vitæ terminum præfinire, tertiam filum incidere, et statuto tempore vitam abrumpere. Unde 'Sorores lanificæ' vocantur a Poëtis. Martial. lib. VI. 'Si mihi lanificæ ducunt non pulla Sorores Stamina, nec surdos vox habet ista Deos.'

4 *Regna superba*] Superbum sane

Uror ego ante alias; juvat hoc, Cerinthe, quod uror, 5
Si tibi de nobis mutuus ignis adest.
Mutuus adsit amor, per te dulcissima furta,
Perque tuos oculos, per Geniumque rogo.
Magne Geni, cape dona libens, votisque faveto;
Si modo, cum de me cogitat, ille calet. 10

imperia magna dederunt. Egomet amore præ omnibus aliis ardeo. Placetque istud, o Cerinthe, quod ardeo, modo tibi pro me sit ardor reciprocus. Te obsecro, per tuas suavissimas rapinas, per tuos ocellos, et per Genium tuum. *O potens Geni, accipe lubens thura, et votis annue, si ipse quoque ardet, quando de me cogitat.*

Venett. 1487. 1491. 1493. 1500. 1520. et Aldd. *sibi* sola ed. pr. min.—5 Berol. 2. *quod uxor.*—6 *Si tibi nobiscum* edidit H. Voss. laudans Plaut. Curc. I. 1. 46. et Trin. II. 4. 37. Cujus lect. vestigium nusquam est. Heynius proposuit, *de nostro*, sc. igni, aut, *Si tibi, qui nobis, &c.* improbante Bach, qui, si quid mutandum, proponeret, *Si tibi idem nobis*, pro idem quod nobis est; vel, *Si tibi idem est nobis:* Berol. 4. a marg. *adsit amor;* Berol. 2. *amor* pro *ignis;* posterius etiam habet in margine.—7 Par. *assit amor;* Witt. 1. unus Broukh. unus Stat. Vat. Heins. 2. Zwicc. Beroll. 2. 4. edd. pr. maj. min. Bartol. Vicent. Rheg. Lips. ap. Heyn. cum aliis *te per;* Broukh. 1. Venett. 1487. 1491. 1493. 1500. 1520. Aldd. &c. *tua per;* cod. Lips. Par. Beroll. 1. 3. plerique Statiani, Witt. 2. Broukh. 2. Dat. Angll. 1. 2. 5. ceterique *per te.*—8 Dissenius citat *suos*, unde nescio.—9 *Alme Geni* Exc. Pocc. Perr. et Vatt. Heins. 1. 2. quod, probante Heyn. recepit Bauer. *Alme veni* Exc. Lips. *Mane Geni* Witt. 1. 2. Zwicc. 1. 2. sex ap. H. Voss. Broukh. 1. 2. 3. Par. Laud. Angll. 2. 3. 4. 5. omnes Beroll. Reg. Corv. ed. pr. maj. Venet. 2. Brix. Rheg. Ald. 2. Gryph. 1573. &c. *Mane veni* Berol. 1. a m. sec. Zwic. 1. a marg. Colb. Angl. 1. Thuan. duo Stat. cum Vat. et Marcel. ap. eundem, Bartol. Rom. et Ald. 1. Addit Heynius, 'quod in Venetis statim mutatum.' Fortasse in Venet. 1487. nam in Venett. 1491. 1493. vox desideratur, legiturque simpliciter *Mane cape.* Idem Heyn. in Gryph. 1546. exaratum invenit *Magne Geni*, quam emend. sibi vindicat Scal. eandem Plant. 1603. et sequiores servarunt. *Mane Geni*, quod interpr. sancte, revocarunt H. Voss. et Bach. Vide Serv. ad Virg. Æn. I. 139. et Varr. de L. L. v. 2. 'Oscitantia librariorum factum est, ut *Mane* pro adverb. accepto *Geni* in *veni* corrumperetur.' *Bach.* *thura* vel *tura* exhibent Par. Beroll. 2. 4. ceteri fere omnes, cum edd. ante Heyn. qui *dona* reposuit ex utroque Witt. uno Heins. et duobus Angll. idque testantur etiam Beroll. 1. 3. *vota* in Exc. Lips. *donisque faveto* Dat. et Berol. 3.—10 Muretus primum edidit *ille calet*, quod confirmant Exc. Pocc.

NOTÆ

est et fastuosum, si non sæpius etiam insolens, sive in fœmina sive in viro, eximiæ pulchritudinis imperium. Ovid. Fast. I. 'Fastus inest pulchris, sequiturque superbia formam.'

7 *Dulcissima furta*] Veteres 'furtum' dixerunt quicquid clam rapiebatur, aut etiam admittebatur: unde sæpius Poëtis 'furta' dicuntur clandestini concubitus, adulteria, oscula, ceteraque Veneris lenocinia. Tibullus supra I. 2. 34. 'Celari vult sua furta Venus.'

8 *Per Geniumque rogo*] Vetus precandi mos per cujusque Genium, sicut et per rem carissimam. Horat. I. Epist. 7. 'Quod te per Genium, dextramque, Deosque Penates Obsecro et obtestor.'

9 *Magne Geni*] Genius dicebatur

Quod si forte alios jam nunc suspirat amores,
Tunc, precor, infidos, sancte, relinque focos.
Nec tu sis injusta, Venus; vel serviat æque
Vinctus uterque tibi, vel mea vincla leva:

Sed si modo forsan alienas a me *delicias exoptat; te oro, tum perfidos illius focos desere. Tu* vero, o *Venus, ne sis mihi iniqua; aut* fac *ut æqualiter* nos *ambo tibi addicti fumulemur; aut meas catenas solve. At potius ambo tum forti simul con-*

et Perr. Berol. 3. a m. sec. nonnulli ap. Stat. Vatt. Heins. 1. 2. Colot. et Ask. vulg. *valet* exhibent Witt. 1. 2. Broukh. 1. 2. 3. Colb. aliquot Stat. omnes Angll. Beroll. Guelff. alii, cum edd. pr. maj. min. Bartol. Venet. 2. Brix. Rheg. Vicent. Venett. 1487. 1491. 1493. 1500. 1520. Aldd. &c. Scal. e Cuj. dedit *volet*, quod exhibet Berol. 4. a marg.—11 *Quid? si forte alios jam nunc suspiret amores* cod. Lips. non improbante Huschk. *Qui si....suspiret amores* Voss. 2. vide ad vs. seq. *Quod si* omnes alii codd. *suspiret* Angll. 1. 5. duo Broukh. Berol. 4. Guelf. 2. Hamb. Bern. Voss. 2. Par. ed. pr. maj. Venet. 2. et Rheg. quod revocarunt H. Voss. et Bach. *suspirut* Beroll. 1. 2. 3. Berol. 4. a m. sec. Guelff. 1. 3. 4. Corv. Reg. &c. Cf. I. 4. 15. et I. 6. 35.—12 *Tum* in nonnullis codd. invenisse videtur H. Voss. *Tunc* habent Beroll. 1. 2. 3. Guelff. 1. 2. 3. 4. Corv. Reg. Par. Broukh. 1. 2. 3. Witt. 1. 2. Laud. Dat. omnes Angll. et Stat. cum edd. pr. maj. min. Bartol. Venet. 2. Brix. Rheg. Vicent. Rom. Lips. Venett. 1487. 1491. 1493. 1500. 1520. Aldd. aliæ ante Broukh. qui *Tu* ex Vat. Heins. 1. recepit, eumque secuti recentiores; hoc habent etiam Berol. 4. et quinque ap. H. Voss. Heynius comparat similem versum II. 3. 64. Sed vide ad III. 6. 6. et 62. 'Tamen legendum est *Tunc*, teste Propert. II. 13. 15. 'Quæ si forte bonas ad pacem verterit aures, Possum inimicitias tunc ego ferre Jovis.' Hic incidimus in eandem scripturæ varietatem, atque illic; nam etiam apud Propertium complures libri ab initio hexametri habent, 'Quod si.' Hoc convenit lectioni receptæ ap. Tibullum, illud lectioni cod. Voss. 2.' *Huschk.* Vide ad vs. antecedentem. Ed. pr. maj. *sacte relique*, i. e. *(sācte relīque) sancte relinque.*—13 *Nec sis nunc* Cod. Lips. Broukh. 1. ed. pr. maj. Venet. 2. Brix. Rheg. Vicent. Venett. 1487. 1491. 1493. 1500. 1520. Aldd. et Stat. *Vel tu sis* Colb. *Nec sis injusta* unus Broukh. et Voss. 1. *Nec tu sis* Sfort. ap. Stat. duo ejusdem, Reg. Guelff. 2. 3. omnes Beroll. Par. ed. pr. min. Bartol. et Rom. quam veram lect. revocavit Scal.—

NOTÆ

a Priscis Deus naturalis, et qui omnium rerum gignendarum vim haberet; seu Deus naturalis uniuscujusque loci, vel rei, vel hominis. De Genio hominis sic Censorinus: 'Genius ita nobis assiduus observator est appositus, ut ne puncto quidem temporis longius abscedat, sed ab utero matris acceptos ad extremum vitæ diem comitetur.' Veteres autem unicuique hominum duos Genios attribuebant, alterum bonum, alterum malum; non aliter atque Christiani asserunt unumquemque suum 'Angelum Custodem' habere, et contra malum Angelum insidiatorem. De his vide Servium in illud Virgilii Æn. VI. 'Quisque suos patimur Manes.'

12 *Infidos relinque focos*] Cerinthi nempe fallacis, qui detinetur alterius amoribus.

13 *Nec tu sis injusta, Venus*] Dicitur injusta Venus, cum alter amantium est mentis impos præ nimio amoris æstu, alter vero prorsus a cura solutus.

Sed potius valida teneamur uterque catena, 15
Nulla queat posthac quam soluisse dies.
Optat idem juvenis, quod nos, sed tectius optat;
Nam pudet hæc illum dicere verba palam.
At tu, Natalis, quoniam Deus omnia sentis,
Annue ; quid refert, clamne palamne roget? 20

stringamur vinculo, ut nulla dies nos deinceps possit disjungere. Hoc ipsum expetit adolescens, quod ego; at securius expetit. Ipse enim erubescit istud aperte profiteri. Sed tu, o *Dive Natalis, quandoquidem cuncta cognoscis, votis annue. Quid* enim *interest an te furtim an aperte oret?*

16 'Hunc versum in archetypo exaratum fuisse suspicor ita: *Nulla queat posthac q̄ soluisse dies;* vel *q*, omissa lineola. Quod sumentes pro *que* librarii, fulcrum assumserunt alii aliud. Cod. Par. *exsoluisse;* Laud. (Reg. cum duobus Angll.) et Voss. 3. *dissoluisse;* tres Stat. cum aliis (Broukh. 1. 2. 3. Exc. Pocc. et Perr. Vatt. Heins. 1. 2. Beroll. 2. 3. 4. Angl. 5. ed. pr. maj. min. Venet. 2. Brix. Rheg. Vicent. Venett. 1487. 1491. 1493. Broukh. Vulp.) *nos soluisse.* Utramque hanc lectionem in unam confudit librarius cod. Lips. *Nulla queat post hac nosqꝫ soluisse dies.* Voss. 1. *quæ;* Voss. 4. *qua;* Colb. Ask. Monac. Rom. et Aldd. *quam.* Hæc una est verissima lectio.' *Huschk.* Hanc lect. exhibent etiam Guelf. 3. Goth. ed. Bartol. a. 1472. Mur. Plant. et Passer. Heynius revocavit.—17 Muretus primus edidit *tectius:* Scal. vero omnium fere codd. et edd. vett. lectionem *tutius* prætulit, consentientibus, qui postea exorti sunt, editoribus. Tandem Broukh. e sex codd. scil. Exc. Pocc. Perr. et Lips. lib. Matt. Vatt. et Heins. 1. 2. quibus accedit Voss. 4. revocavit *tectius:* Par. *tucius.*—18 *Ac pudet* Exc. Perr. *Non pudet* Voss. 3. *hic illum* cod. Lips. Par. Voss. 1. et Goth. 'Nihil sanius hoc versu, qui mere est Tibullianus. Vide I. 9. 46.' *Huschk.*—19 Heynius interpungere malit, *At tu, Natalis, quoniam, Deus, omnia sentis;* ut sit, At tu, Natalis Deus, &c. Cod. Lips. *Deus quoniam omnia sentit:* fuerunt igitur, qui legerent, *At tu, Natulis, quoniam Deus omnia sentit.*—20 Berol. 1. *referut.* Lectio *clamve pa-*

NOTÆ

19 *Natalis Deus*] Genius et Natalis Deus apud Antiquos idem prorsus erat, qui et Deus etiam naturæ dicebatur. Colebatur autem et celebrabatur Natalis Deus, seu Genius, a quolibet viro, die suo natali, non a fœminis: ut manifestum fit ex illo Persii testimonio Sat. II. 'Funde merum Genio.' Viri namque tantummodo Genium habere censebantur, non fœminæ, quæ loco Genii Junonem suam colebant, quæ etiam 'Juno Natalis' dicebatur, ut ex nostro patet Tibullo Eleg. proxime sequenti: 'Natalis Juno sanctos cape thuris acervos.' Genius igitur proprie erat virorum, sicut Juno fœminarum. Unde quemadmodum tot erant Genii, quot viri; ita tot etiam colebant Junones, quot erant mulieres, et sicut servi per 'Heri Genium,' sic etiam ancillæ per 'Dominæ Junonem' jurare solebant. De Genio Horat. II. Epist. 2. 187. 'Scit Genius, natale comes qui temperat astrum, Naturæ Deus humanæ, mortalis in unum Quodque caput, vultu mutabilis, albus et ater.'

20 *Clamne palamne roget*] Interior enim sensus, desiderium, et voluntas pro verbis, seu verborum vim habet.

lamve late dominatur in libris scriptis et editis ante Mur. *clamne palamne* Angl. 1. Bern. duo Broukh. Ask. Goth. cod. Lips. cum edd. Pulmanni, Gryph. 1575. Dous. 1592. Passer. Broukh. Vulp. H. Voss. Wund. Baner. et Bach. *clamne palamve* Monac. et ed. Venet. 1750. Obvium est unde error; *ve* et *ne* vix distinguuntur in codd. Hinc confunduntur 'bellive' et 'belline' ap. Virg. Æn. XI. 120. sic 'matremne' et 'matremve' ap. Corn. Nep. XI. 3. Cf. Vulgatam *clamve palamve* acriter defendit Schelle ad Hor. Art. Poët. p. 108. seq. his quidem verbis: '*ne* paragogicum rem non nisi quærendo dubitandoque in medium profert, proponit, movet; *ve* disjungendo continuat. Hinc intelligitur, quare *ne* proprie primo loco veniat, secundo vero reliquisque *ve* substitui possit pro 'an.' Sequitur, quod exemplo Hor. Art. Poët. vs. 380. comprobatum vidimus atque sexcenties in poëtis occurrit *ve*, quod disjungendo valet, duplici modo poni posse; *ne* vero non item.' Quod hic disputavit V. D. inquit Bach, contra Bentl. ad Hor. I. Sat. 2. 63. id pluribus veterum scriptorum testimoniis refutari puto. Prætermissis iis locis, ubi lectio non certa satis habetur, afferamus Hor. Art. Poët. 117. 'Mercatorne vagus, cultorne virentis agelli:' intellige 'intererit multum.' Virg. Æn. V. 95. 'Incertus, Geniumne loci, Famulumne parentis Esse putet.' Ovid. Met. XIII. 912. 'monstrumne Deusne Ille sit, ignorans.' Cæsar. B. G. VII. 14. 'Neque interesse, ipsosne interficiant impedimentisne exuant.' His fere exemplis probari potest, *ne...ne* pro 'utrum...an' optimis quibusque scriptoribus frequentatum esse.

CARMEN VI.

NATALIS Juno, sanctos cape thuris honores,
Quos tibi dat tenera docta puella manu.

O *Juno Natalitia, suscipe devotam tibi thuris congeriem, quam tibi perita virgo*

Witt. 1. hæc præmittit, *Epistola: Poëta ad Junonem loquitur:* cod. Lips. *Ad Junonem commendatio puellæ feliciter incipit;* et sic in Broukh. 1. 2. 3. nisi quod desunt verba *feliciter incipit* in his tribus: Ed. pr. maj. et Venet. 2. *Junoni puellam commendat:* Ed. pr. min. *Ad Junonem oratio.* Margo Rheg. ap. Huschk. 'Est ἀμοιβαῖον alterius. Loquitur non Cherinthus, sed aliquis tertius: est Lena aut Anus.' Bona verba, quæso, eruditissime Barthi!— 1 *Natali* Rom. *vivis* Berol. 2. et *turis* in marg. *honores* testantur Broukh. 1.

NOTÆ

1 *Natalis Juno*] Hoc Elegidio continentur votum et preces ad Junonem pro Sulpicia, quæ diem suum natalem celebratura, ut rem divinam Junoni faceret sese comsit eleganter: rogaturque Dea, ut sacrificiis sibi oblatis adesse velit, Sulpiciam amoribus fortunatam votorumque compotem efficiat, ut Cerinthi nempe formosissimi adolescentis connubio frui possit. Hinc constat quod superiori Elegia observavimus, Genium marium, Junonem fœminarum Deam fuisse natalem.

2 *Docta puella*] Quia nimirum aut literis imbuta, aut rerum non ignara, sed prudens; aut denique quia recte novit quomodo Junoni sacrum sit faciendum, diesque natalis celebrandus.

Tota tibi est hodie; tibi se lætissima comsit,
  Staret ut ante tuos conspicienda focos.
Illa quidem ornandi causas tibi, Diva, relegat; 5
  Est tamen, occulte cui placuisse velit.
At tu, sancta, fave, ne nox divellat amantes;
  Sed juveni, quæso, mutua vincla para.

niveis manibus offert. Omnis est tua hodierna die; tui causa sese summa animi alacritate exornavit, quo spectanda coram tuis altaribus appareret. O *Diva, ipsa profecto tibi attribuit ornatus sui causas, sed nihilominus est* etiam aliquis, *cui clam placere cupiat. Sed tu,* o *Diva, adsis, ut nullus amantes distrahat. At*

Dat. Ask. Voss. 3. Goth. et Beroll. 1. 2. sed in marg. Berol. 2. a m. recent. *acervos,* quod exhibent omnes edd. vett. et ceteri ubique codd. *honores* primus edidit Passer. postea repositum et satis illustratum a Broukh. Sic supra I. 7. 53. Vide Passer. ad Propert. IV. 6. 5. Heinsius cum Herald. ad Arnob. II. p. 126. malebat *acerras.*—3 *Lota* emendarunt Canterus, Demsterus, Fruterius, Heinsius, eamque emend. commendat Barth. ad marg. Rheg. *Tota tua est* Guyetus, Livin. et Ayrman. improbante Huschk. *ter se* Guarn. et Par.—4 Berol. 1. *suos* a m. pr.—5 Witt. 2. Broukh. 1. 2. 3. Exc. ejusdem, Dat. Scal. rec. Angl. 4. omnes Beroll. ed. pr. maj. Bartol. Venet. 2. Rheg. et Ald. 2. *orandi;* Par. *oranda causas;* cod. Lips. *Illa tibi oranti casus tibi:* lectionem nostram testantur Laud. Exc. Pocc. Vat. Heins. 2. ed. pr. min. Brix. et Venet. 1487. *casus* etiam in Broukh. 1. *dura* pro *Diva* Angl. 1.—6 Venet. 1500. *qui placuisse.*—7 In libris compluribus est, *ne nos,* ut in Colot. cod. Lips. Corv. Par. Beroll. 2. 4. Berol. 1. a m. sec. Witt. 1. Broukh. 1. 2. 3. Angll. 1. 2. 5. ed. pr. maj. min. Bartol. Venet. 2. Rheg. Vicent. Lips. ap. Heyn. et Aldd. *ne nox* duo Stat. Vat. Heins. 1. Exc. Pocc. et Perr. Guelf. 2. Guelf. 3. a m. sec. marg. Rheg. ap. Huschk. cum ed. Antw. 1569. et Gryph. 1573. *neu quid* in marg. ejusdem Gryph. *ne quis* Beroll. 3. 4. a m. sec. cum ed. Plant. 1603. Dous. et Scal. ‘ melius legeretur *ne quis;* nam rogat Junonem, ut conservet amorem mutuum inter Sulpiciam et Cerinthum.’ *Synclit. neve id* Beroll. 1. 3. Reg. Guelff. 1. 4. Voss. 3. 4. Witt. 2. Vat. Ursini, Angll. 3. 4. Colot. Dat. Rom. Brix. Venett. 1487. 1491. 1493. *ne quid* Exc. Colot. quod primus in contextum intulit H. Voss. eumque secuti sunt Bauer. Wund. et Bach; *neu quis* Guelf. 2. pro v. l. Lachman. ad Propert. I. (9. 19.) 8. 45. emendat, *ne fors:* Huschk. conj. *ne lex,* cf. Propert. II. 7. 3. vel *ne rus,* cf. Tibull. IV. 8. Adhuc indicanda est lectio, in nullo dum alio reperta libro, in solo servata cod. Lips. *At tu sancte fave me nos develet amantes:* memorabilis lect. est *develet,* quod verbum, nisi fallor, nusquam legitur, nisi ap. Ovid.

NOTÆ

5 *Ornandi causas relegat*] Asserit nempe eam ob causam sese tam eleganter comsisse, ut rem tibi divinam faceret, quamvis sub illo prætextu juveni Cerintho placere probarique vel maxime cupiat.

7 *At tu, sancta, fave*] Invocatio rite et ex dignitate concepta; nuptiis enim contrahendis præesse Juno credebatur apud Antiquos.

8 *Mutua vincla para*] Conjugii, nempe, nuptiarumque constantem nexum; quod quidem beneficium recte Junonem rogat, utpote quæ præest conjugiis: unde Græcis ‘Gamelia’ dicitur, a vocabulo Græco γάμος, Latine *nuptiæ,* seu *conjugium.*

Sic bene compones: non ulli est ille puellæ
  Servire, aut cuiquam dignior illa viro. 10
Nec possit cupidos vigilans deprendere custos,
  Fallendique vias mille ministret Amor.
Annue, purpureaque veni perlucida palla.
  Ter tibi fit libo, ter, Dea casta, mero.

pares catenas, oro, adolescenti injice. Ita eos recte conjunges. Nulli fœminæ iste, nec ulli juveni ista magis meretur obsequi. Fac, *ut nequeat amantes vigil explorator deprehendere, sed ut mille decipiendi modos suggerat* ipsis *Amor. Annue, et adsis fulgens veste* tua *coccinea.* O *Diva pudica, ter tibi sacrum fit libo, et ter*

Met. VI. 604.—8 *Et juveni* malit Heyn.—9 Voss. 3. et Zwic. 1. *Si:* Hamb. et Angl. 2. *componas:* H. Voss. de conj. edidit, *ut nulli est ille;* Witt. 1. 2. Broukh. 1. 2. 3. Exc. Pocc. et Perr. Cuj. Scal. rec. Angl. 1. omnes Beroll. Par. cod. Lips. edd. pr. maj. min. Bartol. et Venet. 2. exhibent *ullæ non;* Rheg. *ulle non;* Laud. et Angl. 2. *velle non;* Vat. Ursini, Colb. Guelf. 4. Bartol. Rom. Venett. cum Comment. Cyll. Aldd. et Mur. *ulli non;* Corv. cum aliis *nulle,* vel *nullæ,* quod Scal. reposuit. 'Vossius in extrema vocis *ullæ* litera reperisse visus ē, pro *est,* hoc inde reposuit, quod mihi potius huc transferendum videtur e Pentametro, quem Par. ita exhibet: *Servire, aut cuidam dignior illa viro est.* Quo loco *est* habent duo etiam libri Broukhusii, (Colb. et Broukh. 2.) satis incommode. At percommode illud verbum locum suum tuebitur in Hexametro, ubi legeris, quod ipsi in mentem venit Vossio, *non ulli est ille puellæ.* Hoc vellem in contextum intulisset vir eruditissimus... Jam ἄκυρον aliquid inest in structura *ulli non* pro *non ulli.* Cedo unum e sexcentis locis v. c. Catulli, Horatii, Virgilii, Propertii, quo scribatur *ullus non* pro *non ullus,* vel *ullus haud* pro *haud ullus,* et statim ego Tibullum *ulli non* scripsisse profitebor. Nunc nec apud illos, nec apud hunc invenies vel hanc vel similem structuram. Nam quod supra legitur IV. 1. 164. *Ulla nec,* librariis debetur Guyeto similibus. Quæ cum ita sint, non dubitavi lectionem, a Vossio rejectam in commentarium, evehere in contextum.' *Huschk.*—10 *Serviat* Exc. Perr. *cuidam* Beroll. 1. 2. Witt. 2. Broukh. 1. 2. 3. Dat. et Angl. 1. *quidam* Berol. 3. Vide ad versum præcedentem.—11 *Neu possit* malit Heyn. *vigilax* edidit Broukh. sine ulla librorum auctoritate, quod nunc exhibet Voss. 3. *vigilans cupidos* Voss. 5. *deprehendere* Broukh. 1. 2. 3. Witt. 2. ed. pr. maj. Venet. 2. Vicent. et Rheg. —12 Berol. 4. et Venett. *minister.*—13 Berol. 3. et Par. *purpurea veni;* Hamb. *juveni pellucida gemma;* Angl. 2. *prælucida.* Cf. Ovid. Met. IV. 313. Senec. Controv. II. 15. et Sapph. ap. J. Poll. X. 124. Πρώτην δέ φασι, κ. τ. λ.—14 *Ter tibi fit liba* Berol. 2. *sic* pro *fit* Berol. 4. unus Broukh. Laud. tres ap. Stat. Angll. 1. 2. Par. ed. pr. maj. Venet. 2. Vicent. et Rheg. *sit* cod. Lips. alter Broukh. unus Stat. Scal. rec. ed. pr. min. Bartol. Aldd. Stat. et Mur. *fit* testantur Beroll. 1. 2. 3. Broukh. 1. Exc. Pocc. Vat. Heins. 1. Vat. Ursini, Venet. 1487. 1491. 1493. 1500. &c. Margo Rheg. ap. Huschk. 'Hic versus mendosus est. Cur castam vocat Deam, quam non castas res rogat?' Non-

NOTÆ

14 *Ter tibi fit libo*] 'Facere' dicebant Veteres, pro, 'rem divinam,' seu 'sacrum facere,' vel 'sacris operari:' unde *fit libo,* id est, 'sacrum fit libo.' Liba vero in sacrificiis adhiberi solita fuisse jam dictum est supra. Vide etiam Ovid. Fast. IV. 'Quæ precor eveniant, et nos faciamus ad annum Pastorum Dominæ grandia liba Pali.'

Præcipit en natæ mater studiosa, quod optet; 15
Illa aliud tacita clam sibi mente rogat.
Uritur, ut celeres urunt altaria flammæ;
Nec, liceat quamvis, sana fuisse velit.
Sit juveni grata; ac veniet cum proximus annus,
Hic idem votis jam vetus adsit amor. 20

vino. Sedula etiam parens filiæ præscribit, quod expetat; sed aliud secum nunc intimo animo a te *sibi precatur. Ipsa ardet eodem modo, quo rapidi ignes aras inflammant, neque tamen cuperet sanari, quanquam posset.* Fac ut *adolescenti placeat, et ut quando sequens annus aderit, is eorum ipse amor votis jam antiquus sit.*

dum oblitus est Lenam. Vide supra ad Inscriptionem.—15 *Præcipit et* omnes Beroll. Par. Reg. Corv. omnes Guelff. cod. Lips. alii, cum edd. vett. *en* reposuit Broukh. quod nunc exhibent Ask. et Berol. 4. a m. sec. *at* Guelf. 2. pro v. l. *ait* Voss. 3. *ut* pro 'utut' conj. Heyn. subjungens, 'de quo usu cf. Gronov. Obss. III. 6. sed alterum longe præstat.' *Præcipiat* margo Rheg. ap. Huschk. Porro Par. cod. Lips. Beroll. 3. a marg. Broukh. 1. 2. 3. Witt. 1. 2. Angll. 3. 4. 5. ed. pr. min. Bartol. Venett. 1487. 1491. 1493. Aldd. Scal. 1. &c. *quod optat;* duo Stat. ed. pr. maj. Venet. 2. Rheg. Vicent. Mur. Scal. 2. et Cant. *quod optet;* Angl. 1. *quid optat;* Exc. Lips. Ask. Monac. Hamb. et Dat. *quid optet.* Ayrman. in Vita Tibulli § 76. ita legendum esse putat, *Præcinat et gnatæ mater studiosa quod optat.*—16 Ex Heinsii emend. *clam sibi* reposuit Broukh. quam nunc confirmant Ask. et Voss. 4. *jam sibi* exhibent Guelf. 2. duo Stat. Exc. Pocc. Perr. et Colot. Vatt. Heins. 1. 2. Berol. 4. Berol. 1. a m. sec. ed. pr. maj. Venet. 2. Vicent. et Rheg. *jam sua* Beroll. 1. 2. 3. Par. cod. Lips. Reg. Cuj. Guelff. 1. 3. 4. Witt. 1. 2. Broukh. 2. 3. Scal. rec. Dat. omnes Angll. ed. pr. min. et Venett. 1487. 1491. 1493. 1500. quod receperat Scal.—17 *Uritur, ut celebres* Berol. 2. et a marg. *celeres.*—19 *Sic juveni* Guelff. 1. 4. Beroll. 1. 2. 4. Berol. 3. a m. sec. unus Broukh. Statiani, cod. Lips. ed. pr. maj. Venet. 2. et Vicent. in Par. deest vox *juveni* legiturque, *Sic grata veniet;* Dat. Guelff. 2. 3. Witt. 1. 2. unus Broukh. Angll. 1. 2. 5. Berol. 3. ed. pr. min. et Bartol. *Si juveni;* Broukh. 1. Angll. 3. 4. Exc. Lips. aliis, cum Brix. Venett. 1487. 1491. 1493. et Aldd. *Sit juveni. Sic* et *Sit* sæpe permutantur. *Hic juveni* Colb. *grata est veniet* Guelf. 3. Florent. ap. Stat. ed. pr. min. et Bartol. *grata veniet* ut in Par. sic etiam in cod. Lips. Reg. Corv. nonnullis Stat. et Scal. Guelf. 2. et Rheg. *grata adveniet* Angl. 5. Guelff. 1. 4. Guelf. 2. pro v. l. Brix. Venett. 1487. 1491. 1493. et Ald. *grata eveniet* ed. pr. maj. et Vicent. *grata ac veniet* Exc. Lips. *Sic juveni gratum, veniet....jam vetus ut sit amor* conj. Stat. 'Mihi probabile fit, superiora duo disticha sedem suam mutasse; præcesserat *Uritur....tum Præcipit....rogat.* Nunc subjiciuntur ipsæ præces puellæ: hoc optat, *ut sit juveni grata, ac, veniet cum proximus annus, Hic idem votis jam vetus adsit amor.* Ita omnia sunt expedita, nec lepore carent.' *Heyn.* Prof. Herel suspicabatur in lect. *Sit juveni grata est,* latere veram lect. *Sternuit illa: ratum est;* quod petitum a superstitione satis nota. 'Mihi nec formula *Sit juveni grata* probatur, nec interposita copula *ac.* Languent omnia. Erigamus sententiam et legamus:

NOTÆ

18 *Sana fuisse velit*] Id est, sine amore; qui namque amoribus corripiuntur, insani efficiuntur. Hinc Propert. II. 12. 3. 'Is primum vidit sine sensu vivere amantes, Et levibus curis magna perire bona.'

Sic juveni placeat : veniet cum proximus annus, Hic idem votis, &c. vel, *Hic idem ut votis.* Hoc certe magis placebit, quam, quod ex emend. Heinsii reposuerunt Broukh. Vulp. et Heyn. *Sic juveni gratis....votis.* Fieri potuit, ut aliquis verbo *placeat* ascriberet *grata sit*, cujus generis glossas sæpe ascriptas videmus. De verbo 'placere' vide Carm. XIII. 3. Supra I. 10. 29. similiter: 'Sic placeam vobis : alius sit fortis in armis.' *Huschk.*—20 *Huc* cod. Lips. *esset* pro *adsit* Par. Hamb. Scal. rec. et Berol. 2.

CARMEN VII.

TANDEM venit Amor, qualem texisse pudore,
Quam nudasse alicui, sit mihi fama minor:
Exorata meis illum Cytherea Camœnis
Attulit, in nostrum deposuitque sinum.

Tandem aliquando is affuit Amor, quem pudori etiam ipsi *potius occultasse mihi sit gloria, quam cuiquam indicasse. Hunc Cytherea meis Camœnis propitia in*

Inscriptio in Witt. 1. hæc est, *Epistola: Gratulatio ad Venerem:* Ed. pr. maj. et Vicent. *Gratulatio ad Venerem:* cod. Lips. et Rheg. *Gratulatio ad Venerem de amoris obtentu;* sic Broukh. 2. 3. et Venet. 2. qui tamen subjungunt, *et loquitur Sulpitia:* Broukh. 1. *Gratulatio ad Venerem de amoris obtemperatione:* Stat. et Palatt. *Ad Venerem.* Ab hoc Carmine usque ad versum 12. Carm. XIII. rursus nos destituit ed. pr. min. Barthius ascripsit Rheg. ap. Huschk. 'Hoc epigramma respondet illi quod X. est.' Quo numero ille signavit Carm. XI.—1 Cod. Lips. Berol. 1. omnes Angll. Reg. Corv. Guelff. ed. pr. maj. Bartol. Venet. 2. Rom. Brix. Rheg. Vicent. &c. *pudori;* Par. duo Stat. Broukh. 2. 3. Exc. Lips. Dat. Vat. Heins. Scal. rec. Beroll. 2. 3. 4. Venet. 1520. Dous. et Passer. *pudore,* quod revocavit Broukh.—2 *Aut* Colb. *Et* Reg. Witt. 1. 2. Beroll. 1. 3. Dat. et Angll. 3. 4. *At* Scal. rec. *Ac* conj. Heyn. *Quem* Hamb. *Quam* cod. Lips. Par. Beroll. 2. 4. omnes Guelff. et Broukh. 1. 2. 3. cum omnibus edd. vett. sine exceptione. Pro *minor* quod exhibent Ask. Exc. Colot. et Berol. 4. a m. sec. *prior* habet Exc. Lips. *major* unus Broukh. reliqui libri *magis:* Heyn. legeret, *Quam nudasse palam;* vel, *Quam nudasse alicui, sit mihi cura minor.*—3 Omnes codd. et edd. vett. habent *camenis,* vel *camœnis,* vel *camœnis.* 'Quis locus illis hic esset, miror neminem dubitasse. Cytherea non carminibus, sed precibus ac votis exorari debuit. Et poterat proprie loqui puella: *Exorata meis illum Cythereia votis.*' Heyn. Sed

NOTÆ

1 *Tandem venit Amor, &c.*] Votorum tandem Sulpicia compos exultat, libensque delicias suas amoribus potita palam prædicat.

3 *Cytherea Camœnis*] Peculiare Veneris cognomentum ab Insula Cytheris ipsi dedicata impositum. Virg. Æn. I. 'Parce metu, Cytherea, manent immota tuorum Fata tibi.' Camœnæ sunt Musæ sic a cantus amœnitate dictæ, ut quidam volunt. Varro tamen auctor est easdem Antiquis Carmenas, et Casmœnas, quæ postea abjecto *r* et *s* sunt appellatæ. 'Alternis dicetis, amant alterna Camœnæ.'

Exsolvit promissa Venus; mea gaudia narret, 5
Dicetur si quis non habuisse suam.
Non ego signatis quicquam mandare tabellis,
Ne legat id nemo, quam meus, ante, velim:
Sed peccasse juvat; vultus componere famæ
Tædet; cum digno digna fuisse ferar. 10

nostrum gremium adduxit, et effudit. Promissiones suas implevit Venus. Si vero *aliquis caruisse dicetur suis deliciis, meas ipse prædicet. Nolim autem ego pugillaribus obsignatis aliquid committere, ne quispiam hoc legat, priusquam meus sit* intimus et familiaris. *At peccavisse placet, faciemque rumori accommodare piget, cum digno digna dicar fuisse.*

vide Sapph. εἰς Ἀφροδίτην, Anacr. Od. IX. et Bion. Fragm. X. Μοῖσας Ἔρως καλέοι, Μοῖσαι τὸν Ἔρωτα φέροιεν. Berol. 4. a m. sec. exhibet *querelis*, quod exaratum est etiam in marg. Scal. 1. penes Editorem.—6 In Cuj. et Guelf. 2. legitur *sua:* supplet Heynius 'gaudia.' atqui *sua* est pro *(suā) suam:* Berol. 4. *suum* a manu secunda. Barthius legi jussit *salem.*—7 Vat. Heins. 1. *mandabo:* Angl. 1. *tabellæ.*—8 *Me legat id venio* Beroll. 2. 3. Berol. 1. a m. sec. Dat. Angl. 2. Par. *Me legat advenio* quatuor Stat. unus Broukh. Angl. 1. Venet. 2. et Rheg. *Me legat id nemo* cod. Lips. Reg. Berol. 1. a m. pr. Witt. 1. 2. duo Broukh. Laud. Angl. 4. et Bartol. *Me legat ut nemo* Voss. 4. Colb. Thuan. tres alii ap. Heins. et Rom. quod cum H. Voss. et Wund. reposuit Bach, 'Grammatica ratione exigente;' Broukh. notavit, '*Me ut legat id nemo* Exc. Perr.' falso: Exc. Perr. *Me legat ut nemo* habent; *Nec legat ut nemo* Berol. 4. a marg. *Nec me legat advenio* Berol. 4. a m. pr. *Nec legat id nemo* Sfort. ap. Stat. *Ne legat ut nemo* solus Grasserus in ed. 1607. quæ lect. in nullo alio libro, neque scripto neque edito, reperitur. *Ne legat id nemo* clare legitur in Venet. 2. Vicent. Brix. Venett. 1487. 1491. 1493. 1500. 1520. Aldd. Mur. Stat. Scal. Dous. 1592. Plant. 1560. 1569. et Gryph. 1561. 1573. Barthius ad oram Rheg. locum ita constituebat, *Non ego signatis quicquam mandaro tabellis? Me legat advenio quam meus ante velim.* Pro *ante* Angl. 3. exhibet *esse;* Bauer. Heynio suadente, *quam meus ille* edidit.—9 *Sic* ex Heinsii emendatione reposuit Broukh. quod nunc præstant Voss. 1. 2. *Sed* testantur omnes alii codd. et edd. vett. Vide III. 6. 41. Reg. habet *cultus;* cod. Lips. *justus.*—10 Berol. 2. Goth. unus Broukh. et Voss. 4. *digna puella.*

NOTÆ

8 *Ne legat id nemo*] Duæ negationes pro una: id est, ne legat id aliquis. Propert. II. 19. 32. 'Absenti nemo non nocuisse velit.'

9 *Sed peccasse juvat*] Sed cur, inquit, tantopere dissimulare et occultare laborem, quod gloriæ et laudi mihi potius apud omnes fore confidam?

10 *Cum digno digna fuisse ferar*] Quod sibi deliciis cum Cerintho tandem frui contigerit, nihil apud populum Romanum opus esse dissimulatione gloriatur Sulpicia; quandoquidem tam digno auctore facinus admissum non veniam modo, sed et gloriam mereatur.

CARMEN VIII.

Invisus natalis adest, qui rure molesto,
Et sine Cerintho tristis agendus erit.
Dulcius urbe quid est? an villa sit apta puellæ?
Atque Reatino frigidus annus agro?

Dies ille natalis mihi molestus advenit, qui in villa odiosa, et absque Cerintho mœstus erit traducendus. Quid vero *urbe jucundius est? Estne* autem *virginibus conveniens rus, et tempestas gelida in prædio Eretino? Nunc* in urbe *morare, o*

Inscribitur in Witt. 1. *Epistola: Conquestio ad Messallam:* cod. Lips. *Ad Mesalam de absentia Cherinti incipit feliciter:* Venet. 2. *Ad Messallam: de absentia Cherinthi:* Broukh. 2. 3. *Sulpitia Messalæ:* Broukh. 1. et Stat. *Ad Messallam:* Ed. pr. maj. *Ad Messalam.* Bene Wund. 'Dicit puella, invisum sibi esse natalem suum, si rure et sine Cerintho celebrandus sit, rogatque Messalam, qui eo abducturus erat Sulpiciam, ut jam quidem itinere desistat.' Vide Carm. IX. Vossius alienam fabulam intulit.—1 Reg. *quid rure:* cod. Lips. et Voss. 1. *modesto.*—3 Beroll. 1. 3. Witt. 1. 2. Ald. 2. &c. usque ad Broukh. *puellis;* cod. Lips. Par. Guelff. Beroll. 2. 4. Berol. 1. a m. sec. Broukh. 1. 2. 3. quatuor Stat. Cuj. Angll. 1. 5. Reg. Corv. sex ap. H. Voss. edd. pr. maj. min. Bartol. Venet. 2. Brix. Rheg. Rom. Lips. ap. Heyn. Vicent. et Venett. 1487. 1491. 1493. 1500. 1520. tuentur *puellæ.* Ceterum Heins. ad marg. ed. Dous. suspicatur Tibullum scripsisse *sat*, non *sit.*—4 *Atque Aretino* cod. Lips. Par. omnes Beroll. Witt. 1. a m. sec. Witt. 2. Broukh. 1. 2. Angll. 1. 2. ed. pr. maj. Bartol. Antw. 1569. et Gryph. 1573. *Arretino* habent Broukh. 3. Angl. 3. Venet. 2. Rheg. et Vicent. *Eretino* Guelff. 1. 4. Exc. Pocc. et Perr. Beroll. 3. et 4. a m. sec. Rom. Brix. Venett. 1487. 1491. 1493. et Gryph. ap. Heyn. ut emendavit Cyllenius in Comment. an. 1487. sic scribens: 'Emendo textum *Eretino.* Est enim Eretium oppidum non longe a Nomento, Albulas prospectans gelidissimas. Nam non convenit, ut ex urbe puella Arretium commigraret.' 'Bona observatio,'

NOTÆ

1 *Invisus natalis adest*] Ad Messalam Sulpicia conqueritur dolens natalem advenisse diem, quem sit ruri sine dilecto sibi Cerintho celebratura. Sulpiciam amavit Messala, eaque est, ut volunt multi, quam suis Carminibus celebravit; de qua Virgilius in prolusionibus ad ipsum Messalam scribens ait: 'Certatim ornabant omnes heroida Divæ, Certatim Divæ munere quæque suo. Felicem ante alias tanto Scriptore puellam!' Sulpiciam igitur Messala rus ad celebrandum natalem suum in agro Eretino invitaverat. Sulpiciam vero piget illuc ire, quod relinquendus esset Romæ Cerinthus, sine quo omnes epulas tristes et injucundas, et quodcumque solenne festum nefastum putaret.

4 *Reatino* [*Eretino*] *frigidus annus agro*] Legunt nonnulli, *Aretino*, intelligentes civitatem Hetruriæ, vulgo nunc *Arezzo* dictam. Sed Aretinum videtur ab urbe remotius nimisque distans, quam ut illuc puella animi causa invitaretur; unde longe melius locus hic intelligitur de agro *Eretino*, Romæ magis vicino. Eretum autem, seu Eretium, oppidum est Sabinorum non procul a Tiberi, unde 'ager Eretinus' totus ille tractus est appellatus.

Jam, nimium Messala mei studiose, quiescas, 5
Non tempestivæ sæpe propinque viæ.
Hic animum sensusque meos abducta relinquo,
Arbitrio quoniam non sinis esse meo.

Messala de me nimis solicite, et itineri incommodo frequenter accincte. Ibi mentem et meos sensus alio avecta derelinquo, quandoquidem non mihi permittis esse mei juris, et ubi lubet.

inquit Huschk. 'nec tamen inde efficitur, veram esse emendationem *Eretino.* Eadem enim probabilitate ex *Aretino*, transponendis literis, formari poterat *Reatino.* Sic versus fit rotundior. Et hoc fortasse scripsit auctor, designans Velinum. Sed duo Anglicani et Ed. Brix. 1486. habent *annus*, quod post Scaligerum aliosque edd. admisit Broukhusius. Hæc lectio omnes numeros explet. Non igitur curamus scripturam Thuan. *Arnus*, profectam ex interpolatione librarii, qui *Aretino* legebat.' *Huschk.* *Reatino* et *Aretino* confunduntur etiam in codd. Varr. de R. R. 1. 7. 7. et Sallust. Catil. c. 36. ubi vide Cortium. Cf. Sueton. Vespas. c. 24. Pro *annus* Witt. 1. 2. Broukh. 1. 2. 3. Colb. Stat. Beroll. 1. 2. Par. ed. pr. min. Bartol. Venett. Aldd. &c. exhibent *amnis.* Qui *Arnus* legunt, defendunt e Strab. v. p. 10. Ὁ Ἄρνος ποταμὸς ἐξ Ἀρρητίου φέρεται, et Cluv. Ital. p. 461.—5 Hæc optime cum superioribus cohærent, ut prorsus abjiciendum sit commentum librarii, novi Carminis initium hic constituentis in Reg. cum titulo: *Questio ad Messalam.* Duo Heins. Vatt. 1. 2. *Jam minimum:* Bern. *veni* pro *mei.*—6 *Non tempestive* Par. et Vindob. *Heu tempestivæ* Colb. *Nec* unus Broukh. *Neu* Berol. 2. *Nam tempestive* cod. Lips. 'Pendet sententia a verbis *sæpe propinque*, (ed. Lips. ap. Heyn. *propinquo*) in quibus mendum latere suspicor: nisi forte hæc locutio defendi possit exemplo Lucani VI. 1. 'Postquam castra duces, pugnæ jam mente propinqui'.... ubi Bentleius legit 'propinquis Imposuere jugis:' bono sensu, ait Cortius, non vero. Cui assentior propter Tibullum. Sed in adverbio *sæpe* adhuc hæreo. Etiam postremam vocem suspectam reddiderunt librarii; nam Vat. Statii *tuæ* habet pro *viæ;* unde ille corrigebat *fugæ;* cod. Lips. disertis literis *die;* quod notandum, non imitandum.' *Huschk.* 'Saltem,' inquit Heyn. 'erat refingendum: *Non tempestiva sæpe propinque via*, h. e. itinere intempestive suscepto, sæpe præter spem votumque ades. Verum et sic *propinque* friget. Si saltem esset *moleste.*' Heyn. Idem Heynius conj. *Non tempestive sæpe propinqua tuæ;* et postea, *quiescas Non tempestivam sic properare viam.* At Ayrman. in Vita Tibulli §. 82. scribendum putabat, *Non tempestivæ simque propinqua viæ.*—7 His Broukh. 1. unus Stat. Angl. 1. et cod. Lips. *reliqui* Angl. 1.—8 *Arbitrio quamvis non sinis esse meo* cod. Lips. Par. omnes Beroll. Guelff. Angll. Broukh. alii, cum edd. vett. *Arbitrii....mei* Vat. Ursini; *quoniam* Florent. ap. Stat. Exc. Lips. Pocc. et Broukh. cum duobus Italicis et Voss. 1. 2. Statius formabat, *Arbitrio quam vis non sinit esse meo.* 'Ita tamen ille hæc interpretatur, ut *suo* maluisse videatur: quam, inquit, vis suo vivere arbitratu non sinit, alioque abducit. Posteriores Edd. *quamvis* retinuerunt, intercedente Heinsio, qui correxit, *Arbitrii quam rus non sinit*

NOTÆ

6 *Non tempestivæ propinque viæ*] Hoc est, qui sæpe te accingis itineri incommodo, ingrato, et intempestivo. Erat enim forsan tempus asperrimum, et, quod caput rei est, injucundum maxime urbem deserere, Cerinthumque relinquere dilectissimum, ut in villam commearet.

7 *Hic animum sensusque relinquo*] Quanquam rus abducor, Romæ tamen, ubi Cerinthum deserere cogor, animum sensusque meos relinquo.

esse sui; et Bronkhusio, qui edidit: *Arbitrii quoniam non sinis esse mei.* Hoc admiserunt Vulp. Heyn. alii. Jam sive hos sequaris, sive cum Vossio legas *non licet,* quod nullus liber hoc loco habet, cadit in hunc versum, quod Wund. scribit, ' Quomodo quæso hæc ultima cum antecedentibus cohærent? Dubitanter dico, sed verum fortasse est *sinit,* hoc sensu: Quoniam Cerinthus me non sinit esse arbitrii mei, h. e. quoniam ita teneor cogitatione Cerinthi, ut mei non sim arbitrii.' Sed hic errare videtur. Illud vere mihi videor affirmare, Tibullum non scripsisse *Arbitrii,* siquidem hoc unicum foret in his Carminibus exemplum duplicis *i* in Genitivo substantivi exeuntis in *—ium* vel *—ius.* Vide Carm. x. 4.' *Huschk.* Heyn. conj. *Arbitrii quum me,* aut *Arbitrii quin tu me sinis esse mei,* quod doctius vocat.

CARMEN IX.

Scis, iter ex animo sublatum triste puellæ?
Natali Romæ jam licet esse meo.

Compertum habes ablatam esse ex mente puellæ viam ipsi *molestam. Nunc fas*

Mirum in modum variat Inscriptio hujus Carminis in libris. Witt. 1. *Epistola: Adrocatum de natali die:* Bronkh. 2. 3. *Ad Theoratum de natali die:* Par. *Ad Thoratum de natali die:* Corv. *Ad Voratum de natali die:* Ed. pr. maj. et Rheg. simpliciter, *Ad Tostratum:* Venet. 2. *Ad Tostratum: de ejus natali:* Angl. 1. *Ad Theostratum:* Angl. 2. *Ad Thestratum.* Vide ad vs. 3. Perr. notavit: ' Cum superiori in V. C.' Ita est in Vindob. Zwic. 1. et Vicent. Bronkhusii chartaceus (Bronkh. 1.) habet, *Ad Cherinthum de natali die suo:* H. Voss. inscripsit, *Tibullus ad Cerinthum.*—1 Signum interrogationis apposuit Vossius.—2 Par. Guelff. 1. 4. Beroll. 2. 3. 4. duo Bronkh. Angl. 2. duo Scal. ed. pr. maj. Venet. 2. Vicent. Rom. Lips. Brix. Rheg. Venett. Gryph. 1573. in marg. *non sinit esse;* Berol. 1. Guelf. 2. unus Bronkh. unus Stat. Witt. 1. 2. Scal. rec. Angll. 3. 4. et Bartol. *non sinet esse;* Colb. Exc. Lips. et Angl. 1. *non sinis esse;* Vat. Heins. 2. et Vat. Ursini *nunc sinit esse;* Vat. Heins. 1. (etiam Vat. Ursini,) *non sinere esse;* Berol. 4. a marg. *nos sinere esse;* Corv. Guelff. 2. 3. et Monac. quoque habent *nos;* Bronkh. reposuit *jam sinis esse;* Ayrman, in Vita Tibull. §. 82. tuetur, *jam sinit;* Rheg. *jam licet;* Scal. e Cuj. edidit *jam licet esse tuo;* et sic in Exc. Perr. et Var. Lect. Wallii: id receperunt Dous. Passer. Vulp. in prima, et Cant. *tuo* exhibent Par. Bronkh. 1. 2. 3. Witt. 1. 2. omnes Beroll. et Stat. cod. Lips. Colb. Vatt. Heins. 1. 2. Vat. Ursini, Angll. 1. 2. 3. 4. ed. pr. maj. Bartol. Venet. 2. Rheg. Vicent. &c.

NOTÆ

1 *Scis, iter ex animo*] Verba Tibulli sunt ad Messalam, quibus eum certiorem facit Sulpiciam a consilio ruris petendi destitisse, ideoque cum illa Romæ natalem ipsius diem esse celebrandum.

2 *Natali Romæ jam licet esse*] Jam, inquit, conceditur, permittitur Romæ commorari, dum tu celebras diem tuum natalem ruri, quandoquidem Sulpicia, cujus nos futuri comites eramus, rus omnino decrevit non ire.

Omnibus ille dies nobis natalis agatur,
Qui nec opinanti nunc tibi forte venit.

est Romæ versari die tuo natalitio. Dies iste natalitius nobis omnibus celebretur, qui jam tibi forsan adest non expectanti.

suo cod. Scal. Brix. Venett. 1487. 1491. 1493. Aldd. et Plant.—3 *Omnibus ille deus* Angl. 1. 'Languet versus inprimis in *Omnibus.*' Heyn. *genialis* e marg. Vicent. intulit in contextum Vossius. 'Nos hanc lect. rursus e contextu relegemus in marginem, et retineamus *Omnibus*, donec, quod substitui possit, aliquid aliquando reperiatur probabilius, quod *Protinus* ascriberem, si Œdipus essem. Cf. Juvenal. IV. 66. Nomina illa ridicula *Tostratum*, *Theostratum*, &c. corrupta esse ex voce 'Tetrastichon' sive 'Tetrastichum,' ingeniosa est Heynii conjectura.' *Huschk.* Vide Inscript. Carm. XIV.—4 Reg. et Voss. 5. *nec tibi;* Heyn. post Vulp. *jam tibi*, quod nullus liber habet; *nunc tibi* omnes alii codd. præter Vat. Ursini, qui exhibet *candidus usque;* unde H. Voss. *candidus, ecce;* pro *forte*, (quod testantur Par. cod. Lips. Beroll. 1. 2. 3. Reg. alii, cum ed. pr. maj. Bartol. Venett. 1491. 1493. et Aldd.) nonnulli, ut Corv. Berol. 4. Exe. Pocc. et Perr. Vatt. Heins. 1. 2. Venet. 2. et Rheg. præstant *sorte;* quod ferret Heyn. si esset, *nec opinata....sorte:* idem conj. *Cum nec opinanti candidus ille venit.* Angl. 1. habet *forme:* Berol. 3. et Dat. *favet* pro *venit;* Berol. 1. *velit.*

CARMEN X.

GRATUM est, securus multum quod jam tibi de me
Promittis, subito ne male inepta cadam.

Lætor, quod tam quietus et de me securus nunc meipsam mihi repente committis,

Inscribitur in Witt. 1. *Epistola: ad Cherintum de Sulpitia:* cod. Lips. *Ad Sulpiciam cujus amore tenebatur:* Broukh. 1. *Ad Sulpitiam:* Broukh. 2. 3. ed. pr. maj. Venet. 2. et aliæ vett. *De Sulpitia:* Stat. *Ad Sulpiciam.*—1 Par. Guelf. 1. Berol. 4. Venet. 2. Rheg. et Venet. 1487. *securis;* Berol. 1. *securum;* cod. Lips. Beroll. 2. 3. Berol. 1. a m. sec. alii, *securus:* unus Broukh. *multa;* Guelf. 2. *mulctam:* Angl. 1. *quid;* Angl. 5. Voss. 1. 4. Hamb. et Vindob. *jam tibi;* Heynius *jam* mutaret in *tam*, ut sit *tam multum:* unus Broukh. *cede* pro *de me*, quod habere videtur etiam Bern. *tride* H. Voss. et Wund.—2 *Pernutas* cod. Lips. *Permutas* Angl. 1. Berol. 4. tres Stat. Witt. 1. Broukh.

NOTÆ

1 *Gratum est, &c.*] Sulpicia ad Cerinthum seipsam negligentem, et scorti illecebris delinitum, scribit se lætari, quod tam libere fateatur ipsam se non adeo multum curare, ne in eum turpi adulterio peccet. Exprobrat autem Cerintho eum amore ingenuo non esse dignum, sed aliqua quasillaria muliere, aut aliquo turpi prostibulo.

2 *Ne male inepta cadam*] Ut stultæ mulieres et amore perditæ, quæ quid

Si tibi cura toga est potior, pressumque quasillo
Scortum, quam Servî filia Sulpicia:
Soliciti sunt pro nobis, quibus illa dolori est, 5
Ne cedam ignoto maxima cura toro.

ut turpiter, quasi *stulta, non cadam. Curæ potius tibi sit toga, et meretricula calathisco addicta, quam Sulpicia Servii gnata. Ii quibus dolori est ipsa, anxii de me sunt, ne ego summa cura ignobili* vilis pellicis *lecto cedam.*

1. Exc. Pocc. Vat. Heins. 2. ed. pr. maj. Bartol. Venet. 2. et Rheg. *Permittis* Beroll. 1. 2. 3. *Promittas* Reg. *Promittis* Voss. 2. 4. 5. et Vindob. *nec male* Sfort. *mala inepta* Voss. 5. Zwic. 2. et ed. Lips. ap. Heyn.—3 *Sit tibi cura togæ* omnes Beroll. Par. cod. Lips. Guelff. 1. 2. 4. Corv. Reg. omnes Stat. alii, cum ed. pr. maj. et reliquis vett. *Si tibi cura toga est* ex emend. Heinsii edidit Broukh. *Si* est in Guelf. 3. *Si tibi cura togæ* sex ap. H. Voss. *Sit tibi cura toga* Vat. Ursini; *Sit tibi cura toga est* Voss. 4. 'Melius si sequeretur *pressique quasillo Scorti:* verum obstat, quod subjicitur mox *filia*, nec locum habet *filiæ*. Itaque præfero Heinsianam lectionem. Nempe *est* per compendium scriptum *ē* adhæsit ultimæ syllabæ præcedenti.' *Heyn.*—4 'Miror nusquam legi *Sulpicii*,' inquit idem Heynius. 'Primus ex Poëtis qui hodie extant Propertius bis, vel ter, Ovidius sæpissime, et post eum alii omnes geminum *i* usurpant. Sub Augusti scilicet senescentis ætate mutatio ista facta est.' Verba sunt Bentleii ad Terent. And. II. 1. 20. Vide Propert. III. 3. 9. et III. 11. 47. Recte monet Wolfius in Inscript. Tabulæ Placent. p. 35. ex adjectivo 'Tarquinius' veteres non formasse 'Tarquini,' sed 'Tarquinii,' ut v. c. 'egregii.' Egregie igitur fallitur V. D. qui huic regulæ opponit exemplum Horatii I. Od. 6. 2. 'Mæonii carminis alite;' atque adeo Virgilii Æn. III. 399. 'Narycii posuerunt mœnia Locri,' sumens pro Genitivo Nominativum, et omnes Scriptorum ætates confundens, Class. Journal. No. XXIII. p. 19. *Sulpicii* scripsisset Tibullus, si hoc nomine pro adjectivo usus esset, sicut Hor. IV. Od. 12. 18. 'Sulpiciis horreis.' Nunc sermo est de *Servi* Sulpici *filia Sulpicia.* Ceterum Propertius non 'bis vel ter,' sed pluries geminum *i* usurpavit, si ultra Nomina Propria progrediaris. Graviora quædam de Bentleii animadversione, quæ ne cognita quidem Classico Censori, leguntur in Anall. Litt. Tom. I. P. I. p. 61.—5. 6 'Hæc si vera est lectio, vera etiam constructio esse videatur hæc: *Soliciti sunt* nonnulli, *ne cedam.*

NOTÆ

conveniat non decernunt, sed in infamiam a pudoris sublimitate prolabuntur.

3 *Cura toga potior*] Togatam potius mulierem ama, id est, meretricem. Togatæ enim apud Romanos meretrices incedere solebant, seu potius cogebantur. Toga enim non solum virorum fuit, sed et mulierum quæ corpore quæstum faciebant.

Pressum quasillo] Pauper nempe et inops meretricula, assiduo attrita opere, utpote quæ lanificio victum quærat. Quasillus vas est lanificio aptum, idemque quod calathus, seu calathiscus.

4 *Quam Servî filia Sulpicia*] Togatas potius, seu meretrices, et fœda prostibula sectare et ama, quam Senatorum ac primariorum civium filias. Servius enim Sulpicius Sulpiciæ pater vir fuit nobilissimus et consul; ut jam supra vidimus.

5 *Soliciti sunt*] Amici omnes, et benevoli mihi, quibus scortillum illud quasillo pressum tibi deliciis esse et amoribus dolet, de me sunt soliciti, et anxii, ne ego legitima conjux, et

Plane ut supra vs. 1-2.' *Huschk. sint* cod. Barthii pro *sunt:* cod. Lips. omittit *est.* Mox idem codex, Par. Beroll. 2. 4. ceteri, cum edd. vett. ante Scal. *Nec credam....causa toro,* vel *thoro;* nisi quod Bartol. et Cyll. in Comment. habent *Ne credam;* et Aldd. Plant. 1569. Gryph. 1573. et Dous. *cura,* quod extat etiam in Voss. 1. 4. Monac. Hamb. et Ask. *cedam,* quod conj. Stat. exhibent Corv. Guelf. 4. Monac. et Voss. 3. Alii, ut Jansson. 1643. Bertella 1750. Scaligero obtemperantes, prætulerunt *causa.* 'Et hanc ego lect. in contextum intulissem, nisi me cohibuisset oppositio, quam animadvertisse mihi videor inter maximam curam, qua Sulpicia, et curam illam, qua togata puella vs. 3. designatur.' *Huschk.* Goth. *jura* pro *cura.*

NOTÆ

quæ maximæ curæ tibi esse debebam, cedam, seu posthabear nunc vili toro ancillulæ, seu ignobili pellici quasillis et pensis attritæ.

CARMEN XI.

Estne tibi, Cerinthe, tuæ pia cura puellæ,
Dum mea nunc vexat corpora fessa calor?
Ah ego non aliter tristes evincere morbos
Optarim, quam te si quoque velle putem.

O *Cerinthe placiture tuæ amicæ, habesne parem ardorem* illi, *qui modo corpus meum torquet? Haud secus certe morbum superare voluerim, quam si te etiam*

Inscriptio in Witt. 1. hæc legitur, *Epistola: ad Cherinthum:* in Broukh. 1. 2. 3. Stat. ed. pr. maj. Venet. 2. aliis, *Ad Cherintum.*—1 *Est hic te* Berol. 4. *Morsne tibi* Vatt. Heins. 1. 2. Dat. Venet. 2. et Rheg. ap. Broukh. *placiture* Beroll. 1. 3. a m. sec. Guelff. 1. 2. Guelf. 4. pro v. l. Par. Bartol. Rom. Venett. 1487. 1491. 1493. et Aldd. *placituræ* unus Broukh. *placitura* Beroll. 1. 2. 3. 4. Reg. Guelf. 3. Witt. 1. 2. Broukh. 2. 3. Exc. Pocc. Laud. Vatt. Heins. 1. 2. Dat. omnes Angll. cod. Lips. et pr. maj. Venet. 2. Vicent. Rheg. et ed. Lips. ap. Heyn. *pia cura* ex uno Heins. admisit Broukh. idque testatur Voss. 4.—2 Cod. Lips. *Qui me;* Par. et edd. ante Broukhusium omnes *Qui mea;* Reg. Monac. Hamb. Ask. Voss. 2. 3. et margo Gryph. 1573. *Quod mea:* at Voss. 1. habet *Qaum mea.* Hoc proxime abest ab emendatione Heinsii *Dum,* quam recepit Broukh. *color* cod. Lips. et Monac.—3 *Ha ego* Beroll. 1. 4. unus Broukh. et Exc. Perr.—4 *Optuurim,* i. e. *(Optavrim, Optaverim) Opturim,* in cod. Lips. *Opturem* Colb. *sic quoque* Corv. Reg. Guelff. 1. 3. 4.

NOTÆ

1 *Estne, Cerinthe*] Sulpicia, febre laborans ob amoris impotentiam, Cerintho suo significat se longe majori amoris quam morbi igne torreri, fateturque se non alia ratione posse sanari, quam si Cerinthum suum mutuo amore uri sentiat.

2 *Calor*] Sumitur hic pro amoris igne, et pro febris ardore; nec equidem deest similitudo, non enim minus urit animum amor vehemens, quam corpus febris ardens.

Nam mihi quid prosit morbos evincere, si tu 5
Nostra potes lento pectore ferre mala?

idem velle existimem. Sed quid juvat me morbum depellere, quoniam tu æquo animo mea mula ferre vales?

Witt. 1. 2. Broukh. 1. 2. Beroll. 2. 3. 4. alii, cum edd. vett. *si quoque* unus Broukh. Exc. Pocc. Par. Bern. Berol. 3. a m. sec. et Ask. quod ex suis reposuit Scal. *site sic quoque* Berol. 4.—5 *Ah mihi* cod. Lips. Par. Beroll. 1. 3. 4. Guelff. Corv. Reg. ed. pr. maj. Bartol. &c. ante Aldd. *Ha mihi* unus Broukh. et Berol. 2. *A mihi* omnes Stat. *At mihi* Cuj. et Angl. 2. *Nam mihi* duo Broukh. et Voss. 2. quod receperunt Heyn. et Vulp. probante Broukh. ex Aldd. Mur. Plant. 1569. Basil. 1569. Gryph. 1573. Dous. 1592. et Gebh. 1621. 'Vulg. *Nunc*' ait Barthius ad marg. Rheg. ap. Huschk. sed ubi hanc vidit reperire nequeo: *prodest* Par. Voss. 3. et Rom. *quod prosit* Monac. *quid tu* omnes Stat. duo Broukh. omnes Augll. Par. cod. Lips. Guelf. 2. Corv. Reg. Beroll. 1. 2. &c. cum omnibus edd. vett. ante Scal. qui *ubi tu* substituit in ed. secunda, eumque secuti Passer. et Dous. idem Scal. in ed. tertia legit *quod tu*, et post eum Jansson. et Bertella; hoc exhibent Berol. 3. Witt. 1. et duo ap. H. Voss. *quam tu* Dat. *nam tu* Vat. Ursini; *si tu* Vatt. Heins. 1. 2. unus Broukh. Exc. Lips. et Perr. Guelf. 2. pro v. l. et Berol. 4. a m. sec. quam unice probandam putat Huschk. Hæc lectio jam notata fuit Statio; scribit enim, '*quid tu:* sic in veteribus omnibus, non *si tu.*'—6 Hamb. *putes lateo corpore:* etiam Dat. habet *corpore;* Bern. *lecto pectore;* cod. Lips. Par. omnes Guelff. Beroll. 1. 2. Witt. 1. 2. Broukh. 1. 2. 3. Colb. alii, cum edd. vett. ante Scal. *læto pectore;* ille emend. *lento pectore*, quod nunc firmant Ask. Cuj. Berol. 4. et Berol. 3. a m. sec. Cf. Propert. I. 15. 4. Ovid. Am. III. 6. 6. et Bentl. ad Hor. II. Od. 16. 26.

CARMEN XII.

Ne tibi sim, mea lux, æque jam fervida cura,
Ac videor paucos ante fuisse dies;

O mea vita, non sim tibi tantæ curæ, quantæ fuisse videor ante paucos dies: si quid

Carmen hoc nullam habet Inscriptionem neque in Witt. 1. neque in alio libro sive scripto sive edito. Est enim annexum superiori in omnibus præter Voss. 4. nec separatim editum ante Scaligerum. In cod. Par. hæc notantur: 'Habentur hi tres versus supra eodem libro circha medium, epistola: 'Si mihi dificile est,' in fiue epistolæ.' Vide ad III. 6. 64.—1 *Nec tibi sit* Par. priori loco, cod. Lips. utroque loco, Beroll. 1. 3.

NOTÆ

1 *Ne tibi sim*] Sulpicia nimio amoris igne succensa Cerinthum suum amatorem alloquitur, se apud illum, quod hesterna nocte ipsum deseruerit amorem suum volens dissimulare, excusat, optatque sibi contrarium voto suo evenire, si non vehementer dolet, quod ipsum pridie reliquerit.

Si quicquam tota commisi stulta juventa,
Cujus me fatear pœnituisse magis,
Hesterna quam te solum quod nocte reliqui, 5
Ardorem cupiens dissimulare meum.

in omni mea juventute ego *incauta commisi, quod mihi plus doluerit, quam quod te solum hesterna nocte deserui, volens tibi meum amorem occultare.*

utr. l. Berol. 2. h. l. Corv. Reg. et Rheg. h. l. *Ne tibi sit* Witt. 1. Angll. 1. 2. 3. 4. Berol. 1. h. l. a m. sec. Berol. 4. h. l. a m. pr. Scal. rec. ed. pr. maj. Vicent. Venett. 1491. 1493. Aldd. utr. l. et Rheg. pr. l. *Nec tibi sim* Berol. 4. pr. l. et h. l. a marg., Beroll. 2. 3. h. l. Par. h. l. Witt. 2. Exc. Perr. duo Broukh. Colb. Dat. Bartol. alii; *Ne tibi sim* Exc. Pocc. et Vat. Ursini. Porro *jam* h. l. habent cod. Lips. Par. Berol. 4. duo Broukh. Angl. 5. &c. *tam* utroque loco Beroll. 1. 2. 3. Venett. 1491. 1493. et Aldd.—2 *Ac videar paucos* Par. h. l., sed supra *Ac paucos videar;* cod. Lips. Witt. 1. 2. Laud. unus Broukh. Dat. Scal. rec. Beroll. 1. 3. h. l. Angll. 1. 2. 3. 4. Guarn. et Reg. *Ac videas paucos;* Berol. 4. h. l. ed. pr. maj. et Venet. 2. *At videas;* sic h. l. Vicent. et supra *Ac* vel *At video*, ut in omnibus, præter Rheg. quæ supra habet *Ut video;* Berol. 1. supra, et Venett. 1491. 1493. cum Aldd. utroque loco *Ut videor;* duo Stat. Guelff. 2. 3. Berol. 2. utroque loco, Beroll. 3. 4. h. l. duo Broukh. Exc. Pocc. Cuj. Vat. Heins. 1. Dat. et Angl. 5. *Ac videor.*—3 *Sic* cod. Lips. supra, et h. l. *Si;* Voss. 5. *quæcunque:* Berol. 2. h. l. *stulte:* Reg. *stulta senecta.*—4 *Quoius* Scal. rec. *Quius* Berol. 3. h. l. et Dat. *Quisus* Berol. 3. supra; *Quovis* Berol. 2. h. l. *fateor* Berol. 1. supra, Beroll. 2. 3. utroque loco, Dat. Angl. 2. cod. Lips. h. l. et ed. Basil. 1569. *Cujus me fiat*[9] cod. Lips. supra; *Cujus ire fatear* ed. Rom. *fatear* exhibent etiam Beroll. 1. 4. h. l. Berol. 4. supra, Par. Ask. alii, cum ed. pr. maj. min. Bartol. Venet. 2. Brix. Rheg. &c.—5 Cod. Lips. supra *quæ te solumque nocte*, at h. l. *quantæ solum quot;* Bern. et Voss. 5. *qui* pro *quod;* Voss. 2. supra, *cum;* Voss. 5. Bern. et Hamb. *solam;* Par. h. l. *quod solum;* duo Angll. *sub nocte.* Barthius primum notavit: 'Duo sunt Epigrammata, ut patet ex eo quod octo (sic) versus repetiti lib. III. in fine.' Hactenus bene. Nunc audi reliqua: 'Transposita hæc sunt et ita collocanda: *Estne tibi Cherinthe....Si quicquam tota....Hesterna quam te....Ah ego non aliter....Ah mihi quid prosit....Nec tibi sit, mea lux....* Est confusus sermo amore flagrantis.' Confusus videtur sermo Barthii.

NOTÆ

3 *Commisi stulta juventa*] Juventa, -æ, et juventus, -utis, tempus est juvenilis ætatis. Juventas vero Dea est, quæ et Hebe dicitur, adolescentiæ seu florentis ævi præses.

CARMEN XIII.

NULLA tuum nobis subducet fœmina lectum.
  Hoc primum juncta est fœdere nostra Venus.
Tu mihi sola places; nec jam, te præter, in urbe
  Formosa est oculis ulla puella meis.
Atque utinam possis uni mihi bella videri! 5
  Displiceas aliis! sic ego tutus ero.
Nil opus invidia est; procul absit gloria vulgi;
  Qui sapit, in tacito gaudeat ille sinu.

Nulla puella tibi subtrahet meum torum. Ista namque pactione ab initio copulata est nostra Venus. Nunc tu unica mihi jucunda es; nullaque nunc fœmina in civitate, te excepta, oculis meis pulchra videtur. Sed o utinam mihi soli posses videri formosa, et aliis omnibus displiceres: ita ego essem securus. Non opus est invidia. Procul sit a nobis plebeculæ jactantia. Qui sapiens est, in secreto sinu

Inscribitur in Witt. 1. *Epistola: ad amicam innominatam:* Broukh. 1. Stat. Palatt. ed. pr. maj. et Venet. 2. *Ad amicam:* Broukh. 2. *Alloquitur innominatam Amasiam:* Broukh. 3. *Alloquitur prædictam amicam suam.* ' Hoc Carmen vere Albianum; quod tum mira elegantia, tum versus 13. persuadent. Loco suo excidisse, et ad pauculas illas libri tertii Elegias referendum esse contendit Broukh. neque enim plures, quam tres, libros Nostrum vulgasse; si tamen veteribus criticis fides habenda est.' *Heyn.*—1 Nulla *tuum titulis* cod. Cyllenii, qui in Commentario interpretabatur ' stemmate nobilitatis:' inde recepta est hæc lect. in Brix. Venett. 1491. 1493. 1500. 1520. Aldd. Stat. Plant. 1569. Basil. 1569. Gryph. 1573. et Francof. 1621. *donis* Vat. Heins. 2. nobis omnes Guelff. et Beroll. Corv. Reg. quatuor Stat. Witt. 1. 2. Broukh. 1. 2. 3. Colot. Cuj. Scal. rec. Dat. Par. cod. Lips. ed. pr. maj. Bartol. Venet. 2. Rom. Vicent. et Rheg. *titulis* legitur in Voss. 1. idem habet *lætum* pro *lectum;* cod. Lips. *letum.*—2 Cod. Lips. Beroll. 1. 3. Voss. 3. et Ask. *vincta,* solenni errore; Monac. *victa;* Reg. *pacta est.*—3 *Tu modo* Beroll. 1. 3. 4. omnes Stat. Witt. 1. 2. duo Broukh. Exc. Pocc. Perr. et Laud. Dat. Vatt. Heins. 1. 2. Angll. 2. 3. 4. 5. Guelff. 2. 3. Corv. Reg. ed. pr. maj. Bartol. Venet. 2. Vicent. et Rheg. *Tu mihi* Par. unus Scal. unus Broukh. Voss. 1. 3. Ask. Guelff. 1. 4. et Berol. 2. cum Rom. Venett. 1487. 1491. 1493. 1500. 1520. Aldd. et Mur. *Tum modo* cod. Lips. absque vs. *places.* Scal. *modo* revocaverat, et sic etiam Edd. Batavi Jansson. 1640. Gabbema 1659. alii. Cf. Propert. II. 7. 19, et Ovid. Art. Am. I. 42. *te jam* Berol. 3. Witt. 1. 2. Laud. Broukh. 1. Dat. et Angll. 2. 3. 4. 5.—4 Angl. 2. *nulla.*—5 Cod. Lips. *posse;* Guelf. 2. 3. Corv. Reg. Beroll. 1. 3. 4. Par. Angll. Heinsiani, et Stat. cum ed. pr. maj. Bartol. Venet. 2. Vicent. Rheg. et Aldd. *posses;* atqui statim sequitur *Displiceas,* quod ab eadem particula *utinam* pendet. Ergo recte Broukh. revocavit *possis,* ut est in Guelff. 1. 4. Voss. 2. Bern. Ask. Rom. et Venett. cum Comment. Cyllenii. Pro *uni mihi* Angl. 2. *mihi tantum.*—6 Witt. 2. *tunc ego.*—7 Verbum *est* exhibent Par. cod. Lips. et edd. omnes; sed abest a Reg. et Voss. 5.—8 Corv. Guelff. 2. 3. Beroll. 2. 4. nonnulli Stat. Par. cod.

NOTÆ

1 *Nulla tuum nobis*] Amicam alloquitur Tibullus, cui suum amorem fore sempiternum pollicetur.

7 *Nil opus invidia est*] Non ego ex

Sic ego secretis possim bene vivere sylvis,
  Qua nulla humano sit via trita pede. 10
Tu mihi curarum requies, tu nocte vel atra
  Lumen, et in solis tu mihi turba locis.
Nunc licet e cœlo mittatur amica Tibullo,
  Mittetur frustra, deficietque Venus.
Hæc tibi sancta tuæ Junonis numina juro, 15
  Quæ sola ante alios est mihi magna Deos.

apud se ipse lætetur. Ita ego queo recte vitam agere in nemoribus remotis, in quibus nullum est iter humana planta calcatum. Tu mihi solicitudinum quies, tu nocte etiam obscurissima mihi *lux* es ; *tu denique mihi numerosus cœtus in desertis locis. Quamvis modo de cœlo puella mittatur Tibullo, incassum veniet, et deerit Venus. Istud tibi testor per augustam tuæ Junonis divinitatem, quæ una præ ceteris Divis*

Lips. ed. pr. maj. Venet. 2. Vicent. et Rheg. *ipse.* ' Præfero cum Wund. *ille*, quod alii libri habent, et edd. Venett. Aldd.' &c. *Huschk.* Cf. I. 10. 59. et Propert. II. 25. 30.—9 *Tecum ego* conj. Heyn. cui præivit Markl. ad Stat. p. 313. Vulgo *possum.* Primus *possim* edidit Broukh. ex uno suo, cui accedunt Voss. 2. 3. Ask. Goth. et Zwic. 1. *me vivere* Berol. 1. et a m. sec. *bene.*—10 Par. *tricta.*—12 Abest *in* a Rheg. et Lips. ap. Heyn. qui conj. *et es solis.* Cf. I. 2. 72. II. 4. 8. et Propert. I. 2. 11. Ad sent. comp. Propert. I. 11. 23. seq. ibi Kuin.—13 *Tunc* Colb. *licet et templo mittetur* sola ed. pr. min. i. e. *extemplo mittatur ;* Voss. 5. *licet et cœlo,* quod exhibuit H. Voss.—15 *Hoc tibi* Beroll. 1. 3. Par. Colb. Laud. Vat. Ursini, Witt. 2. Vat. Heins. 1. Dat. Angl. 2. 3. 4. et unus Broukh. sic ed. Rom. quæ totum versum exhibet ita : *Hoc tibi sancta tua juvenis minima jura:* Corv. Broukh. 1. Exc. Pocc. Perr. et Colot. *Per tibi ;* Scal. rec. et Angl. 5. *Nec tibi,* quod nihil aliud est quam (*Hoc tibi*) *Hæc tibi,* quam lect. testantur Beroll. 2. 4. Berol. 3. a m. sec. omnes Stat. Witt. 1. unus Broukh. omnes a Voss. comparati, excepto uno, et exhibent ed. pr. min. Venet. 2. Rheg. Vicent. Venett. cum Comment. Cyll. Scal. Jansson. Dous. Bertel. Broukh. Vulp. et Heyn. *Hoc tibi per sanctæ* unus Broukh. *Hæc per sancta* Bartol. Aldd. Stat. Plant. Gryph. 1573. et Francof. 1621. Heynius in Obss. versum ita exhibet : *Hæc tibi sancta tuæ Junonis numina testor ;* cui subjungit : ' Ita Scaliger edidit ; sic ed. Vicent. et ipsa Ven. pr.' Quod cave credas pertinere ad verbum *testor ;* nam nullus unquam liber scriptus, nulla unquam editio exhibuit *testor,* quæ lectio illi subito nec cogitanti in mentem venit, postquam legisset Notam Broukhusii. Talia corrigere debebat Wund. non Latinitatem Heynii.—16 Voss. 4. *ante alias.*

NOTÆ

tua pulchritudine quæro, ut mihi ab aliis invideatur ; vulgi enim et imperitæ multitudinis jactantia illa est ; ut omnes sciant te habere uxorem formosissimam.

8 *Qui sapit, gaudeat ille sinu*] Libro tertio Tusc. Quæst. Cicero dixit : 'gaudere in sinu.' Similiter etiam in Epidico Plautus : ' Quod boni est, id tacitus taceas tute tecum, et gaudeas.'

11 *Tu mihi curarum requies*] Sic etiam Propert. lib. I. Eleg. 11. ' Tu mihi sola domus, tu, Cynthia, sola parentes ; Omnia tu nostræ tempora lætitiæ.'

12 *Turba*] Multitudo et numerosa societas. Ovid. ' Nos duo turba sumus.'

15 *Junonis numina juro*] Per Juno-

Quid facio demens? heu heu mea pignora cedo.
  Juravi stulte; proderat iste timor.
Nunc tu fortis eris, nunc tu me audacius ures.
  Hoc peperit misero garrula lingua malum. 20
Jam faciam, quodcumque voles; tuus usque manebo;
  Nec fugiam notæ servitium dominæ:
Sed Veneris sanctæ considam vinctus ad aras;
  Hæc notat injustos, supplicibusque favet.

est mihi veneranda. Sed quidnam stultus ago? Eheu! cuinam mea pignora trado? Inepte juravi, hic metus tibi proderit. Jam tu audacior eris; jam tu me fortius inflammabis. Istam mihi infelici calamitatem lingua loquax attulit. Nunc ego *agam, quicquid cupies; et semper tui juris ero; neque refugiam obsequium heræ mihi cognitæ. At vero assidebo ligatus ad altaria Divæ Veneris. Ista* enim Dea *punit improbos, et supplicibus propitia est.*

Par. cod. Lips. nonnulli Stat. Witt. 1. 2. duo Broukh. Angl. 2. Beroll. 1. 3. ed. pr. min. Bartol. Brix. Venett. cum Comment. Cyll. Aldd. Plant. 1569. Basil. 1569. Gryph. 1573. et Francof. 1621. *tibi;* tres contra Stat. unus Broukh. Beroll. 2. 4. Voss. 4. Exc. Pocc. Perr. et Lips. Vat. Heins. 1. omnes Scal. ed. pr. maj. Venet. 2. Vicent. Rheg. Scal. et Broukh. *mihi:* Ask. Hamb. Beroll. 1. 3. Dat. *digna.*—17 Corv. *seu cui....servo;* vulgg. *heu cui;* sic Guelf. 2. pro v. l. *heu heu* omnes alii codd. et edd. vett. ante Ald. *credo* Par. Beroll. 2. 4. et edd. vett. *prodo* Hamb. *cedo* cod. Lips. cum aliis.—18 Beroll. Guelff. Witt. 1. 2. Broukh. 1. 2. 3. Colb. Stat. Par. Angl. 5. Corv. edd. pr. maj. min. Bartol. &c. *prodeat,* quod Stat. in *proderat,* Scal. in *proderit,* mutabat; illud exhibent Reg. Cuj. marg. Venet. 2. marg. Rheg. ap. Huschk. Dous. 1592. Vulp. in prima et ed. Lips. ap. Heyn. at ed. Lips. ap. Voss. *prodeat:* Berol. 4. a marg. *prodidit.* Cf. III. 6. 27. *ille* Beroll. 1. 3. alii: *tumor* Guelf. 3.—19 Abest *tu* a cod. Lips. *audactius* Par. *nunc tu vis auditus ures* Rom. unde *nunc tu miserum acrius ures* conj. Heyn. *nunc me tu* Zwic. 1. Goth. ed. pr. maj. et Vicent. et sic etiam in Berol. 4.—21 Voss. 1. *tutus usque;* Voss. 3. *tutusque:* Rom. *mando.*—22 *Nec faciam* Bern. *Ne fugiam* Angl. 2. *Heu fugiam* Rom. *nostræ* Colb. *nocte* Guelff. 1. 4. Goth. Brix. Rom. et Venett. cum Comment. Cyll. *servicium prie* ed. Rom. *prie,* ait Heyn. ortum ex compendio *dn̄e* pro (*domine*) *dominæ;* 'singulare compendium,' inquit Huschk. at solenne compendium est, et probabilis conjectura. Idem Heynius *notæ,* inquit, est pro 'meæ' vel 'cujus servitio assuetus sum.'—23 *Si* Reg. et Witt. 2. *Quod* Voss. 5. *confidam* Reg. Par. cod. Lips. duo Stat. totidem Broukh. Scal. rec. Angl. 3. ed. pr. maj. Vicent. Rheg. et Venett. *considam* Guelff. Corv. Beroll. Witt. 1. 2. Vat. Ursini, unus Broukh. &c. Confunduntur etiam h. l. ut sæpe alibi, *vinctus, junctus, victus;* hoc habent Venett. 1491. 1493.—24 Dat. et Rom. *Nec:* vide ad vs. 15. Eadem ed. omittit *que:* Voss. 1. *fovet* pro *favet.*

NOTÆ

nem jurabant fœminæ, fœminarumque sæpe amatores et servi. Unde et apud Petronium Arbitrum Quartilla scortum ait, 'Junonem meam iratam habeam, si me unquam meminerim virginem fuisse.'

23 *Sed Veneris sanctæ*] Poëta suæ se dominæ seu amicæ mancipium profitetur; sed quia durius illius esse servitium sentiebat, ad aram Veneris confugere se velle testatur, ut amicæ sævitiam evitet.

24 *Hæc notat injustos, &c.*] Dea illa pœna improbos et iniquos afficit; iis

vero, qui ad ipsam confugiunt, propitia est. Idem fere jam supra lib. I. Eleg. 4. 'Blanditiis vult esse locum Venus ipsa: querelis Supplicibus, miseris fletibus illa favet.'

CARMEN XIV.

RUMOR ait, nostram crebro peccare puellam.
Nunc ego me surdis auribus esse velim.
Crimina non hæc sunt nostro sine jacta dolore.
Quid miserum torques, Rumor acerbe? tace.

Fama dicit frequenter meam amicam scelus admittere; jam cuperem me surdis auribus esse donatum. Ista scelera admissa non sunt absque meo dolore. Cur me infelicem vexas, o fama molesta? sile.

Inscribitur in Witt. 1. *Epistola: De infamia puellæ tetrasticon:* cod. Lips. *Trasticon, de infamia suæ puellæ:* Broukh. 1. *Tetrasticum de infamia suæ puellæ:* Broukh. 2. 3. Stat. et ed. pr. min. *De infamia suæ puellæ:* ed. pr. maj. *De puellæ infamia:* Rheg. *Tetrasticon de puellæ infamia,* quod posuit etiam Cyllenius in Commentario. Vide supra ad Carm. IX.—1 Par. Beroll. 1. 3. 4. aliique fere omnes, cum ed. pr. maj. Bartol. Venet. 2. Brix. Rheg. Vicent. Venett. 1487. 1491. 1493. 1500. 1520. et Aldd. *crebro nostram;* Berol. 2. Broukh. 3. cod. Lips. Hamb. et ed. pr. min. *nostram crebro,* quæ vera est structura. Statius laudat Propert. IV. 4. 47. Broukh. 1. *peccasse,* et pro v. l. *peccare.* Cf. II. 4. 5. et supra Carm. VII. 9.—3 *Carmina* Berol. 4. Witt. 1. Angll. 4. 5. Reg. Voss. 1. cod. Lips. et Cyll. in Comment. *ficta* Florent. ap. Stat. Vat. Heins. 1. Zwic. 1. Berol. 3. a m. sec. Vicent. Mur. Stat. Scal. Dous. Passer. et Vulp. 1. *fata* cod. Lips. Reliqui libri scripti editique habent *facta.* Broukh. *jacta* edidit de conj. Pontani, quod exhibet etiam Voss. 2. Cf. Propert. III. 8. 11. III. 23. 14. Tacit. Ann. XI. 19. Cic. in Muren. 35. et Senec. de Ira, III. 37. H. Vossius de conjectura edidit *nisi ficta dolori,* improbante Huschkio; Bach proposuit, *Crimina jam hæc sunt nostro si ficta dolori.*— 4 *Quid surdum* conj. Barth. Advers. LIX. 16. quod reposuit Broukh. Pro *tace* unus Stat. habet *sile.* Par. ad finem hujus Carminis hæc habet: *Albii Tibulli poëtæ illustris explicit liber tercius et ultimus.* Tum legitur *Epitaphium Tibulli,* quod sequitur Tibulli Vita. Sic etiam in Reg. In ed. pr. maj. autem statim post Carm. XIV. sequitur *Summa Vitæ albii Tibulli,* et deinde *Epitaphium Tibulli;* cui Elegia Ovidii Amor. III. 9. annexa est. Ed. pr. min. omissa Tibulli Vita, *Epitaphium Tibulli* tantum exhibet, quod abest ab ed. Bartoliniana. Vicent. et Rheg. Carmini XIV. statim adjungunt Vitam hoc titulo, *Summa vitæ*

NOTÆ

1 *Rumor ait*] Tibullus de suæ puellæ omnibus corpus suum permittentis infamia conqueritur.

Peccare] Cum aliis consuetudinem habere.

2 *Surdis auribus*] Ut non audiam aut intelligam rumores in vulgus sparsos.

4 *Tace*] Ne me tanto afficias dolore.

Albii Tibulli: sequitur *Epitaphium Tibulli;* cui in iisdem subjungitur, *Ovidii Nasonis epistola in qua conqueritur de morte Tibulli.* Heynius ita: 'In ed. Lips. et libro Cyllenii ne hoc quidem (Epitaphium) subjungebatur.' Atqui in Venet. 1491. Epitaphium subjungitur Carmini XIV. minoribus tamen literis excusum, cui succedunt duo hæc disticha post Epitaphium posita, sicut in Corv. et ed. Rom. *Sub teneris annis tenerorum scriptor amorum Decedens dura hac ecce tibullus humo.* et, *Donec erunt ignes: arcusque cupidinis arma: Discentur numeri culte tibulle tui:* (quæ duo disticha absolvunt Guelf. 1.) Summa vitæ Albii Tibulli rejecta est in Comment. At Venet. 1493. hæc omnia habet in Commentario. Guelf. 2. in Carm. XIV. subsistit. Guelf. 3. Carmini XV. subjungit Vitam brevem: *Albius Tibullus eques R....* In fine, *Albii Tib. liber quartus et ultimus finit.* Guelf. 4. sub finem Carm. XV. subtexit, *Sub teneris....Donec erunt....Memnona si mater....* In quibusdam post Nasonis Elegiam in Tibulli mortem legitur aliud Carmen, ut in Corv. et Guelf. 4.

Hic juvenis, quam pauper erat, tamen ecce Tibullus
Vivit, et æterno carmine nomen habet.
Quis numeret populos, urbes, regesque sepultos
Interea, quorum mortua fama jacet?
Felices igitur, tales quicumque per artes
Victurum toto ducitis orbe diem!
Hujus ab exemplo, pueri juvenesque Latini,
Serta coronatis nectite temporibus;
Atque opibus lucroque omni præferte decorem,
Quem modo perpetuo Castalis unda dabit.
Et canere ardentes non turpe putetis amores;
Consulat ætati quisque animoque suis.

De cod. Lips. paulo post.

XV.

DOMITI MARSI.

Epitaphium Tibulli.

Te quoque Virgilio comitem non æqua, Tibulle,
Mors juvenem campos misit in Elysios:

In pervetusto Scal. cod. Titulus huic Epigrammati erat, *Domiti Marsi.* Hanc inscriptionem jam ante Scal. ex alio cod. in marg. notatam fuisse a Pulmanno narrant Voss. et Wund. Sed fallitur uterque. Habuit Voss. in manibus Gryph. 1573. quam expressam ait esse ad ed. Pulmanni, vel Plant. Antwerp. 1569. sed Gryph. margini adjecta sunt multa, quæ non leguntur in Plant. '*Domitii Marsi* V. C.' scripsit Perr. in Exc. Vide Quintil. III. 1. 18. et inprimis VI. 3. 102. Cod. Monac. Nasoni tribuit hoc Epitaphium.— 1 Unus Stat. *Me:* margo Gryph. 1573. *æque* pro *æqua:* Berol. 1. *Tibullo.*— 2 Cod. Biblioth. Regiæ, quem laudat Burm. ad Anth. Lat. Tom. I. p. 416.

Ne foret, aut elegis molles qui fleret amores,
Aut caneret forti regia bella pede.

cod. Lips. et ed. pr. min. habent *in Elysios.* Cf. I. 3. 58.—3 *Nec foret* Par. *Non foret* Voss. 1. *elego* cod. Lips. Ask. Hamb. et Berol. 1. quod edidit Pithœus, adductus *forti*, quem Domitius dicit, heroici carminis *pede.* Reg. Hamb. et Voss. 5. *miseros;* Goth. et Berol. *teneros.* Cf. Ovid. ex Pont. III. 4. 85.—4 Margo Venet. 2. monente Heinsio ad Ald. *martia bella.* Cf. Virg. Ecl. VI. 3. Hic cod. Lips. subjungit, *Finis Tibulli, huc usque constat.* Sequuntur duo Elegidia *Ad præstantissimam virginem Ypsotam de Nagarolis.* Quibus accedit Vita Tibulli. Adjuncta sunt novem Carmina recentiora.

DUO EPIGRAMMATA

TIBULLO ASCRIPTA.

I.

Ad Priapum.

Ærari quondam custos, nunc cultor agelli,
Hæc tibi Perspectus templa, Priape, dico.

Ego *Perspectus olim ærarii* domini mei *custos, jam vero ruris colonus et arator, istam tibi*, o *Priape, ædem dedico; propter quod beneficium, si licet, te precor*, o

Hoc Epigramma in antiquo Tibulli libro se reperisse testatur Muretus Epist. I. 13. itemque Scal. Comment. in Priap. p. 209. et in uno suo Ach. Statius. At Bernardus Bembus sese illud primum omnium invenisse affirmavit in Patavino quodam sacello, lapide extra urbem tertio, in antiquo marmore incisum, obrutumque ruderibus abjecto loco. Idque fuisse postea temere Priapeorum Carminibus additum pro Virgiliano ab impressoribus. Ad quem lapidem formatus est textus noster. Vide eundem Inscript. ap. Bernard. Scardeonium lib. I. Class. 4. de Antiquitate Urbis Patavii; et Gruterum p. XCV. 3.—1 Aliæ edd. primum versum ita conceperunt, Rusticus ærarii quondam, nunc rusticus horti: aliæ sic, Villicus ærari quondam, nunc cultor agelli; atque hanc ultimam esse veram lect. affirmat Scal. Comm. in Priap. p. 210. et Salmas. Not. in Lamprid. p. 201. et Is. Voss. ad Catull. p. 141. Scilicet ea vera est lect. marmoris, quæ in marmore nusquam legebatur.—2 Hanc tibi Gruterus l. c. nisi si hic error

NOTÆ

1 *Ærari quondam custos* [*Villicus ærari quondam*] Quidam nomine Perspectus ærarii quondam heri sui dispensator, seu procurator et custos, postea vero colonus tantum et agricola a Tibullo nostro inducitur hoc Epigramma fecisse Priapo. Quod quidem Epigramma plures eruditissimi viri Tibullo postliminio vindicarunt auctori suo, cum olim tantum inter Priapeia legeretur. Villicum dixerunt Veteres, non modo ruri præfectum, sed quemlibet etiam præpositum et procuratorem, seu dispensatorem et œconomum.

2 *Priape*] Priapus fuit hortorum Deus, et custos, filius Veneris et Bacchi, Lampsaci ad Hellespontum in

PRO QUIBUS OFFICIIS, SI FAS EST, SANCTE, PACISCOR,
ASSIDUUS CUSTOS RURIS UT ESSE VELIS.
IMPROBUS UT SI QUIS NOSTRUM VIOLARIT AGELLUM
HUNC TU; SED TENTO: SCIS, PUTO, QUOD SEQUITUR.

Dive, ut sedulus protector esse velis prædioli mei, adeo ut si aliquis fur agrum meum violaverit, istum tu; sed sileo, non ignoras enim, *ut arbitror, quod sequitur.*

est operarum.—3 Marmor habet OFFICIEIS; Scardeonius et Gruter. OFFICIIS. —4 ADSIDUUS marmor.—5 Scardeon. et Gruter. VIOLABIT, contra marmoris fidem.—6 In hoc versu habebant Scal. et Stat. HUNC TU, SED TACEO; lapide quidem invitissimo. Tamen Barthius ultro emendabat, HUNC TU SEX TENTO, Adverss. XXVII. 8. Adeo certa sunt atque explorata vel librariorum vel criticorum commenta. Vere quoque dixit Pomponius, se juvene hoc Epigramma non extitisse in Priapeis. Erat penes Broukh. illorum lusuum codex manu exaratus, non ille quidem vetustissimus, qui finit in Epigr. LXXXII. 'Dum vivis, sperare decet,' &c. neque hoc ipsum, de quo agimus, agnoscebat Epigramma, aut habebat; neque etiam Iambum, qui hic sequitur.

NOTÆ

Asia natus, ubi etiam religiosissime quondam colebatur, dicitur supra a Tibullo 'Deus Agricola,' utpote qui præsit agricultioni. 'Agricolam ponitur ante Deum.'

3 *Si fas est*] Si licet te sanctum et Deum vocari; vel, si fas est hominem cum Deo pacisci; vel si modo fas est me illud pacisci, quod mihi jure debeas.

6 *Hunc tu*] Depellas, et falce percellas, seu perfores; falce etenim et sceptro armabatur Priapus hortorum custos, ut fures et malas aves depelleret: juxta illud: 'Terreat ut sævas falce Priapus aves.'

II.

AD PRIAPUM.

QUID hoc novi est? Quid ira nuntiat Deum?
Silente nocte candidus mihi puer

Hoc Carmen, teste Broukhusio, in nullis Tibulli codicibus invenitur: itaque demiratur ille, Scaligerum hinc satis confirmari putare, Tibullum lusisse

NOTÆ

1 *Quid hoc novi est*] In veteribus excusis Tibulli nomine editur hoc politissimum Poëmatium: itemque in veteri membrana Tibulliana, quæ penes Cujacium erat. Totumque ex puris Iambis constat. Et sane mul-

Tepente cum jaceret abditus sinu,
Venus fuit quieta, nec viriliter
Iners senile penis extulit caput. 5
Placet, Priape? qui sub arboris coma
Soles sacrum revincte pampino caput

Priapeia, idque clare testari Martialem lib. IV. Epigr. 6. Sed audi Scaligerum ipsum: 'In veteribus excusis Tibulli nomine editur hoc politissimum poëmatium: itemque in vet. membr. Tibull. penes Cujacium.'—4 *Venus fuit vieta* legi jussit Heinsius.—7 In nonnullis edd. *Sacrum Soles;* e Cuj. cod.

NOTÆ

tum spirat illam venustatem, quæ hodie percipitur in Elegiis illius suavissimi Poëtæ. Quod ne cui mirum videatur, Tibullum Priapeia conscripsisse, jam puto satis confirmari superiore Epigrammate, 'Ærarii quondam,' &c. Sed et clarius Martialis: 'Quam qui compositos metro Tibulli In Stellæ recitat domo libellos.' *Scal.* Intelligit ex hoc Epigrammate, Martialis scilicet, Scaliger lascivi Carminis fuisse auctorem Tibullum, quod ambigo, et ἀνέχονται. *Ramirez.* Epigramma hoc, nisi Tibullo a doctis passim assignatum viderem, suspicionem commovere poterat mihi, a Veronensi illo anteambulone ejus potius quam a Poëta Romano hoc nostro lusum fuisse. Ita et leporcs in eo, sales, numeriqne omnes Catulliani, haud adumbrati hercule, verum ad vivum expressi penitus graphiceque elucent. Quid multis? Pura puta Latina omnia, et quasi in melle sita: de verbis loquor. Etenim re ipsa nihil turpius, nihil flagitiosius. *Dousa P.*

6 *Placet, Priape*] Credo esse querimoniam Poëtæ cum Priapo, non Priapo, de insolito siculæ suæ languore, vel potius (cum Petronio dicam) nervorum paralysi, jocose expostulantis, quasi diceret: 'Quantum mutatus ab illo Hectore,' qui corona pampinea caput redimitus, ruberque et valens cum indomito ac rubente fascino sub arborum umbris sedere continenter es solitus! Hoccine, o Priape, placet, vel æquum videtur tibi, ut, quo propitio adeo usque adhuc, atque ex libidine ipsius mea usus sum semper; nunc, cum vel maxime usus erat, partem mei, hoc est, rem communem indignissime, alienissimoque tempore mollis, debilis, fractus repente desereres, ac destitueres, quasi caballus in clivo? Hoc de te merui, inquam, ut in primis ætatis fretis juvenanti senectæ, et extremæ, lassitudinem imponeres mihi? *Dousa P.*

7 *Revincte*] Ita non raro veteres loquuntur. Tibull. ad Bacchum: 'Huc venias hodierne tibi dem thuris honores, Liba et Mopsopio dulcia mella feram.' 'Hodiernus' enim dicendum erat. Albinovanus in Epicedio Mæcenatis: 'Impiger Alcide, multo defuncte labore, Te memorant curas sic posuisse tuas.' Nam dicendum erat 'defunctum.' Plautus in Curculione: 'Haud male meditate male locutus es.' Theocritus: Ὄλβιε κῶρε γένοιο. Debuit enim dicere, Ὄλβιος. Persius: 'Stemmate quod Tusco ramum millesime ducis, Censoremque tuum, vel quod trabeate salutas.' Ausonius: 'Distinctas interne vias mirere domorum.' Hoc est, 'internus.' Propertius: 'Sic mihi te referas levis.' Nam 'levem' dicere debuit. *Scal.*

Ruber sedere cum rubente fascino.
At, o Tripalle, sæpe floribus novis
Tuas sine arte deligavimus comas, 10
Abegimusque voce sæpe, cum tibi
Senexve corvus, impigerve graculus
Sacrum feriret ore corneo caput.
Vale nefande destitutor inguinum,
Vale, Priape: debeo tibi nihil. 15
Jacebis inter arva squalidus situ.

affert Scal. *Soles sacrum revinctus;* et sic erat in edd. vett. at ille emendabat ut in textu, laudans Tibull. I. 7. 53. et Propert. I. 18. 11.—9 *At o Priape* edd. vett. ' In illa optima Scheda (Cujacii scilicet) liquido exaratum erat, *At o Tripalle:* h. e. Τρίφαλλε· nam Τρίφαλλος, et Ἰθύφαλλος, cognomina Priapi.' *Scal.* —16 In memb. Cuj. *pallidus;* nam etiam ' pallor ' pro ' squalore,' vel ' carie,'

NOTÆ

8 *Ruber sedere cum rubente fascino*] Petronius dixit, ' Scorteum fascinum,' id est, rubrum penem coriaceum, ut Suidas exsertim tradit voce φαλλοί. Indubie eum in modum effictum membrum illud, ut sic ad veritatem utcunque accederet. Nec aliter Priapi simulacra figurari consuevisse, indicio esse potest toties repetita ejus mentio. Catullus: ' Sedet revinctus cum rubente fascino.' In Carm. Priap. ' Rubro Priape furibus minare mutino.' Confecti ex varia materie varios in usus olim Phalli ex ligno, ficu potissimum, qui ' ficulnei' sæpius appellati, ex ebore, ex auro, ex serico, et ex lineo panno, quibus Lesbiæ tribades abutebantur. Item ex vitro, qui ' Phallovitroboli,' aut ' Phallovitrobeli ' Capitolino, si mendax scriptura non est, dicuntur. Erant videlicet vitrea pocula in obscœnam pudendi figuram effigiata. Unde Juvenal. Sat. II. ' Vitreo bibit ille Priapo.' Ubi Scholiastes: ' In vitreum penem, quos appellant Drillopotas.' Pocillatorum icunculas manibus illos Priapos extollentium Pignorius Opere de Servis exhibet. Ceterum non solum per obscœnitates bibebant, ut ait Plinius, immo ipsas edebant obscœnitates. Placentarum namque genus habuere in deliciis, pudendi quoque virilis speciem omnino referentium, et ' Siliginei ' vocabantur ' Priapi.' Sic Martialis edocet lib. LXIX. Epigr. 14. Item placentæ fuere aliæ in muliebria inguina. *Gonsalius de Salas.*

11 *Abegimusque*] Ille Horatianus Priapus, si sciens fallit, imprecatur sibi hæc: ' Merdisque coinquiner albis Corvorum.' Idcirco μηνίσκοι imponebantur statuis, ne ab avibus conspurcarentur. Aristophanes avibus: Ἢν δὲ μὴ κρίνητε, χαλκεύεσθε μηνίσκους φορεῖν Ὥσπερ ἀνδριάντες· ὡς ὑμῶν ὃς ἂν μὴ μήνην ἔχοι, Ὅταν ἔχητε χλανίδα λευκὴν, τότε μάλισθ' οὕτω δίκην Δώσεθ' ἡμῖν πᾶσι τοῖς ὄρνισι κατατιλώμενοι. Hi μηνίσκοι adhuc, hodieque in templis Christianorum imponuntur capitibus statuarum. Cujus tamen rei causam ignorantes pictores, dum putant honoris causa imponi debere, non solum non omnibus statuis imponunt, sed et imaginibus quoque pictis adhibuerunt: quæ tamen illis opus non habent, ut statuæ. *Scal.*

Canisque sæva, susque ligneo tibi
Lutosus affricabit oblitum latus.
Sceleste penis, o meum malum grave,
Gravi piaque lege noxiam lues. 20
Licet querare; nec tibi tener puer
Patebit ullus, imminente qui toro
Juvante verset arte mobilem natem.
Puella nec jocosa te levi manu
Fovebit, apprimetve lucidum femur. 25
Bidens amica Romuli senis memor
Paratur: inter atra cujus inguina
Latet, jacente pantice, abditus specus,
Vagaque pelle tectus annuo gelu
Araneosus obsidet fores situs. 30
Tibi hæc paratur, ut tuum ter, aut quater

legitur ap. Lucillium.—17. 18 *Canisque fœda* Gruterus; *fœta* conj. Heinsius. ' In quibusdam schedis mediæ vetustatis, quas nobis amicus noster P. Pithœus commodavit, quæque habebant hoc solum Epigramma exaratum, ita legebatur iste et alter versiculus: *Canisve sævus usque imminget, aut tibi Fricabit oblitum latus aper lutosus.* Ex quibus depravatis hanc lect. eruimus: *Canisve sævus usque mingct, aut tibi Aper fricabit oblitum latus luto.* Sed in alia longe melioris notæ scheda aliter concepta erat lectio: *Canisque sævas usque ligneo tibi Lutosus affricabit oblitum latus.* Non magni negotii erat illa corrigere: *Canisque sæva, susque ligneo tibi,' &c.* Scal. *hispidum latus* conj. Heins.—19 Edd. vett. *o cuï meum malum.* In scheda Pithœi: *o meum malum grave Licet querare:* sed in optima scheda Cujacii interjiciebatur vs. 20. qui in quibusdam impressis reperitur.—20 *Rata* malit Heins. nam *grave* præcessit.—22 Gruter. et Guy. *ingemente;* Heins. conj. *intremente.*—23 *Subante* conj. idem Heinsius.—25 In iisdem schedis Pithœi, *lubricum femur;* Gruter. et edd. vett. *lucidum,* probante Heinsio.—29 ' Lego *Vagaque pelle:* Persius: ' Cum morosa vago,' &c. Error inde natus, quod illi imperiti librarii scripserant *Vaguaque pelle.* In altera peroptima membrana præcedebat hunc vers. iste: *inter atra cujus inguina, Latet jacente pancie abditus specu.* Ego nullo labore lego: *Latet jacente pantice abditus specus.* De panticibus vide quid in Catalectis annotavimus.' *Scal. Cavaque pelle* malit Heins. nam *Vagum* sequitur.

NOTÆ

20 *Noxiam*] Vide Notas in Petron.

26 *Bidens amica*] Bidentem amicam vocitat, non quæ duos (id quod de ovibus dici solet) annos haberet modo, sed quæ binos, non amplius, dentes in mortariolis, hoc est, in exarmatis ploxemi veteris gingivis superstites retinuisset sibi. *Dousa P.*

30 *Araneosus*] Festive quoque ejus barathri fores araneosum situm obsidere cavillatur. Quo loquendi genere usus et Catullus, ubi inquit: ' Vel pene languido senis situque araneoso.' Eodem referri etiam poterit non incommode Martialis illud: ' Et araneorum cassibus pares mammas.' *Idem.*

Voret profunda fossa lubricum caput.
Licebit æger angue lentior cubes,
Tereris usque, donec ah miser, miser
Triplexque, quadruplexque compleas specum. 35
Superbia ista proderit nihil, simul
Vagum sonante merseris caput luto.
Quid est, iners? Pigetne lentitudinis?
Licebit hoc inultus auferas semel:
Sed ille cum redibit aureus puer, 40
Simul sonante senseris iter pede,
Repente nervus excitet libidinem
Et inquietus inguina arrigat tumor;
Neque incitare cesset, usque dum mihi
Venus jocosa molle ruperit latus. 45

tectus inguinum edd. vett. *tectus annuo gelu* membr. Cuj.—33 Schedæ Pith. et edd. vett. *aut languentior;* membr. Cuj. *angue lentior*, ut conj. Scal.—37 *Glabrum inquinante* conj. Heins.—41 *Iter sonante senseris simul pede* Guyetus, improbante Heinsio.—42 *Rigente nervus excubet lubidine* membr. Cuj. *Repente nervos excitet ἀρχαϊκῶς* in Sched. Pith. et edd. vett.—44 *Neque mutare* in Sched. Pith. et nonnullis edd. aliæ cum membr. Cuj. exhibent nostram. Ceterum hoc Carmen extat in Priapeis, num. 84.